UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

urn:nbn:de:hbz:466:1-66052

Visual Library

Th. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

TOMUS VI.
AB ANNO 429. USQUE AD ANNUM 483.

Collegii Paderani Societ. Jesu. 1762.

Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Cum noſtra ætate ad Hiſtoriam Eccleſiæ Dei, nobiliſſimam illam ac utiliſſimam Diſciplinam, quæ Theologiæ ac Sacratiori Jurisprudentiæ operam dantibus facem præfert, non viros Catholicos modo ſed etiam Proteſtantes legendam ſcribendamque ſtudioſiſſime incumbere videamus, non immerito Proteſtantibus, Hiſtoriam Eccleſiæ alienæ ſcribere attentantibus, illud ferme objicere poſſumus, quod Tertullia-

nus Libro de Præſcript. ſui ævi Sectariis, Sacram Scripturam explicare temere volentibus, exprobravit; Cur falcem in alienam meſſem mittitis? ibi enim dicit, Illis, qui extra Eccleſiam exiſtunt, de Senſu S. Scripturæ diſputandi nullum jus eſſe, nec id ipſis ullatenus concedendum, ſed ante omnia, quænam Pars ſit in Poſſeſſione Sacræ Scripturæ, eſſe diſcutiendum.

Interpres Fleurii Proteſtans in ſua Præfatione Hiſtoriam Eccleſiaſticam his verbis definit; quod ſit, *Narratio fide digna Rerum Geſtarum in Eccleſia Dei.* Transeat Definitio. Sed utique Interpres Proteſtans voluerit ſcribere Hiſtoriam illius Eccleſiæ, in qua ipſe exiſtit, & cujus membrum ſe eſſe profitetur? cur igitur Hiſtoriam Eccleſiæ, a Viro Romano-Catholico ſcriptam, ſuis Lectoribus communicat? cur enarrat Res geſtas illius Eccleſiæ, quæ per omnia Sæcula in Communione Romani Pontificis fuit, eundemque tanquam Supremum in

terris

terris Caput a JEſu Chriſto ſibi datum venerata eſt? Quid huic Eccleſiæ, & Eccleſiæ viri Proteſtantis commune eſt? Cur non potius in lucem edidit Hiſtoriam illorum hominum, qui a Sæculo circiter quarto (videlicet illo, quo perniciem in Eccleſiam Chriſti invectam putat Interpres noſter) usque ad Sæculum XV. Sedem Romanam abominati Romanum Pontificem Anti-Chriſtum, & Romanam Eccleſiam Apocalypticum illud Probrum eſſe affirmarunt? vir Proteſtans, ſi Hiſtoriam Eccleſiæ ſuæ vulgare volebat, Hiſtoriam Eccleſiæ a Romano-Catholica ſeparatæ nobis exhibere debebat; at cum hoc non poſſet, nam tunc Eccleſiæ ſuæ Originem prodere puduiſſet, Hiſtoriam Romano-Catholicæ Eccleſiæ a viro Catholico ſcriptam in vernaculum ſermonem transtulit. Nulla ergo ante Lutheri tempora hujus Interpretis Eccleſia fuerit neceſſe eſt, cum nulla illius detur Hiſtoria.

Idem Interpres Præf. ſuæ pag. 17. dicit, Libros Novi Teſtamenti tandem in publicis Eccleſiæ Conciliis tanquam Authenticos fuiſſe declaratos, & tanquam Doctrinæ Chriſtianæ Regulam, ad quam omnia Doctorum effata, & ſparſi Errores probarentur, propoſitos fuiſſe. Optime! niſi quod Interpretem id quoque adnotare oportuiſſet, nullum unquam Concilium creditum fuiſſe legitimum, quod non Fide & Communione Eccleſiaſtica cum Romano Pontifice eſſet conjunctum, & rurſus eandem utique Auctoritatem, qua definitum eſt, quinam Libri ſint Authentici, etiam ad explicandum illorum Senſum, quotiescunque de eo inter Chriſtianos diſſenſio oritur, eſſe neceſſariam.

Sed ne longior ſim, ad te convertor, Lector Benevole! Hanc quoque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Partem dignam crede, quam pervolvas. Occurret Hæreſiarcha Neſtorius, Antiochia ad regendam Eccleſiam Conſtantinopolitanam accerſitus, homo ſicut natura eloquens ita etiam

arro-

arrogans, docens Beatam Virginem Mariam non esse appellandam Θεοτοκον seu Deiparam, & Judæos non crucifixisse Deum, in Synodo Ephesina damnatus, & tandem in Exilio tabe consumptus. Occurret S. Leo Magnus Sæculi sui Decus atque firmissimum Doctrinæ Orthodoxæ fulcrum, qui Epistola ad Flavianum data ringentibus licet Adversariis Hæresin prostravit. Occurret Eutyches Abbas Constantinopolitanus, negans Christi Carnem nostræ similem, & duas in una Persona Naturas, in quem quarta Synodus Oecumenica celebrata. Facile perspicies singularem Dei in regenda Ecclesia sua Providentiam, & utramque Hæresin finem non fuisse habituram, nisi Summa illa a Christo collata, quam omnes omnique tempore Christiani Catholici agnoverunt, in Romanis Pontificibus Auctoritas resideret. Lege & Vale!

CONSPECTUS
TOMI SEXTI.
LIBER XXV.

§. 1. Hæresis Nestorii Pag. 1
§. 2. Catholici refragantur. 4
§. 3. Epistola S. Cyrilli ad Solitarios. 8
§. 4. Epistola I. S. Cyrilli ad Nestorium. 13
§. 5. Nestorii violentia. 15
§. 6. Libellus Mercatoris contra Pelagianos. 18
§. 7. Epistola Nestorii ad Cœlestinum. 20
§. 8. Secunda Epistola S. Cyrilli ad Nestorium. 22
§. 9. Aliæ S. Cyrilli Epistolæ. 25
§. 10. Secunda Nestorii ad S. Cyrillum Epistola. 28
§. 11. S. Cyrillus ad Imperatorem & Principes scribit. 31
§. 12. S. Cyrillus Papæ scribit. 36
§. 13. Tractatus Cassiani de Incarnatione. 38
§. 14. Epistola S. Cœlestini Papæ contra Nestorium. 40
§. 15. Missio S. Germani, & S. Lupi in Britanniam. 46
§. 16. S. Genovefæ Initia. 48
§. 17. SS. Germanus & Lupus Pelagianorum Victores. 50
§. 18. Saxonum Victores. 52
§. 19. Epistola Joannis Antiocheni ad Nestorium. 54
§. 20. Responsum Nestorii. 57
§. 21. Ultima S. Cyrilli ad Nestorium Epistola. 58
§. 22. S. Cyrilli duodecim Anathematismi. 60

§. 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 23. Concilium Ephesinum convocatur. 64
§. 24. Ultima S. Augustini opera. 65
§. 25. Africæ miser status. 68
§. 26. S. Augustini obitus. 72
§. 27. S. Alexander Acemetarum Fundator. 75
§. 28. Altera Nestorii ad Papam Epistola. 79
§. 29. Nestorii Sermones ultimi. 81
§. 30. Theodoreti initia. 83
§. 31. Scripta contra Nestorium. 86
§. 32. Leges in favorem Asylorum. 88
§. 33. S. Paulini Nolani obitus. 90
§. 34. Episcopi Ephesum perveniunt. 94
§. 35. Joannes Antiochenus moras nectit. 99
§. 36. Protestatio Nestorii & Candidiani. 101
§. 37. Concilii Exordium. 104
§. 38. Nestorius citatur. 108
§. 39. Doctrina examinatur. 111
§. 40. Contra Nestorium Testimonia. 116
§. 41. Patrum Auctoritas adducitur. 119
§. 42. Sententia in Nestorium lata. 122
§. 43. Epistola ad Abbatem Dalmatium. 125
§. 44. Nestorii Relata ad Imperatorem. 127
§. 45. Joannes Antiochenus Ephesum venit. 131
§. 46. Epistola Imperatoris per Palladium missa. 136
§. 47. Legati Papæ adveniunt. 142
§. 48. Legati Depositionem Nestorii confirmant. 149
§. 49. Epistolæ Synodales. 152
§. 50. S. Cyrilli & Memnonis Querelæ. 154
§. 51. Joannes Antiochenus citatur. 156
§. 52. Sententia in Joannem Antiochenum lata. 161
§. 53. Epistolæ aliæ Synodales. 163
§. 54. Epistolæ Schismaticorum. 166
§. 55. Epistolæ Comitis Irenæi. 168
§. 56. Sessio VI. Charisii Libellus. 171
§. 57. Episcoporum ex Cypro postulatio. 176
§. 58. Aliæ Causæ privatæ. 179
§. 59. Canones Concilii Ephesini. 182

LIBER XXVI.

§. 1. Joannis Comitis Adventus in Urbem Ephesinam. 185

§. 2. Catholicorum Querelæ. 189
§. 3. Aliæ Catholicorum Epistolæ. 192
§. 4. Epistolæ Schismaticorum. 197
§. 5. Litteræ S. Isidori Pelusiotæ. 198
§. 6. Libellus Catholicorum Civitatis Constantinopolitanæ. 200
§. 7. Responsum Catholicorum Constantinopolitanorum ad Concilium datum. 204
§. 8. Concilium Legatos mittit ad Regiam. 206
§. 9. Legati Calcedone audiuntur. 210
§. 10. Concilii Ephesini finis. 217
§. 11. Epistola S. Cœlestini Papæ Doctrinæ S. Augustini favens. 224
§. 12. Articuli de Gratia. 226
§. 13. S. Patritius in Hibernia. 230
§. 14. S. Cœlestini Epistolæ Constantinopolim datæ. 232
§. 15. S. Cœlestini obitus. Sixtus III. Papa. 235
§. 16. Divisio in Oriente. 237
§. 17. Aristolaus pro Pace Legatus. 240
§. 18. S. Cyrilli Epistola ad Acacium Bereensem. 243
§. 19. Paulus Emesenus Alexandriæ. 248
§. 20. Quid urgente S. Cyrillo Constantinopoli actum. 258
§. 21. Joannes Antiochenus reconciliatur. 260
§. 22. Quæ reconciliationem secuta sint. 264
§. 23. Vincentii Lerinensis Monita. 268
§. 24. S. Prosperi opera. 273
§. 25. Libri Mercatoris. 277
§. 26. Schismatici in Oriente. 278
§. 27. Obitus Maximiani. Proclus Episcopus Constantinopolitanus. 283
§. 28. Lex contra Schismaticos. 286
§. 29. S. Cyrilli Defensio. 289
§. 30. Epistola S. Isidori Pelusiaci. 293
§. 31. Mandata contra Schismaticos. 295
§. 32. Theodoreti & Cilicum ad Ecclesiam reditus. 299
§. 33. Alexander Hierapoli pellitur. 302
§. 34. Nestorii Exitus. 303
§. 35. Secunda Aristolai Profectio. 309

§. 36.

§. 36. Theodori Mopsuesteni Scripta. 312
§. 37. Armenorum Legatio ad Proclum. 316
§. 38. Concilium Antiochenum Theodoro favens 321
§. 39. Jurisdictio Papæ in Illyricum. 325
§. 40. Translatio Reliquiarum S. Joannis Chrysostomi. 328
§. 41. Translationes aliæ. 329
§. 42. Vandali Carthaginem capiunt. 331
§. 43. Salviani opera. 334
§. 44. Concilium Rejense. 337
§. 45. S. Sixti obitus. S. Leo Papa. 341
§. 46. Joannis obitus. Domnus Episcopus Antiochenus. 344
§. 47. Ecclesiarum Consuetudines. 346
§. 48. Persecutio in Africa. 348
§. 49. S. Leonis Epistolæ ad Episcopos Mauritaniæ. 352
§. 50. Epistola ad Rusticum Narbonensem. 354
§. 51. Primum Concilium Arausicanum 360
§. 52. Concilium Vasionense. 365
§. 53. S. Leonis Epistola. 367
§. 54. Manichæi Romæ deprehenduntur. 369
§. 55. In Pelagianos inquiritur. 373
§. 56. Vicariatus Thessalonicensis. 374

LIBER XXVII.

§. 1. S. Cyrilli obitus, & opera ejus. 377
§. 2. Epistolæ Canonicæ. 383
§. 3. Epistola S. Leonis ad Dioscorum. 385
§. 4. Querelæ contra S. Hilarium Arelatensem. 387
§. 5. S. Leonis Epistola contra S. Hilarium. 390
§. 6. S. Hilarii Arelatensis Virtutes. 394
§. 7. Secunda S. Germani in Britanniam profectio. 398
§. 8. S. Germani Antissiodorensis obitus. 401
§. 9. Priscillianistæ in Hispania. 406
§. 10. S. Leonis Epistola ad S. Turibium. 408
§. 11. Epistola ad Episcopos Siciliæ. 411

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 12. Procli obitus. Flavianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus. 414
§. 13. Theodoretus relegatur. 415
§. 14. Theodoreti opera. 419
§. 15. Epiſtola Theodoreti ad Dioſcorum. 420
§. 16. Theodoreti Epiſtola ad Flavianum. 423
§. 17. Legatio ex Syria Conſtantinopolim. 425
§. 18. Irenæus Tyrienſis depoſitus. 427
§. 19. Acta contra Ibam. 429
§. 20. Arbitrium Tyrienſe. 431
§. 21. Judicium Berytenſe. 434
§. 22. Epiſtola Ibæ ad Marim. 440
§. 23. Initia Eutychis. 442
§. 24. Concilium Conſtantinopolitanum. Seſſio prima & ſecunda. 443
§. 25. Seſſio tertia. Eutyches citatur. 446
§. 26. Seſſiones quarta & quinta. 451
§. 27. Seſſio ſexta. 455
§. 28. Seſſio ſeptima. Eutyches comparet. 457
§. 29. Eutyches damnatur. 464
§. 30. S. Marcellus Abbas Acemetarum. 465
§. 31. Epiſtola Eutychis ad S. Leonem. 469
§. 32. Epiſtola Flaviani ad S. Leonem. 473
§. 33. Condemnationis Eutychianæ Retractatio. 475
§. 34. Convocatio Concilii Epheſini. 479
§. 35. Epiſtola S. Leonis ad Flavianum. 483
§. 36. Aliæ S. Leonis Epiſtolæ. 488
§. 37. S. Petri Chryſologi Epiſtola ad Eutychem. 493
§. 38. Pſeudo-Concilii Epheſini Initium. 494
§. 39. Eutychis Libellus. 498
§. 40. Lectio Actorum Conſtantinopolitanorum. 502
§. 41. Flavianus damnatur. 506
§. 42. Ravennius Epiſcopus Arelatenſis. 512
§. 43. Concilium Romanum Epheſino oppoſitum. 514
§. 44. Theodoreti Epiſtola ad S. Leonem. 520
§. 45. Reſcriptum in Cauſa Eccleſiarum Arelatenſis & Viennenſis. 524

§. 46. Valentiniani ad Theodosium Epistola. 527
§. 47. Theodosii obitus. Marcianus Imperator. 531
§. 48. Concilium Constantinopolitanum sub Anatolio. 533
§. 49. S. Leonis ad Marcianum Litteræ. 536
§. 50. Attila in Gallia. 540
§. 51. De his, quæ Concilium Calcedonense præcesserunt. 543

LIBER XXVIII.

§. 1. Concilii Calcedonensis Auspicia. 549
§. 2. Dioscorus accusatus. 554
§. 3. Theodoretus ad Concilium admittitur. 557
§. 4. Accusationis Articuli. 559
§. 5. Alii Articuli. 564
§. 6. Eutychis error. 567
§. 7. S. Cyrilli Doctrina. 570
§. 8. Flavianus defensus. 573
§. 9. Dioscori violentia. 577
§. 10. Sessio secunda. 581
§. 11. S. Leonis Epistola approbatur. 584
§. 12. Sessio tertia. Dioscorus citatur. 586
§. 13. Libelli contra Dioscorum. 590
§. 14. Dioscorus damnatur. 596
§. 15. Sessio quarta. S. Leonis Epistola iterum approbatur. 599
§. 16. Quinque Episcopi restituuntur. 603
§. 17. Quid Ægyptii objecerint. 604
§. 18. Abbatum Schismaticorum Libellus. 608
§. 19. Causa Photii Tyriensis, & Eustathii Berythensis 616
§. 20. Sessio quinta. Formula Fidei rejecta. 619
§. 21. Fidei Formula approbata. 622
§. 22. Sessio sexta. Marciano præsente. 625
§. 23. Sessio septima. Res inter Maximum & Juvenalem componitur. 631
§. 24. Sessio octava. Theodoretus restituitur. 632
§. 25. Nona & decima Sessio. Causa Ibæ. 635
§. 26. Sessiones undecima & duodecima. Causa Bassiani & Stephani Ephesini. 640

§. 27. Actio decima tertia. Causa Ecclesiarum Nicænæ, & Nicomedienſis. 648
§. 28. Actio XIV. Judicium in Causa Sabiniani & Anastasii Perrhani. 651
§. 29. Actio XV. Canones. 655
§. 30. Ecclesiæ Constantinopolitanæ Prærogativæ. 662
§. 31. Concilii Calcedonenſis finis. 670
§. 32. S. Leonis Epistolæ ad Episcopos Galliæ. 674
§. 33. Epistolæ in Causa Anatolii. 678
§. 34. Concilium Legibus editis firmatur. 681
§. 35. Proterius Episcopus Alexandrinus. 683
§. 36. Theodosius Anti-Episcopus Jerosolymitanus. 685
§. 37. S. Euthymius Theodosio resistit. 688
§. 38. Abbas Gelasius Theodosio adversatur. 690
§. 39. S. Leo Attilæ occurrit. 693
§. 40. Aetius promovetur, ut amoveatur. 695
§. 41. Epistola Marciani ad Monachos in Palæstina. 697
§. 42. S. Pulcheriæ obitus. 700
§. 43. Inventio Capitis S. Joannis Baptistæ Emesæ. 701
§. 44. Juvenalis Jerosolymitanus restituitur. 703
§. 45. Epistola S. Leonis ad Episcopos Concilii. 704
§. 46. Epistolæ ad Maximum Antiochenum & Theodoretum. 707
§. 47. Theodoreti ultima. 711
§. 48. Concilia in Gallia. 712
§. 49. Epistolæ S. Leonis ad Proterium. &c. 714
§. 50. Quæstio de Die Paschæ anno 455. 716
§. 51. Canon Paschalis Victorii. 718
§. 52. Epistola Anatolii ad S. Leonem. 719
§. 53. Aliæ S. Leonis Epistolæ. 721
§. 54. Leges, a Marciano editæ, Ecclesiæ faventes. 723
§. 55. Valentiniani III. Fata. Maximus & Avitus Imperatores. 726
§. 56. S. Prosperi obitus. 728
§. 57. Episcopi Carthaginenſis Charitas. 732
§. 58. Genſericus Catholicos perſequitur. 734

§. 59.

§. 59. Perſecutio durat. 736
§. 60. Eudocia Schiſmati renunciat. 742

LIBER XXIX.

§. 1. Marciani obitus. Leo Imperator. 745
§. 2. Timotheus Elurus in Cathedram Alexandrinam intruſus. 747
§. 3. S. Leonis Epiſtola ad Leonem Imperatorem, & alia in Cauſa Timothei. 752
§. 4. Epiſcopi ex Ægypto Conſtantinopoli. 755
§. 5. Leo Imperator Epiſcopos conſulit. 757
§. 6. S. Jacobus Syrus, & S. Baradatus. 760
§. 7. S. Simeonis Stylitis initia. 762
§. 8. S. Simeon in Columna. 766
§. 9. S. Simeonis vitæ ratio. 769
§. 10. S. Leonis Epiſtolæ Conſtantinopolim datæ. 772
§. 11. Decretales ad Nicetam & Neonam datæ. 776
§. 12. Metropolitarum Reſponſa. 780
§. 13. Succeſſio Epiſcoporum. 782
§. 14. Timotheus *Solofaciole* Epiſcopus Alexandrinus. 785
§. 15. Aliæ S. Leonis Decretales. 787
§. 16. S. Leonis obitus Hilarus Papa. 791
§. 17. Eudocia Imperatrix vita excedit. 794
§. 18. S. Simeonis Stylitis obitus. 797
§. 19. Concilium Arelatenſe tertium. 801
§. 20. Concilium Turonenſe. 802
§. 21. Concilium Venetienſe. 805
§. 22. Concilium Romanum. 807
§. 23. Epiſtolæ Hilari in Cauſa S. Mamerti Viennenſis. 809
§. 24. Concilium Romanum alterum. 810
§. 25. Initia S. Danielis Stylitis. 815
§. 26. Leges pro Aſylis latæ. 819
§. 27. Anthemius Imperator Occidentis. 822
§. 28. Hilari obitus. Simplicius Papa. 823
§. 29. Aſpari & Ardaburi exitus. 824
§. 30. Leo Leges edit Eccleſiæ faventes. 827
§. 31. Petrus Fullo Antiochiæ. 829

§. 32.

§. 32. S. Euthymii obitus. 832
§. 33. Leonis Mors. Zeno Imperator. 836
§. 34. Imperii Occidentalis Occasus. 837
§. 35. S. Severinus in Norico. 839
§. 36. Sidonius Episcopus Claromontanus. 842
§. 37. S. Patiens Episcopus Lugdunensis. 843
§. 38. S. Mamertus Viennensis. Rogationes. 845
§. 39. Mamertus Claudianus. Opera ejus. 847
§. 40. Monasterium Montis Juræ. 859
§. 41. Retractatio Lucidi. 855
§. 42. Ordinationes memoratu dignæ. 857
§. 43. S. Perpetuus. S. Lupus. 861
§. 44. S. Remigii Primordia. 863
§. 45. Sancti alii in Gallia Episcopi. 864
§. 46. Basilisci Epistola ad Episcopos. 866
§. 47. S. Daniel Stylites Constantinopoli. 869
§. 48. Schismaticorum conatus. 872
§. 49. Imperatoris Zenonis reditus. 875
§. 50. Vicissitudines Antiochiæ & Alexandriæ. 879
§. 51. Martyrius Patriarcha Jerosolymitanus. 884
§. 52. Calendion Patriarcha Antiochenus. 888
§. 53. Joannes Talaja Patriarcha Alexandrinus. 889
§. 54. Zenonis Henoticum. 892
§. 55. Petri Mongi Inconstantia. 894
§. 56. S. Simplicii obitus. 897
§. 57. Felix Papa. 901
§. 58. Epistolæ ad Acacium & Zenonem. 902

HISTO-

S. LEO CORAM ATTILA.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXV.

S. COELESTINUS, PAPA.
THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III. IMPERATORES.

§. I.

Hæresis Nestorii.

Nestorium, Antiochia venientem, Anastasius Presbyter, Syncellus ejus, & Arcanorum omnium conscius, secutus fuerat. Is, quadam die in Ecclesia Constantinopolitana pro Concione

Sæculum V. A. C. 429.

Sup. l. XX. §. 54. Liberat. c. 4. Socrat. c. 32.

Sæculum V. A.C. 429.

cione dicens, in hæc verba ausus est loqui: *nemo Mariam Matrem Dei appellet! mulier fuit, nec possibile est, ut Deus ex Creatura humana nascatur.* Hæc ita prolata multis non ex Clericis modo, sed etiam ex populo scandalo fuere; quippe ab unguiculis certissimum habuerant, ut loquitur Socrates, Historiæ Scriptor, JEsum Christum Deum esse, nec eum a Divinitate separatum. Quod Anastasius Presbyter edixerat, Nestorius defendit, pluresque ejusdem sermones hac super materia habemus.

Evagr. 1. c. 2.

Ap. Mar. Mercat.

Sermonem primum in Die Nativitatis Domini Nostri, 25. Dec. anno 428. Felice, & Tauro Consulibus, pronuntiasse creditur; hoc enim anno, Pontificatus sui primo, Hæresin suam prodere cœpit. Hujus sermonis initium ducit a Providentia Dei, inde ad Generis Humani reparationem transit, & adductis illis S. Pauli verbis: *quoniam quidem per hominem mors, & per hominem Resurrectio mortuorum*, subjungit: *illi S. Paulum audiant, qui quærunt, an Maria Mater Dei, vel Mater hominis,* THEOTOCOS, *vel* ANTHROPOTOCOS, *dicenda sit. Num Deus Matrem habet? ergo Gentilibus excusatio est, dicentibus, Deos suos Matribus genitos? ergo Paulus mentitur, dum de Divinitate JEsu Christi dicit: Sine Patre, sine Matre, sine Genealogia? neutiquam! sed*

Edit. Garn. p. 55. Cass. 7. incarn. c. 6. Prosp. Chro. Ann. 428. Liberat. c. 2.

1. Cor. 15. 21.

Hebr. 7. 3.

sed Maria Deum non peperit. Nam quod natum est ex carne, caro est. Creatura non peperit Creatorem, sed hominem, Divinitatis instrumentum. Spiritus Sanctus non creavit Deum Verbum, secundum id, quod scriptum est; quod in ea formatum est, de Spiritu Sancto est. Deus incarnatus est, sed non mortuus; illum a mortuis suscitavit, in quo incarnatus est. Et deinde: *adoro vestem propter eum, qui eam gestat, adoro illum, qui foris apparet, propter Deum occultum, qui ab eo inseparabilis est.*

Sæculum V. A. C. 429.

Joan. 3. 6.

Matth. 1. 20.

In alio sermone Episcopos, Prædecessores suos, reprehendit in hunc modum: *video populum magna pietate, & zelo ardere, sed modica est in rebus Divinis scientia. Culpa in populo non est, sed quomodo, quid res sit, dicam? nimirum illis, qui populum docuerunt, non vacavit, ut id exacte facerent.* Deinde errores suos circa Personam Filii Dei exposuit, dicens, eidem Scripturam nunquam Dei Nomen tribuere, quando de ejus Nativitate in tempore, aut morte sermo est, sed tunc tantum Christum, Filium, aut Dominum appellari. Tunc temporis factum creditur, quod Eusebius, in urbe Constantinopolitana Causidicus, simplex Laicus, verum virtutis amantissimus, & in materia Religionis doctissimus, publice in Ecclesia in Nestorium insurrexerit, & zelo ardens,

Serm. 2. edit. Garn. p. 8.

Cyr. Lib. 1. cont. Nest. p. 20.

Sæculum V. A.C. 429.

elatissima voce, exclamaverit: *Verbum æternum ipsum secundam Nativitatem secundum Carnem, & ex muliere subiit.* Commotus est populus; plerique, & prudentiores Eusebium laudabant, & consentiebant, irascebantur alii; pro his Nestorius certavit, & in Eusebium invectus est, dum tertium pronuntiavit sermonem, postquam modicum tempus effluxisset, initio Januarii anno 429. forte in Festo Epiphaniæ. In hac concione, quasi Arianos, & Macedonianos oppugnaturus, revera Doctrinam Catholicam aggreditur, constanter affirmans, non esse dicendum, Verbum Divinum ex Maria natum, aut esse mortuum, sed tantum hominem, qui erat Verbum.

Ed. Garn. p. 11.

§. II.

Catholici refragantur.

1 *Part. Conc. Ephes. c.* 13.

Tunc igitur Eusebius Jurisconsultus, posteriori tempore Episcopus Dorileensis, edito scripto refragatus est in hunc modum: *Per S. Trinitatem obtestor illum, ad cujus manus hæc scheda devenerit, ut eandem Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, Laicis, qui Constantinopoli habitant, notam faciat, eisque descripta exempla distribuat ad convincendum Hæreticum Nestorium, qui eadem sentit cum Paulo Samosateno, ante annos* 166. *ab Episcopis Catholicis anathemate percusso.* Tum utrius-

utriusque Doctrinam confert, propria ipsorum verba adducens, & ostendit, Nestorium cum Paulo affirmare, alium esse Verbum, & alium JEsum Christum, & non unum solum, sicut Ecclesia Catholica docet. His opponit Symbolum Fidei, quo Antiocheni utebantur, in verbis aliquantisper differens a Constantinopolitano, quo nos utimur, sed in sensu consentaneum. Etiam Auctoritatem refert S. Eustathii, Episcopi Antiocheni, qui Concilio Nicæno interfuerat; Ex his argumentis conficiebat, Nestorium Traditionem illius Ecclesiæ, in qua fuerat educatus, non fuisse secutum. Sub idem tempus Marius Mercator, tunc Constantinopoli degens, epistolam edidit, ad omnes Fideles directam, qua & ipse Nestorii Doctrinam Doctrinæ Pauli Samosateni confert, ea, in quibus consentirent, & dissentirent, indicans. Hæc scripta eodem Mense Januario in lucem prodiisse creduntur. Historiæ Scriptor, Socrates, illa tempestate Constantinopoli commorans, dicit, ex lectione librorum Nestorii, & conversatione cum ejus Sectatoribus se judicare, ipsius errorem tam a mente Pauli, quam Photini divertere, cum in JEsu Christo Hypostasin Verbi Divini admitteret; *sed*, inquit: *vocem* THEOTOCOS, *tanquam Spectrum formidabat, idque in isto viro supinæ ignorantiæ*

Sæculum V. A.C. 429.

Cass. VI. de Incarn. c. 3.

Edit. Garn. p. 17.

Socr. VII. c. 32.

Sæculum V. A. C. 429.

effectus fuit; quippe, cum Natura eloquentiam dedisset, Sapiens sibi ipsi videbatur, etsi non esset. In Libros veterum Scripturæ Interpretum incumbere dedignabatur, & sicut facilitate eloquendi, ita etiam scientia aliis omnibus se præstare credebat. Hæc sunt verba Socratis, qui deinde monstrat, jam olim Origenem, & Eusebium Pamphili vocem: *Theotocos*, adhibuisse, & textus adducit.

Jam tum multi a Communione cum Nestorio separari, Hæreticum appellare, & libere contra eum sermones serere cœperunt. Fuere, qui, in mare projiciendum, minitarentur. Hæc illa est persecutio, de qua queritur in sermone, initio Quadragesimæ hujus anni 429. a se pronuntiato. In eo differit de pœna peccati primorum Parentum nostrorum, Doctrinæ Catholicæ conformia docens, & erroribus Pelagianorum adversa, quamvis loqueretur præsente Juliano, aliisque Pelagianis; hi enim Constantinopolim se receperant, eosque Nestorius bene habebat, imo & defensionem aperte suscipiebat. Celestius, cum circa annum 424. Romam fuisset reversus, jussu deinde Cœlestini Papæ, Italia pulsus, Constantinopolim venerat, Juliano Eclanensi, Floro, Orontio, & Fabio comitantibus; omnes hi Episcopi erant, ex Occidente ob Hæresin proscripti. Querelas suas ad Imperato-

Ed. Garn. 1. part. p. 76.

Præf. Mercat. p. 73.

Nestorius.

Epist. Nest. ad Cœlest.

peratorem, & Neſtorium detulerunt, quod eſſent, ut ajebant, viri Catholici, injuſte perſecutionem paſſi. Neſtorius ſpem faciebat, fore, ut ſe auctore reſtituerentur, & nihilominus, ipſis præſentibus, contra eorum Doctrinam prædicabat, ſeu, quod errores ſuos ſincere apud ipſum nunquam fuiſſent profeſſi, ſeu alia cauſa ſubfuerit. Tres ejusmodi ſermones nobis ſuperſunt, in quibus ſatis accurate de peccato originali loquitur. Primi duo de Hiſtoria Creationis hominis, quæ initio Quadrageſimæ legi ſolebat, agunt, tertius de JEſu Chriſti Tentatione. Ultimum habemus integrum, Græce ſcriptum, de aliis non niſi translationem, ſeu magis Mercatoris Excerpta.

Sæculum V. A.C. 429.

ap. Mercat.

Tom. 7. S. Chryſ. Gr. ep. 301.

Proclus, qui Epiſcopus Cyzicenus dicebatur, & Conſtantinopoli Miniſterio Presbyteri fungebatur, in ea urbe ſermonem ad populum habuit de Incarnatione magno Feſto, nempe, ut creditur, die Annuntiationis, 25. Martii. In eo viriliter Doctrinam Catholicam reducit, Mariæ Filium non eſſe purum hominem, ſed verum Deum. Verum eſſe, dicere, Deum paſſum eſſe, & mortuum. Sanctam Virginem proprie vocandam eſſe Matrem Dei, *Theotocos*, nullamque inde Gentilibus ridendi, aut Arianis calumniandi cauſam naſci. Neſtorium, Concioni præſentem, hæc libertas valde offendit, eo-

Sup. XXIV §. 54. 1. p. Conc. Epheſ. c. 1. ap. Mercat. Garn. p. 219.

Sæculum V. A. C. 429.

eoque magis, quod tota illa Oratio, elegantissime concinnata, magnos populi plausus tulisset. Continuo respondit; usus quippe ferebat, ut si quis Presbyter, aut alius Episcopus in Ecclesia verba fuisset, Episcopo præsente, is aliqua ad ædificationem adderet. Ergo Nestorius in hoc Sermone defendit, non esse simpliciter affirmandum, Deum ex Maria natum esse, sed Deum, Verbum Patris, illi fuisse unitum, qui ex Maria natus est. *Ferre non possum*, subjungit: *si Deus factus fuisse Pontifex dicatur.* Id Proclus tantum strictim dixerat. Nestorius propugnat, hominem, & non Verbum Dei resurrexisse, atque templum a Deo, qui in eo habitat, esse distinguendum. *Palmaris calumnia est*, inquit: *quod mihi Photini error affricetur; ipse Verbi Divini principium in Mariæ partu ponit, & ego dico, Deum Verbum semper ante Sæcula existere.* Fatetur tamen Nestorius, suam Doctrinam aliis Ecclesiæ Doctoribus adversam videri. Tres alios etiam sermones adversus Proclum, quem oppugnat, sed non nominat, composuit; ad Arium, Apollinarem, aliosque Hæreticos oratione convertitur.

part. 2. ap. Merc. Garn. p. 27. Serm. 4.

n. 6. ap. Mercat. Garn. Serm. 5. 6. 7. p. 29. &c.

§. III.

Epistola S. Cyrilli ad Solitarios.

Nestorii sermones in unum librum collecti,

lecti, in ordinem, & numeros divisi, additis omnibus, quæ memoriam juvant, subsidiis, brevi temporis spatio in omnes Orientis, Occidentisque Provincias sparsi, & Romam usque, sed presso Auctoris nomine, delati sunt. Monasteriis Ægypti quoque illati, ansam disputationibus dedere. S. Cyrillum, Episcopum Alexandrinum, non nulli Monachi, pro more ad eum venientes, ad celebrandam forte aliquam Festivitatem, hac de re admonuere. His referentibus, audiit, leves quorumdam animos eousque turbari, ut vix jam ferre possent, JEsum Christum Deum agnosci, & affirmare, esse solummodo Divinitatis instrumentum, seu vas, *Theophoros*, quod Divinitatem portaret. Sæculum V. A.C. 429. *Cyr. in Nest. l. p. III. Cyrill. ep. ad Mon. l. p. conc. Eph. c. 2. epist. ad Nest. ib. c. 6. epist. ad Cœlest. ib. c. 14.*

Cum ergo S. Cyrillus timeret, ne error radices ageret, epistolam Enciclicam ad omnes Ægypti Monachos dedit, in qua dicit; prudentius fuisse facturos, si difficilibus quæstionibus penitus abstinuissent, jamque se ipsis scribere, non ut disputandi pruriginem aleret, sed ut ea, quæ defendendæ veritati facerent, suggereret. *Miror*, inquit: *quomodo in dubium revocari possit, an S. Virgo Mater Dei sit appellanda; nam si Dominus noster JEsus Christus Deus est, cur S. Virgo, Mater ejus, Dei Mater non sit? hæc est fides, quam nos Apostoli docuerunt, etiamsi hanc vocem non adhibuerint. Hæc Patrum* *ep. ad Mon. n. 3.* *n. 4.* *Athan. or. III. in Ar. n. 29. 33.*

Sæculum V. A. C. 429.

trum noſtrorum, & inter alios Athanaſii, felicis memoriæ viri, Doctrina eſt. Deinde ipſa Athanaſii verba refert. Ulterius probat, illum, qui ex Sancta Virgine natus eſt, natura Deum eſſe, quia Symbolum Nicænum dicit, quod ipſe unicus Dei Filius, ex ejus Subſtantia genitus, de Cœlo deſcenderit, & incarnatus fuerit. Subjungit: *dicetis forſitan: an ergo hæc Virgo Divinitatis Mater eſt? reſpondemus: conſtat, Verbum æternum, & ex Subſtantia Patris eſſe; Verum in ordine naturæ quamvis Matres ad Creationem animæ non cooperentur, nihilominus integri hominis Matres eſſe dicuntur, & non ſolius corporis. Quis hominis inſolentem ſubtilitatem ferret, dicentis Eliſabetham Corporis Joannis Matrem eſſe, non animæ? idem de Nativitate* EMANUEL *affirmamus, cum Verbum, poſtquam carnem aſſumpſit, Filius hominis nominetur.* S. Cyrillus ideo hic S. Joannis exemplum adhibet, quia Neſtorius in uno Sermonum ſuorum eodem uſus fuerat, dicens: *Joannes Spiritum Dei ab utero Matris ſuæ recepit, & nihilominus nemo dicit, eam Spiritus Dei Matrem fuiſſe.* In reliquis, quæ ſequuntur in epiſtola ad Solitarios, S. Cyrillus fuſe probat JEſu Chriſti unitatem, ex eo, quod ſe Filius Dei humiliaverit, & ſe inaniverit, ut acciperet formam Servi; probat, ex eo, quod ab omnibus Crea-

Cyr. n. 5. n. 6. 9. n. 12.

Ap. Cyr. l. 1. in Neſt. p. 19.

n. 13.

Phil. 2. 6. &c.

Creaturis adoretur, quod Deus nominetur, & Dominus; quia Moysi, & omnibus Prophetis præponitur, & quia nos morte sua redemit. Tandem, quia nisi vere Deus esset, jure merito Judæi, & Gentiles nobis exprobrarent, quod purum hominem adoremus. Sæculum V. A.C. 429. n. 16. n. 19. n. 21. & 24. 25. 27.

S. Cyrillus, sicut & Theophilus, propinquus ejus, aliique in Episcopatu antecessores singulis annis Litteras Paschales, ad designanda Festa Mobilia præprimis Festum Paschalis diei scribebant. Ejusmodi triginta nobis supersunt. In epistola 17. S. Cyrillus de Mysterio Incarnationis differit, atque errores Nestorii, præsertim in primo sermone prolatos, refutat. In hac vero epistola proximum Pascha denuntiatur in diem duodecimam mensis Ægyptii *Pharmouti*, quæ septimæ Aprilis correspondet, qua die etiam Pascha an. 429. celebratum. Itaque decima septima hæc S. Cyrilli epistola Paschalis ante diem 6. Jan. 429. scripta sit, oportet, nam ejusmodi epistolæ in Ecclesiis Die Epiphaniæ prælegebantur. Sub idem tempus S. Cyrillus Scholia sua in Incarnationem scripsisse creditur, ubi voces: Christus, JEsus, *Emanuel* atque conjunctionis Humanitatis cum Verbo proprietatem explicat, ut ostendat, realem eam esse, & substantialem. Hic tractatus ad eos docendos compositus, qui in hac materia S. Cyrillus.

rudes

Sæculum V. A. C. 429.

rudes erant; methodo usus est Geometrica; initio voces explicat, & a propositionibus simplicioribus ad compositas ascendit.

vid. Garn. Præf. Schol. p. 216.

Epistola, ad Solitarios Ægypti data, brevi Constantinopolim, ubi aliqui viri Ecclesiastici, a S. Cyrillo missi, Ecclesiæ suæ negotiis vacabant, delata, multum profuit; plures viri, Magistratu spectabiles, datis litteris, S. Cyrillo Gratias egerunt. Econtra Nestorius eandem epistolam impatientissime ferens, cuidam, cui nomen Photius, præcepit, ut responderet. De cœtero nihil intentatum relinquere statuit, quo S. Cyrillo noceret. Tunc temporis Constantinopoli morabantur non nulli Alexandrini, quos ob patrata crimina S. Cyrillus juxta normam Disciplinæ Ecclesiasticæ condemnaverat. Unus cœcos, & pauperes injuste oppresserat, alter gladium in Matrem strinxerat, alius aurum, quadam ancilla operam jungente, furatus fuerat, quem fama pessima aliunde suspectum fecerat. Tres nominatim memorantur, Cheremon, Victor, Sophronas, & juvenis, cujusdam Flaviani filius. Horum hominum opera usus est Nestorius, S. Cyrillum calumniaturus, eosque ut sibi ipsi, & Imperatori Theodosio libellos contra innocentem traderent, subornavit.

Cyr. ep. 1. ad Nest. 1. p. conc. c. 6.

c. 12.

c. 8. init.

c. 12. Cyrill. apol. Conc. Eph. part. c. 3. 13. p. 1054.

§. IV.

§. IV.

Sæculum V.
A. C. 429.

Epiſtola I. S. Cyrilli ad Neſtorium.

Sancto Cyrillo a viris, fide dignis, Alexandriam pervenientibus, relatum, quantum Neſtorius iraſceretur. Aliunde epiſtolam a S. Cœleſtino Papa, & multis aliis Epiſcopis, qui cum eo erant, veroſimiliter in Concilio congregati accepit; certiorem reddebant, Sermonum Neſtorii exempla ad ſe perlata, quærebantque, an ipſe revera Auctor eſſet; cœterum, quæ continerentur, ſummopere ſibi diſplicere. Ex omnibus etiam Orientis Eccleſiis adveniebant, hac de re querentes. S. Cyrillo, his omnibus compertis, impetus erat, ut, data epiſtola Synodali, Neſtorio indicaret, ſe ultra cum eo, niſi ſermonem, & mentem mutaret, communicare non poſſe. (*) Sed animo reflexit, ut ipſe dicit, lapſis fratribus manus porrigendas, ut facilius ſurgerent, ſtatuitque ad eum ſcribere, ut ad ſaniora reducere conaretur. In ea epiſtola, quia Neſtorium ſua potiſſimum epiſtola ad Solitarios offenderat: dicit: *Huic commotioni non mea epiſtola originem*

Epiſt. 1. ad Neſt.

Ep. ad Cœleſt. c. 14.

Ep. ad Neſt. c. 6.

(*) Ex his liquet, S. Cyrillum minime dubitaſſe, quin Communio inter Eccleſiam Romanam, & Conſtantinopolitanam ſubſiſtat; liquet etiam, Interpretem Proteſtantem contra veritatem Hiſtoricam ſcripſiſſe, quod a tempore S. Joannis Chryſoſtomi ſchisma non amplius ſublatum fuerit.

Sæculum V. A.C. 429.

nem dedit, sed scripta in vulgus spar-sa, sive te, sive alio Auctore, prodie-rint; hæc tot turbas excitavere, ut re-medium afferre coactus sim. Quæ tibi conquerendi, & contra me declamandi cau-sa sit? tu turbarum istarum Auctor es! satius facies, si sermonem correxeris, scan-dalum omnibus datum tollas, & Sanctam Virginem Dei Matrem appelles. (*) *Cæ-terum ne dubites, me pro fide JEsu Christi carcerem, mortem, omnia, ferre paratis-simum.*

Nestorius ad hanc epistolam respon-
c.7. dere nolebat; at Presbytero Alexandri-no, cui eam S. Cyrillus ferendam dede-rat, vehementer instante, resistere non potuit. In ea responsione simulata co-mitate de leni violentiæ modo queritur, dicitque deinde: *experientia docebit, quem inde fructum tulerimus; ego quidem patientiam, & Charitatem fraternam conservo, quamvis eandem, ne quid gra-*
c.14. *vius dicam, in me læseris.* Ex hac epi-stola intellexit S. Cyrillus, nullam emen-dationem sperandam, &, quæ deinde al-lata sunt, id ipsum multo clarius demon-strarunt.

§. V.

(*) Ecce usum antiquissimum Mariam Virgi-nem appellandi Sanctam! Protestantes, imagina-ria pietate in filium ejus injurioſi, omittendam hanc vocem putant.

Sæculum V.
A.C. 429.

§. V.
Neſtorii Violentia.

Conſtantinopoli quidam Epiſcopus degebat, nomine Dorotheus, homo lucello inhians, adulator, temere præceps. Is in plena Concione, Neſtorio in ſua Cathedra ſedente, aſſurgens, elata voce edixit: *Si quis dicit, Mariam Matrem Dei eſſe, anathema ſit!* tunc exclamare omnis populus, & ex Eccleſia auffugere; nolens, cum illis communicare, qui talia eloquerentur. (*) Et profecto! illos excommunicare, qui Sanctam Virginem Matrem Dei vocabant, quid erat aliud, quam omnes Eccleſias, omnes Epiſcopos tunc luce fruentes, & idem in univerſo Mundo docentes, & omnes Sanctos defunctos, qui idem dixerant, excommunicare? dubitare vero nemo potuit, an ſermo Dorothei Neſtorio probetur, cum ipſum non modo nec unico verbo redarguerit, ſed etiam continuo ad SS. Myſteriorum participationem admiſerit. *c. 10.* *c. 22. ad Acac.*

Aliqui ex Presbyteris Civitatis Conſtantinopolitanæ, poſtquam ſæpius Neſtorium publice in ſuo conventu monuiſſent, cum viderent obſtinatum permoveri *c. 30. Libell. Baſil. n. 2.*

(*) Quamvis Neſtorius in Hæreſin prolapſus ſit, nemo tamen ideo dixerit, etiam Eccleſiam Conſtantinopolitanam erraſſe, & a Communione Eccleſiæ Romanæ receſſiſſe.

Sæculum V. A. C. 429. veri non posse, ut S. Virginem Matrem Dei, & JEsum Christum vere, & sua natura Deum diceret, aperte ab ejus Communione recesserunt, alii secreto. Non nullis, quod novum dogma in Ecclesia Pacis maritima impugnassent, Prædicatio interdicta; hinc populus, videns se institutione Doctrinæ Catholicæ, quam audire adsueverat, privatum, exclamabat: *Imperatorem habemus, Episcopum non habemus!* (*) non nulli de populo comprehensi, & in carcere verberibus affecti. Alii Nestorio in faciem coram populo, & in ipsa Ecclesia resistere ausi, male mulctati. Aliquis Monachus, de valde simplicium numero, impellente zelo, in medio Ecclesiæ stans, ubi populus erat congregatus, Nestorium, tanquam Hæreticum, ab ingressu prohibere voluit; is verberibus exceptus, Præfectorum manibus traditur, qui, præcedente præcone, publice virgis cæsum, in exilium miserunt.

Basilius Diaconus, & Archimandrita, n. 3. & Thalassius Lector, & Monachus, comitanti-

(*) Populus Constantinopolitanus existimabat, non sufficere Christianis ad æternam Salutem consequendam, quod Imperatorem haberent; Econtra Acatholici dicunt: *non habemus Episcopum, nisi Regem.* Ergo vel populus Constantinopolitanus, & cum isto tota Ecclesia initio Sæculi V. erravit, vel Acatholici hodie errant.

tantibus quibusdam aliis in Domo Episcopali, ut præceptum erat, Neſtorium adierunt, ut certius explorarent, num quæ ex ipſius ore audierant, bene percepiſſent. Poſtquam advenientes audire ter diſtuliſſet, tandem, quid vellent, interrogavit. Tunc illi: *dixiſti, Mariam non niſi hominis Matrem eſſe, ejusdem cum Matre naturæ, & rurſus, quod ex carne natum, carnem eſſe; Hæc Doctrina in hoc ſenſu orthodoxa non eſt.* Illico, jubente Neſtorio, comprehenduntur, & a Miniſtrorum cohorte inter continuas verberationes ad Epiſcopale ergaſtulum deducuntur; ubi veſtibus exuti, palis alligati, tum pavimento affixi, & pedibus conculcati. Diu detenti, & famem pati coacti, urbis Præfecto traduntur, qui in alium carcerem raptatos catenis onerat. Tum in Prætorium adduci juſſos, nullo comparente actore, per ſuos lictores in priorem carcerem reduci mandat. Tandem Neſtorius, ad ſe vocatis, captioſe Doctrinam ſuam explicavit, & dimiſit.

Sæculum V. A.C. 429.

Neſtorius.

Baſilius, & Thalaſſius libellum ſupplicem ſuo, & omnium Monachorum nomine Imperatori tradiderunt, in quo, poſtquam ea, quæ paſſi erant, narrarunt, rogant Principem, ne Eccleſiam, dum ipſi viverent, Hæreſibus corrumpi ſineret. *Nulla vindictæ cupidine agimur*, inquiunt: *Deus ſcit! ſed ut fides JEſu Chriſti in-*

c. 30.

n. 4.

Sæculum V. A. C. 429.

concussa servetur, efflictim cupimus. Rogamus te igitur, ut modo, & in hac Civitate ad pacandam Ecclesiam, & Prædicationem veritatis restituendam, antequam latius grassetur error, Concilium Oecumenicum convenire jubeas. Interim Nestorio non liceat, vi, minisve quemquam vexare, donec ea, quæ ad fidem pertinent, n. 5. *fuerint definita; eorum vero insolentia, qui Catholicis insultant, Præfecti Civitatis potentia compescatur. Quod si preces nostras contemnis, Regem Sæculorum testamur, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, innocentes nos esse a malis, indè nascituris.* In hoc libello etiam conqueruntur, Nestorium ad se tuendum non modo Clericorum suorum, & Syncellorum manibus uti, sed quorumdam etiam ex aliis Diœcesibus, qui juxta canones in illis civitatibus, in quibus ordinati fuere, quiete vivere tenentur. Syncelli dicebantur Clerici, Episcopo familiarissimi, & in eodem cubiculo dormientes, ut de morum eorum puritate testes fideles essent.

§. VI.

Libellus Mercatoris contra Pelagianos.

ed. Garn. p. 5. Sub idem tempus Marius Mercator libellum contra Celestium, Pelagianorum, qui Constantinopoli erant, Caput, scripsit; hunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ, non vero ejus Ecclesiæ Episcopo obtu-

obtulit, nempe Clericis Catholicis, & multis exploratæ pietatis viris. Unum exemplum etiam Theodosio Imperatori tradidit. Primo eum libellum Græce edidit, nempe vernacula illius Regionis lingua, tum in latinum linguam suam patriam transtulit. Datus est Florentio, & Dionysio Consulibus, id est, anno 429. In eo Mercator summatim refert, quæ circa Pelagium, & Celestium ab annis viginti, nempe ab initio disseminatæ Hæresis contigerant. Errores eorum, condemnationem, varia molimina notat, & claudit sermonem in hæc verba: *Cum igitur Celestius, & Pelagius erroris, & impietatis convicti sint, Julianus, & socii ejus, saltem nunc eos damnent, ut Ecclesiæ satisfaciant; si vero quemquam accusent, quod opiniones veræ fidei contrarias teneat, eum suo nomine designent, tunc secundum Ecclesiæ consuetudinem eis respondebimus; multi enim, qui Julianum sequebantur, ipso derelicto, Pelagium damnarunt, seque Sedi Apostolicæ submiserunt.* (*) *Tum,* Sæculum V. A. C. 429.

 cum

(*) Marius Mercator Constantinopoli scribebat, librum Ecclesiæ Constantinopolitanæ dedicavit; cur ergo hic dicit, multos, Pelagium damnantes, se, non Constantinopolitanæ, sed Sedi Apostolicæ, haud dubie Romanæ, subjecisse, nisi quod cum omnibus Christianis crederet, idem esse, huic Sanctæ Sedi, ac Ecclesiæ Catholicæ uniri?

Sæculum V. A. C. 429. *cum errores abjicerent, Misericordia digni habiti sunt.*

§. VII.

Epistola Nestorii ad Cœlestinum.

Nestorius hujus Scripti, quod nec ad se directum fuerat, nec eum Episcopum agnoscebat, rationem non habuit, verumtamen occasione a Pelagianis, qui Constantinopoli degebant, arrepta, ad S. Cœlestinum Papam scripsit, ut sibi, si posset, ejus favorem aucuparetur. Scripsit vero in hæc verba: *Julianus, Florus, Orontius, & Fabius, qui se Episcopos Occidentis dicunt, sæpe Imperatorem interpellarunt, quod persecutionem paterentur, etiamsi essent Catholici, easdem coram nobis querelas attulerunt, & sæpius repulsi, clamare non cessant. Respondimus, quæ videbantur, quia eorum causa cognita nobis non erat; ne vero diutius Imperatori importuni accidant, nosque in defensione eorum, quos non satis novimus, dividamur,* (*) *quamvis eosdem forsan canonice damnaveris, a Bonitate tua speramus, ut nos rei veritatem edoceas. Quippe novæ Sectæ bonorum Pastorum præsidio indignæ*

(*) Ex his rursus contra Interpretem Protestantem probatur, Communionem inter Ecclesias Constantinopolitanam, & Romanam post Divisionem, S. Joannis Chrysostomi causa exortam, constitisse.

indignæ sunt. Hæc Nestorii dicta neutiquam ex animo sincero proficiscebantur; ignorare enim non poterat, Pelagianos Constantinopoli ab Attico, Antecessore suo, ante annos octo, vel decem fuisse damnatos. Sed, quæ vera sibi scribendi causa fuerit, prodit sequentibus: Sæculum V. A.C. 429. *Sup. XXIV.* §. 25.

Hinc cum etiam in hac Civitate haud levem Doctrinæ corruptionem apud quosdam invenerimus, quotidie errantium animos nunc rigore terremus, nunc mulcemus lenitate. Ista infirmitas cum hæresi Apollinaris, & Arii quamdam affinitatem habet. Ideas de Incarnatione Domini confundunt, dicentes, Deum Verbum, Patri Consubstantiale, simul cum templo suo fuisse conditum, & cum sua carne sepultum, quasi vero originem suam a Virgine, Matre Christi, CHRISTOTOCOS, *accepisset. Dicunt etiam, non eandem carnem post Resurrectionem superfuisse, sed in naturam Divinitatis transiisse. Virginem* THEOTOCOS *appellare non verentur, cum tamen Patres Nicæni tantum dixerint, Dominum Nostrum JEsum Christum incarnatum fuisse de Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine. Ut de Scripturis sileam, quæ ubique Matrem Christi, non vero Dei Verbi vocant. Credo, ad Sanctitatem tuam relata fuisse certamina, quæ hanc ob causam subivimus, & fructu non caruerunt; nam multi errorem dimiserunt, & didice-*

Sæculum V. A. C. 429.

runt a nobis, Prolem consubstantialem Matri suæ esse debere; nullam dari confusionem Dei Verbi cum homine, sed unionem Creaturæ, & humanitatis Domini, Deo junctæ, & ex Virgine a Spiritu S. assumptæ. Si quis adhibeat vocem THEOTOCOS *propter humanitatem, Verbo junctam, non vero propter eam, quæ illam peperit, dicimus hanc vocem eidem non convenire, vera enim Mater ejusdem naturæ esse debet, cum eo, quod ex ea natum est. Nihilominus tolerari potest, quia templum Verbi, ab ipso inseparabile, ex ea assumptum est; non autem, quia est Mater Verbi, nulla quippe mulier illum, qui seipsa antiquior est, parere potest.* Cum hac epistola Nestorius ad Papam Scripta sua de Incarnatione, manu sua signata, per virum nobilem, cui nomen Antiochus, submisit.

Cœlest. ep. ad Cler. Const.

§. VIII.

Secunda Epistola S. Cyrilli ad Nestorium.

Sub illud tempus S. Cyrillus epistolam Paschalem 18vam ad an. 430. scripsit, quo Pascha in quartam *Pharmouti*, id est, 30mam Martii, incidebat. In ea materiam de Incarnatione tractat, & errores Nestorii prolixe refellit. Epistolas deinde Clericorum suorum Constantinopoli degentium, præprimis Diaconi, Martyrii,

rii, qui ibi negotia Ecclesiæ Alexandrinæ curabat, accepit. Hi ad S. Cyrillum miserunt responsionem, quam Presbyter Photius, epistolæ ejus ad Solitarios oppositam, & quosdam Nestorii sermones recentiores. Indicabant etiam, quinam illi essent, qui Constantinopoli calumnias in ipsum spargerent, atque Nestorii Sectatores de pace, & reconciliatione loqui. Acceptis his monitis, S. Cyrillus alteram ad Nestorium dedit epistolam, Mense Mechir, Indictione 13, id est, circa initium Febr. an. 430. forte id in Concilio, quod pro more ante Quadragesimam agebatur, factum.

Sæculum V. A.C. 430.

Conc. Chalc. Act. 1. p. 158.

In hac epistola S. Cyrillus initio dicit, sibi criminationes, quæ contra se vulgarentur, non esse incognitas, sed etiam Auctores earum scire; verum his missis oratione ad Nestorium convertitur, hortaturque tanquam fratrem, ut errores corrigat, tollat scandali materiam, & Doctrinæ Patrum inhæreat. Tum ad explicationem Mysterii Incarnationis progreditur, & dicit, in eodem JEsu Christo duas Generationes esse admittendas, æternam, per quam a Patre procedit, & temporalem, qua ex Matre natus est. Quando dicimus ipsum passum, & resuscitatum, nos non dicere, Deum Verbum in sua propria Natura fuisse passum, nam Divinitas impassibilis est, sed, quia cor-

Conc. Ephes. p. 1. c. 8.

Ap. Merc. Garn. n. p. 45.

Sæculum V. A.C. 430.

pus, quod ipsi proprium datum, passum est, nos affirmare, ipsummet etiam fuisse passum; ita quoque dici esse mortuum. *Verbum Divinum*, inquit: *est sua natura immortale, est vita ipsa; quia vero proprium ejus corpus mortem tulit, ipsum pro nobis mortuum dicitur. Ita etiam, cum caro ejus fuerit resuscitata, ipsum Verbum resurrexisse dicimus. Non dicimus, nos adorare hominem cum Verbo, ne vox:* CUM, *aliquam divisionis suspicionem injiciat, sed adoramus tanquam unam, & eandem Personam, quia Corpus Verbi non est ab ipso alienum.* Et inferius: *hoc pacto Patres Sanctam Virginem Matrem Dei appellare ausi sunt, non ideo, quasi Natura Verbi, aut Divinitas ejus initium suæ Existentiæ a Sancta Virgine acceperit, sed quia in ea formatum, & anima rationali præditum est sacrum Corpus, cui Verbum secundum Hypostasin unitum fuit; hinc secundum carnem natum dicitur.* S. Cyrillus sæpius in hac epistola repetit verba: *unio secundum Hypostasin;* nec contentus fuit uti voce Græca: *Prosopon*, quam ordinarie per vocem: *Persona*, reddimus, & quæ unitatem non satis exprimebat. Hic prima vice invenio hæc expressa verba: *unio Hypostatica;* Hæc etiam epistola inter cœteros, quas S. Cyrillus ad Nestorium dedit, est celeberrima.

§. IX.

§. IX.

Sæculum V.
A.C. 430.

Aliæ S. Cyrilli Epistolæ.

Eodem tempore, & eadem occasione S. Cyrillus ad Clericos suos, Constantinopoli existentes, scripsisse creditur, de pacis mentione, quam Nestorii Sectatores faciebant. *Legi*, inquit: *Libellum, quem mihi misistis, ex quo percepi, Presbyterum Anastasium ad vos esse locutum, simulando, quod pacem quæreret, & dixisse: fides nostra non est alia, quam illa, a Cyrillo Solitariis explicata;* tum ad finem suum collineans, adjunxit: *ipse Cyrillus dixit, in Concilio Nicæno vocem* THEOTOCOS *non inveniri; verum est, quod scripserim, prudenter fecisse Concilium, quod nihil hujus rei meminerit, quia tunc hæc quæstio non agitabatur; sed tamen Concilium revera dicit, Mariam esse Matrem Dei, quia dicit, eundem, qui a Patre genitus est, incarnatum fuisse, & passum.* Loquens deinde de quodam Nestorii Scripto, dicit: *probare conatur, quod Corpus passum sit, & non Deus Verbum, quasi vero ex nobis aliquis affirmaret, Verbum, quod impassibile est, esse passibile. Nemo sanus hoc dixerit. Cum Corpus ejus passum fuerit, dicimus, ipsum Deum passum fuisse, sicut dicere solemus, quod anima hominis patiatur, quando corpus ejus patitur, quamvis ea in propria sua natu-*

Conc. Epheſ. p. 1. c. 12. Merc. Garn. 49.

n. 5.

Sæculum V. A.C 430.

ra non patiatur. Sed scio, quid affirmare velint, nempe duos Christos, & duos Filios, unum proprie hominem, & alterum proprie Deum, atque solummodo Personarum unionem asserere; hinc est, quod tot tricas nectant.

S. Cyrillus ad illud deinde respondet, quod diceret Nestorius, inveniſſe se populum, Doctrinam Catholicam non satis edoctum, & culpam in suos Anteceſſores rejiceret: *quid hoc sibi velit?* inquit: *num forte ipse eloquentior est Joanne, vel Attico, felicis memoriæ, doctior? magis e re sua faceret, si candide fateretur, quod novam Doctrinam inducat.* Subjungit: *si accusor, non detrectabo, profectionem suscipere, & me in Concilio defendere, sed ne speret, se Judicem meum futurum; non agnoscam, imo, Deo volente, ipse se defendere, & ob suas blasphemias purgare cogetur. Queritur, insolitam esse vocem,* THEOTOCOS, *eamque, nec a Scriptura, nec a Concilio usurpatam; quæro ego, in quo loco Scripturæ legerit vocem,* CHRISTOTOCOS, *seu* THEOTOCHOS? Tandem subjungit: *utcunque offensus sim, dicite illis, pacem redituram, quamprimum perversa docere cessaverit, & veram fidem professus fuerit. Si pacem vult, Confessionem fidei Catholicam, & sinceram scribat, & Alexandriam mittat; tunc ego quoque scribam, opus non esse, ut Episcopi Confra-*

Garn. p. 52. n. 20. 21.

Confratres noſtri longis itineribus fatigentur, quod ſciamus, Catholicum eſſe iſtorum verborum ſenſum. Si vero ejus pervicacia perduret, nihil nobis ſupereſt, quam ut nos tanto malo totis viribus opponamus. Sæculum V. A.C. 430.

Legi Libellum ſupplicem, quem ad me miſiſtis, Imperatori tradendum, ſed quia in eo Frater noſter acerbe habetur, eo apud me retento, alium dictavi, in quo ipſum recuſo Judicem, & poſtulo, ut hæc cauſa ad aliud Tribunal deferatur. Hunc tradetis, ſi opus fuerit. Si me ultra aggredi non deſinat, id diligenter ad me perſcribite; viros ſapientes, & pios, Epiſcoporum & Monachorum ex ordine deligam, quos, quam primum occaſio tulerit, mittam. Vos ſtrenue, quod agendum, agite! nam ego, & quæ oportet, & ad quos viſum fuerit, ſcribam. Statutum eſt, non quieſcere, & omnia pro fide JEſu Chriſti ſuſtinere. Id. p.56. S.Cyrillus.

S. Cyrillus, ut ſibi propoſuerat, plures alias epiſtolas dedit. Unam, legimus ad amicum, ſibi, & Neſtorio communem, datam, quem Acacium Melitinenſem fuiſſe credunt. In ea ſic loquitur: *ſi de bonorum meorum jactura ſolummodo ageretur, qua Fratris mei iracundiam mitigarem, palam demonſtraſſem, omnia mihi charitate eſſe viliora; nunc vero, cum fides lædatur, & omnes Eccleſiæ ſcandalum patiantur, quid nobis agendum? nobis, inquam:* 1. p. conc. Eph. c. 21.

Sæculum V. A. C. 430.

quam: quibus Deus Myſteriorum ſuorum Prædicationem commiſit, & ſecundum quam illi judicabuntur, quos erudierimus? quippe in Die Judicii dicent, talem ſe fidem ſervaſſe, qualem a nobis acceperant. Unusquisque Laicorum de vita ſua rationem reddet, nos vero pro omnibus, qui in JEſum Chriſtum credunt. Injuriarum, & calumniarum nulla mihi cura eſt; lubentiſſime obliviſcor, Deus judicabit. Fidem ante omnia ſalvemus, tum non concedam, ut meliorem me amicum Neſtorius habeat. Coram Deo dico! opto, ut plenus Gloria ſit in JEſu Chriſto, præteriti temporis noxas deleat, & putidas fuiſſe calumnias demonſtret. Si jubemur, inimicos noſtros diligere, quanto magis Fratres, & Collegas noſtros amare tenemur? Si quis vero fidem prodat, ſtatutum eſt nobis, animas noſtras non perdere, etiam cum vitæ periculo. Si aliter comparati ſumus, qua fronte coram populo Elogia Martyrum denuntiare audebimus?

§. X.

Secunda Neſtorii ad S. Cyrillum Epiſtola.

Conc. Eph. p. 1. c. 9. Merc. Garn. p. 57.

Neſtorius, accepta S. Cyrilli ſecunda Epiſtola fuſius, acerbiusque reſpondit. Hortatur, ut majori attentione veterum Scripta legat, & accuſat dixiſſe, Ver-

Verbum divinum fuisse passibile, quam- Sæculum V.
vis S. Cyprianus hoc expresse negasset. A. C. 430.
Unitatem Personæ admittere videtur, dum dicit, Nomen Christi significare substantiam impassibilem in una Persona singulari, & passibili, *en Monadico Prosopo*, & duas Naturas in una Persona connexas, *eis henos prosopon synapheian*. Verumtamen sub his vocibus, ut ex iis deprehenditur, quæ alibi scripsit, nil nisi unionem Voluntatis, & Dignitatis exprimere volebat, ita ut Deus, & homo unam Personam unione morali, non reali constituerent. Hinc voce, Hypostasis, non utitur, sed *Prosopon*, quæ græce non æque, ac latine vocem, Persona, exprimit. Adhibet etiam vocem, *Synapheia*, connexio, & non *Henosis*, seu unio. Affirmat, sanctam Virginem solum Matrem Christi, *Christotocos*, non autem Matrem Dei, *Theotocos*, esse appellandum; quia, etsi JEsu Christi Corpus sit Templum divinitatis, tamen divinitati carnis proprietates attribui non possunt, quales sunt, natum esse, passum, mortuum, & qui hæc dicerent, ab erroribus Gentilium, Apollinaris, Arii, aliorumque Hæreticorum non esse alienos. In eo Nestorius continuo S. Cyrillo falsum imponit, ac si dixisset, Divinitatem ex Maria natam esse, vel mortuam, cum nihil aliud affirmasset, quam, Verbum divinum secundum

Sæculum V. A. C. 430.

dum humanitatem, quam assumpsit, natum esse, & mortuum.

n. 16. Dicit inferius Nestorius: *Placet mihi zelus, quo de iis, qui apud nos scandalum passi sunt, curam geris; sed scias, decipi te ab iis, quos hic Sanctum Concilium, quod Manichæi sint, deposuit, & ab ipsis tuis Clericis. Nam quantum attinet ad Ecclesiam nostram, in dies perficitur, populus clariorem Dei cognitionem acquirit, Cæsaream Domum summum Gaudium tenet, quod Doctrina explicetur, & fides Catholica super omnes Hæreses prævaleat.* Concilium, de quo Nestorius hic mentionem ingerit, Constantinopoli anno 429. actum videtur; Manichæi, ut Nestorius quidem loquitur, in eo condemnati, forte Mercator, aliique Catholici, bono zelo in Pelagianos ardentes, fuerint. Quippe, hortante Mercatore, Celestius, Julianus cum aliis Pelagianis Constantinopoli ejecti fuerant, nobisque supereſt una Epistola consolatoria, a Nestorio ad Celestium data. Aliunde autem scimus, vulgarem Pelagianorum, Catholicos criminantium, objectionem, Manichæos esse. Ad hoc Concilium verosimiliter vocatus fuit Presbyter Philippus Constantinopolitanus, unus eorum, qui ad Electionem Episcopi fuerant proposiți. Hunc, cum errores Nestorii reprehenderet, & ultra

v. Garnier. not. hic

commonit. tit.

ap. Garnier. p. 1. pag. 71. Cammon. Cyr. ad Possid.

cum

cum eo communicare nollet, instigante Nestorio, Celestius accusavit, quod Manichæus esset; tum eundem, ut in Concilio compareret, vocari jussit; adfuit Philippus, causam suam defensurus, sed Celestius non comparuit. Ergo alia fraude usus est Nestorius, ut species justæ condemnationis esset, nempe, quod Cœtus privatos egisset, & Oblationem domi suæ celebrasset, quamvis omnes Clerici testarentur, id, ita exigente occasione, ab ipsis quoque fieri. (*) Huic etiam Concilio verosimiliter tribuitur Canon, qui Concilio Ephesino falso adscribitur, & ita sonat: *Anathema! quicunque dixerit, animam Adami per peccatum fuisse mortuam, cum Diabolus in cor hominis non intret.* His Canon Pelagianus erat.

Sæculum V. A. C. 430.

Greg.lib. I 'I ep. 31. v. Garnier. 2.part. p.6;

§. XI.

S. Cyrillus ad Imperatorem, & Principes scribit.

Cum S. Cyrillus ex Nestorii Epistola, præ-

p. 1. Conc. Ephes. c. 3. n. 6.

(*) Exemplum Missarum in Domibus, & non Ecclesiis publicis, celebratarum.

Unser Protestant hat in seiner Uebersetzung auf der 360. Seite das Wort: *Domi suæ*, in seinem Hauß, ausgelassen. Man könnte denken, es sey ein bloses Versehen, wenn er nicht sonst verdächtig wäre. Dieser Mann überzeuget sich selbst tausendmal in seiner Uebersetzung, daß er in der wahren Kirche nicht sey.

Sæculum V. A. C. 430.

præter hæc, quæ aliunde scire poterat, comperisset, quod aulam sibi faventem haberet, ejusque Hæresin Constantinopoli dilataretur, ad Imperatorem Theodosium, & Principes, Sorores ejus, longas Epistolas, seu potius integros de Fide Tractatus, scripsit. In eo, quem ad Imperatorem direxit, varias contra Incarnationem Hæreses notat, Manetis, Cerinthi, Photini, Apollinaris, & tandem Nestorii; neminem autem nominat. Singulas Hæreses refutat; Apollinari immorans, animadvertit, animam rationalem JEsu Christi ideo negasse, quod timeret, ne eum in duas Personas divideret, si integram in eo Naturam humanam agnosceret. Tandem amplissime Nestorium refutat, iisdem argumentis, quæ in Epistola ad Solitarios attulerat, additis quibusdam aliis. Illis æterni Patris Verbis innititur: *Hic est Filius meus dilectus! Attendite!* inquit S. Cyrillus: *quod non dicat: in isto est Filius meus; ut intelligamus, esse unicum.* Argumentum etiam depromit ab Evchariſtia, & dicit: *JEsus Christus dat nobis vitam tanquam Deus, non solum per participationem Spiritus S. sed dum carnem suam nobis dat manducandam.* (*) Multo fusior

n. 7. 8. &c.
n. 17.
n. 25. &c.
n. 36.
Matth. 17. 5.
n. 38.

(*) Ecce testimonium, pro reali Christi in Evchariſtia præsentia, omni exceptione majus, &

sior est in Tractatu, inscripto Principibus Imperatoris Sororibus, Pulcheriæ, Arca- Sæculum V. A. C. 430.

p. 1. Conc. Eph. c. 4. n. 10. 9.

& Argumentum invictum! S. Cyrillus in hac Epistola ad Theodosium Imperatorem præprimis demonstrandum sibi proposuerat, æternum Dei Filium, & Hominem JEsum Christum post Incarnationem eandem esse Personam; Hinc argumentum assumit ex Verbis Dei Patris Matth. XVII. v. 5. *Hic est Filius meus Dilectus!* monetque lectorem suum, ut bene notet, Deum Patrem non dixisse: *In isto homine est Filius meus*, sed: *Hic est Filius meus!* ut intelligeremus, Filium suum æternum, & istum hominem non esse duos, sed unam Personam Divinam. Argumento huic addit confirmationem ab Eucharistia desumptam, dicens: *JEsus Christus dat nobis vitam tanquam Deus non solum per participationem Spiritus Sancti, sed dum carnem suam nobis dat manducandam.* Vult dicere: *JEsus Christus dat nobis in Eucharistia vitam tanquam Deus, quia caro ejus, & Deus in Eucharistia hypostatice uniuntur, & in una Persona subsistunt.* Alioquin nisi Caro Christi in Eucharistia cum Deo unita, & vere præsens, nobis daretur, non sequeretur, quod intendit S. Cyrillus, vitam nobis in Eucharistia alio modo dari, quam per participationem Spiritus Sancti, quod in Sacramento Baptismi, & quotiescunque homini Gratia sanctificans datur, contingit; Hic S. Cyrillus duos modos, quibus sanctificamur, quasi sibi invicem opponit, nempe per participationem

Sæculum V. A. C. 430.

Arcadiæ, & Marinæ, quæ omnes Virginitatem Deo consecraverant. Textus Patrum

Spiritus S. tantum, & per manducationem carnis JEsu Christi; jam vero si in Eucharistia JEsu Christi caro, non vere, sed solum symbolice præsens, manducaretur, non alio utique modo quam solum per participationem Spiritus S. Gratia, seu vita, nobis daretur, quia non jam per ipsam carnem Christi, & Deum, id est, per rem ipsam, sed tantum per signum visibile invisibilis Gratiæ sicut in aliis Sacramentis sanctificaremur.

Rursus; S. Cyrilli mens est, contra Nestorium in JEsu Christo, æterno Dei Filio, & Homine, unitatem Personæ demonstrare, & dicit: *Quando JEsus Christus in Eucharistia nobis carnem suam dat manducandam, dat nobis vitam tanquam Deus, non solum per Participationem Spiritus S.* Scilicet dat nobis in Eucharistia carnem suam, non quæ in Deo, seu in Filio Dei est, ut somniabat Nestorius, sed quæ per unionem Hypostaticam Filius Dei, & Deus est; & in una cum Filio Dei persona subsistit; jam quæro, si S. Cyrillus cum modernis Protestantibus credidisset, JEsum Christum in Eucharistia non vere, & præsentia reali, sed solum symbolice existentem, dum ejus carnem manducamus, nobis vitam, & Gratiam dare, num ad probandam in JEsu Christo, Deo, & Homine, Personæ unitatem argumento idoneo uius fuisset? Plane! non alias luculentius in SS. Patribus de Reali præsentia Christi in Eucharistia argumentum occurrit.

Der

Patrum adducit, & monstrat, ipsos voce *Theotocos* usos fuisse, & JEsu Christi unitatem agnovisse, scilicet S. Athanasium, Atticum Constantinopolitanum, Antiochum ex Phenice, Amphilochum, Ammonem Andrinopolitanum, S. Joannem Chrysostomum, Severianum Gabalensem, Vitalem, & Theophilum Alexandrinum. Advertendum, quod S. Chrysostomum citet, non obstantibus omnibus, quæ gesta fuerant. Deinde selectos quosdam ex novo Testamento textus affert, ut JEsu Christi Divinitatem, & Verbi cum Humanitate unionem probet. S. Cyrillus ingenium supra sexum, & solidam harum Principum, præprimis

Sæculum V. A. C. 430.

c. 13.

Der unverschämte Uebersetzer hat in einer Anmerkung gesaget, der heil. Cyrillus sey nicht werth, unter die Bischöffe gezählet zu werden, weil er die Juden aus der Stadt Alexandria vertrieben. Allein seine Ungelassenheit gegen diesen heil. Vatter rühret aus einem andern Grunde her, als aus dem Mitleiden gegen die vertriebenen Juden; Nämlich der heil. Cyrillus hat in seinen Schriften die wahre Gegenwart Christi in dem heil. Sacrament des Altars unwiderleglich erwiesen, und als Vorsteher in der Ephesinischen Kirchenversammlung den Gewalt des Römischen Stuhles sowohl über alle Kirchen im Orient, als im Occident unüberwindlich verfochten. Diese zwey Stücke haben den heil. Cyrillus unserm protestantischen Uebersetzer so unerträglich gemacht.

Sæculum V. A. C. 430.

S. Pulcheriæ, pietatem non ignorabat; hinc tanta cura easdem hac in materia erudire conatus est.

§. XII.

S. Cyrillus Papæ scribit. &c.

1. p. Conc. Eph. c. 14.

Sanctus Cyrillus ad Papam quoque S. Cœlestinum dedit Epistolam, quæ omnium eorum, quæ acta fuerant, rationem reddit. Memorat Epistolam suam ad Solitarios, duas ad Nestorium, & necessitatem, ut se ei opponeret. Dicit, se nulli alteri Episcoporum hactenus hac super causa scripsisse, & statum Ecclesiæ Constantinopolitanæ pingit hunc in modum: *Jam populi ad Congregationem ejus*, nempe Nestorii, *non accedunt, si levissimi ingenii homines, & assentatores exceperis. Omnia pene Monasteria, & eorum Archimandritæ, pluresque ex ordine Senatorio viri a Conventu absunt, timentes, ne fidem lædant.* Et inferius: *Sanctitatem tuam certiorem facio, omnes Episcopos Orientis nobis consentire, omnes, præprimis Episcopos Macedoniæ, offendi, & affligi.* Deinde: *Nolui ab ejus Communione aperte recedere, antequam hæc omnia ad te deferrem. Ergo a Bonitate tua expectamus, ut quid sentias, edicas; an ultra cum ipso communicandum, vel ei præcise denuntiandum, ab omnibus se derelictum iri, si pervicaciter in suis opi-*

opinionibus perſiſtat. Tua hac in re ſententia, ſcripta, Epiſcopis Macedoniæ, & Orientis manifeſtanda erit. (*) *Ut vero Sanctitatem tuam, quid Neſtorius, & quid Patres ſentiant, plenius informem, mitto libros, ubi textus annotati ſunt; hos, ut potui, Alexandriæ in Latinum transferri curavi. Alias quoque a me ſcriptas litteras mitto.* Hanc ad Papam Epiſtolam pertulit Diaconus Poſſidonius, cui etiam commentarius commiſſus, Doctrinam Neſtorii compendio referens, & modum, quo Philippum Presbyterum depoſuiſſet. Sæculum V A. C. 430. *Baluz. nov coll. p. 308.*

S. Cyrillus eodem tempore ſcripſit ad Acacium Bereenſem, inter Epiſcopos Syriæ ætate, & fama facile Principem, a S. Euſebio Samoſateno ante annos circiter quinquaginta ordinatum. Signi- *Sup. Lib. XVIII. n. 426. 1. p. Conc. Eph. c. 22.*

(*) Multa leguntur in hac S. Cyrilli Epiſtola, quæ ad probandam Summi Pontificis Auctoritatem apprime faciunt. Omnium, quæ acta fuerant, rationem reddit. Dicit, ſe nulli alteri Epiſcoporum hac ſuper re hactenus ſcripſiſſe. Noluiſſe ſe a Neſtorii Communione recedere, antequam rem ad Papam deferret. Rogat, ut Papa edicat, an ultra cum Neſtorio communicandum, dicitque, Ejus hac ſuper re ſententiam ſcriptam Epiſcopis Macedoniæ, & Orientis deinde indicandam. Quid ad hæc Proteſtans noſter? hic nihil, niſi quod alicubi dicat, indignum eſſe Cyrillum, qui inter Epiſcopos recenſeatur.

Sæculum V. A. C. 430.

ficat, quantum se ingens scandalum affligat, & maxime dolet, quod Dorotheus Anathema pronuntiaverit in illos, qui Virginem, Matrem Dei, dicerent, pluresque palam JEsu Christi Divinitatem negarent. Acacius in sua responsione S. Cyrillum hortatur, ut pacem procuret. *Venerunt enim ad nos*, inquit: *multi ex Civitate Constantinopolitana, tam Clerici, quam Laici, qui propositionem illam pronuntiatam defendere videntur, & affirmant, eam in substantia nihil, quod Symbolo Apostolorum, aut Nicæno contrarium sit, continere.* Et postea: *Epistolam tuam S. Episcopo, Joanni Antiocheno, legendam tradidi, quem valde commovit, nam quamvis ante breve tempus ad Episcopatum assumptus sit, idem ei, ac nobis senibus sensus est, eaque vitæ integritate fulget, ut ab omnibus Orientis Episcopis maximi æstimetur. Moneo etiam, ut rem tantam ea mansuetudine, & prudentia, quæ tuæ dignitati par sit, pertractes.*

§. XIII.

Tractatus Cassiani de Incarnatione.

epist. ad Nest. 1. p. Conc. Epheſ. c. 18.

Interim S. Cœlestinus Papa, acceptis Nestorii sermonibus, & deinde Epistola ejus, aliisque scriptis, quæ per Antiochum miserat, antiquam responderet, omnia in latinum transferri voluit. Tractatum

ctatum etiam componi ad defendendam Doctrinam Catholicam contra hanc novam Hæresin jussit; & sine dubio ipsius mandato factum, ut S. Leo tunc temporis Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus id laboris commiserit Joanni Cassiano, quod ad hanc operam præstandam cœteris aptior esset, quippe linguam Græcam callebat, & diu Constantinopoli fuerat versatus. Cum Collationes suas ab aliquo jam tempore absolvisset, imposterum silere sibi proposuerat; sed S. Leonis precibus resistere non valuit. Ergo Tractatum de Incarnatione concinnavit, in septem Libros divisum. In Libro I. plerasque Hæreses, huic Mysterio adversas, enarrat. Tum sermone ad Pelagianos digreditur, quorum Principia erroribus Nestorii viam stravisse putat; *Cum enim crederent*, inquit: *hominem viribus propriis absque peccato esse posse, idem de JEsu Christo sentiunt, eum nempe fuisse purum hominem, & libero Arbitrio tam bene usum, ut omnia peccata evitaverit; ideo solum in Mundum venisse, ut nobis bonorum operum exemplum daret; post Baptismum suum factum fuisse Christum, & post resurrectionem Deum.* Verumtamen hæc non erat Nestorii Doctrina, nam expresse dicebat, Verbum divinum jam in Sinu Mariæ homini unitum fuisse; id ex adducto exemplo S. Elisabethæ

Sæculum V. A. C. 430.

6. 8.

Serm. 3. n. 6.

Sæculum V. A. C. 430.

manifeste colligitur, in modo solum, quo Deus, & homo uniebantur, errabat. Cassianus quidem, quem hic refert errorem, adscribit Leporio, cujus historiam, & Retractationem summatim recenset. In Libro II. & III. probat, JEsum Christum esse Deum, & Hominem, atque Virginem, Matrem Dei, *Theotocos*, non solum *Christotocos* vocari debere. In quarto ex S. Scriptura unitatem JEsu Christi demonstrat, in quinto probare prosequitur, hanc unitatem esse realem, non moralem, & multa Nestorii asserta refutat. In sexto se fundat in Symbolo Antiocheno, secundum quod Nestorius fuerat baptizatus. In ultimo Auctoritatem Patrum Græcorum, Latinorumque, præsertim Sancti Joannis Chrysostomi, Magistri sui, adducit. Atque Epilogus pathetica exhortatio est ad Ecclesiam Constantinopolitanam. In toto opere de Nestorio ut Constantinopolitanæ Sedis Episcopo loquitur; hinc patet, hos libros ante ejusdem depositionem, & celebrationem Concilii Ephesini conscriptos.

Serm. 4. n. 3. 4. Serm. 5. n. 5.

Sup XXIV §. 48.

§. XIV.

Epistola S. Cœlestini Papæ contra Nestorium.

p. 1. Conc. Eph. c. 17. Mem. Garn. p. 69.

Nestorius, cum nullam a Papa responsionem accepisset, secundam ad eum epistolam per manus Valerii, qui Imperatori

tori a cubiculis erat, dederat; in ea de aliis præcedentibus epistolis, in causa Juliani, aliorumque Pelagianorum scriptis, mentionem facit. Hanc captabat occasionem, sicut & in prima sua epistola, ut deinde de aliis, sua opinione, Hæreticis loqui posset, qui Mysterium incarnationis oppugnabant; hi vero nulli alii erant, quam Catholici. Tandem S. Cœlestinus Papa, accepta per Diaconum Possidonium S.Cyrilli epistola, Concilium Romæ circa initium mensis Augusti anno 430. congregavit, ubi Scripta Nestorii examinata, & cum Doctrina Patrum collata. Papa Auctoritatem SS. Ambrosii, Hilarii, & Damasi adduxit; tum Doctrina Nestorii condemnata, & S. Cyrillo mandatum, ut Sententiam exequeretur. Ex hoc Concilio Papa septem scripsit epistolas, eadem die datas, primam ad S.Cyrillum, secundam ad Nestorium, tertiam ad Clerum Constantinopolitanum, quartam ad Joannem Antiochenum, quintam ad Rufum Thessalonicensem, sextam ad Juvenalem Jerosolymitanum, septimam ad Flavianum Philippensem, nempe ad primarum Sedium in Orientis Imperio Episcopos. (*) Omnes istæ epistolæ ter-

Sæculum V. A.C. 430.

Epist. ad Nest. c. 18.

Fragm. ap. Baluz. nov. Coll. p. 379.

(*) Quomodo Anonymus II. dicere potuit, Fleurium Summos Pontifices in ordinem aliorum Episco-

Sæculum V. A. C. 430.

tio Idus Augusti, Theodosio decimo tertio, & Valentiniano tertio Consulibus, id est, undecima Aug. 430. datæ sunt. Possidonius Diaconus delectus, qui eas deferret ad Cyrillum, easdem ad illos, ad quos datæ erant, missurum. In Epistola ad S. Cyrillum Papa ejus zelum, & vigilantiam laudat, declarat in materia de Incarnatione sibi eundem omnino cum ipso sensum esse, si Nestorius in sua obstinatione induretur, condemnandum esse, antea vero nihil ommittendum, quo ad saniorem mentem adducatur. Et subjungit: *omnes illi, quos a sua Communione separavit, sciant, se in nostra permansisse; ipse autem Nestorius imposterum nobiscum communicare non poterit, si Doctrinam Catholicam subvertere non cesset. Quapropter istud Judicium nostræ Sedis Auctoritate exequeris, nomine nostro agens, & in virtute Potestatis nostræ, ita quidem, ut nisi intra decem dierum spatium, ab hac admonitione computandum, verbis expressis impiam suam Doctrinam anathematizet, & promittat imposterum de Generatione JEsu Christi, Dei nostri, illam fidem*

1. *p. Conc. Eph. c.* 15.

Episcoporum voluisse deprimere, cum tam hic, quam in tota sua Historia, omnia fideliter referat, quæ ad monstrandam Summorum Pontificum in Ecclesia universa maximam Auctoritatem serviunt?

fidem confiteri, quam Ecclesia Romana, tua Ecclesia, & totus orbis Christianus docet, Sanctitas tua quantocius huic Ecclesiæ, nempe Constantinopolitanæ provideat! ipse vero sciat, se a Corpore nostro absolute esse rescindendum. (*)

Sæculum V. A.C. 430.

In Epistola ad Nestorium dicit S. Cœlestinus, se fama deceptum, bonam de eo opinionem concepisse; legisse epistolas ejus, & libros ad se missos, & opiniones ejus de Verbo Divino fidei Ecclesiæ Catholicæ contrarias inveniisse. De Pelagianis loquens, ait: *Quod ad illos Hæreticos spectat, circa quos consuluisti nos, quasi vero, quæ gesta sunt, nescires, juste damnati sunt, & Sedibus suis pulsi. Hoc vero multum miramur, quod homines foveas,*

1. *p. Conc. Eph. c.* 18.

p. 360.

(*) Ex his Epistolis Summa Episcoporum Romanorum in omnes orbis partes Jurisdictio firmissime stabilitur. Quid ad hæc iterum Protestans Interpres? Romani Episcopi intolerabili superbia tumebant, cæteri Episcopi ignorantia, & cæcitate laborabant; ita in Notis suis. Præclare! sed heus! mi Protestans! si hæc ita se habent, quæso! edic mihi! ubi per tot Sæculorum decursum illa Ecclesia subsiterit, de qua JEsus Christus dixit: *& portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Præterea in hoc Sæculo (ne tamen quidquam Sæculis aliis detrahamus) quo hæc gesta, tam Summi Pontifices, quam cæteri Episcopi ferme omnes, humilitatis, Sanctitatis, & Doctrinæ Laude florebant.

Matth. 16. *v.* 18.

Sæculum V. A.C. 430.

veas, ideo damnatos, quia negant peccatum originale, quod tamen dari, ut in sermonibus tuis legimus, firmissime affirmas. Qui contraria admittit, semper suspectus sit.

Cœlestinus Papa ad Nestorium.

Quare autem requiris, quid hic gestum sit, cum Atticus Antecessor tuus, acta contra hos ipsos ad nos miserit? cur hæc Sisinnius, Sanctæ Memoriæ, non exquisivit, nisi quod sciret, sub Attico justa causa fuisse condemnatos? Tandem finem scribendi facit in hunc modum: *Scias! nisi de JEsu Christo, Deo nostro, ea doceas, quæ Roma, Alexandria, & tota Ecclesia Catholica, quæ Sancta Ecclesia Constantinopolitana usque ad tuum adventum tenuit, & nisi intra decem dies, ab hac tertia admonitione computandos, absolute, & scripto damnes impiam hanc novitatem, quæ a Scriptura conjuncta separare vult, te a Communione totius Ecclesiæ Catholicæ esse excluſum. Hanc sententiam cum omnibus actis per Diaconum Possidonium ad Episcopum Alexandrinum direximus, ut Nomine nostro agat, & mandatum nostrum tibi, & omnibus Fratribus nostris notum sit.*

v. 1. Conc. Eph. c. 19. c. 20.

Epistola ad Clericos, & populum Constantinopolitanum plena est exhortationibus, ut firmi in Fide Catholica permaneant, & verbis consolatoriis ad eos, quos Nestorius persequebatur. Papa nullas declarat omnes excommunicationes a Nesto-

Sæculum V. A.C. 430.

Neſtorio pronuntiatas, ab eo tempore, quo errores docere cœpit. (*) Subjungit, cum per locorum diſtantiam per ſe agere non liceat, ſe S. Cyrillo mandaſſe, ut vices ſuas gerat. Tum ſententiam ponit, qua præcedens epiſtola finitur. Epiſtola ad Joannem Antiochenum eadem quoad ſubſtantiam habet, ſcilicet Neſtorii damnationem, niſi intra decem dies errores retractet, & infirmationem excommunicationum, ac depoſitionum, quas pronuntiaſſet. Tres aliæ epiſtolæ ad Juvenalem Jeroſolymitanum, Rufum Theſſalonicenſem, & Flavianum Philippenſem ab hac ultima ſimpliciter erant exſcriptæ. Juvenalis haud diu ante ſucceſſerat Prayli, qui annos circiter tredecim Sedem Jeroſolymitanam occupaverat. Ab hoc Juvenale omnium primi Epiſcopum acceperunt Arabes Palæſtinæ, qui in caſtris vivebant, horum enim magnum numerum S. Euthymius ad fidem converterat. Fuit is Epiſcopus, Petrus, antea Asphebetes vocatus, Trebonis Pater, inter cœteros primo converſi; exinde Caſtrorum Epiſcopus dictus eſt, *Parembolôn*, quod Arabes per diverſas Regio-

Sup. XXIII §. 35.

vit. S. Euthym. tom. I. Analect. gr. p. 29.

Sup. XXIV §. 31.

(*) Hic Summi Pontificis non Jurisdictio modo, ſed etiam ejusdem uſus in Archiepiſcopos Conſtantinopolitanos, tota Eccleſia Orientali conſentiente, demonſtratur.

Sæculum V. A.C. 430.

Regiones diviſi in caſtris degere adſueviſſent.

§. XV.

Miſſio S. Germani, & S. Lupi in Britanniam.

Proſp. Chro. an. 429.

Sub illud tempus S. Cœleſtinus Papa in Magnam Britanniam miſit S. Germanum, Epiſcopum Antiſſiodorenſem, ut reſiſteret Agricolæ, cujusdam Epiſcopi Pelagiani, Severini nomine, filio, qui Eccleſias Britanniæ, Hæreſin ſuam diſſeminando, corrumpebat. Ergo S. Germanus illuc, ut Papæ Vicarius, profectus eſt, Florentio, & Dionyſio Conſulibus, id eſt, anno 429. Cum Pelagii Patria Magna Britannia eſſet, nihil mirum, ſi ibi Diſcipulos habuit. Diaconus Palladius illuc a Papa miſſus, eundem incitavit, ut ſuppetias Eccleſiaſticos viros delegaret; Ad Epiſcopos quoque Galliæ ex Magna Britannia miſſi, qui invitarent, ut ad defendendam fidem Catholicam advolarent. Convocatum eſt Concilium, in quo frequentes comparuere, & ex omnium ſententia S. Germanus Antiſſiodorenſis, & S. Lupus Trecenſis, rogati, ut opus Charitatis in ſe ſuſciperent. Ita hoc Concilium, & Papa ad hanc Miſſionem operam junxerunt. (*)

Beda 1. Hiſt c. 17. Conſt. vit. S. Germ. c. 19.

S. Ger-

(*) Hæc Reflexio Fleurii Anonymo I. ampli-

cet

S. Germanus Episcopi munere ab annis undecim fungebatur, ut dictum est; & S. Lupus ab annis solummodo duobus; Tulli nobili genere natus in Scholis Rhetoricam didicerat, magnam eloquentiæ opinionem sibi acquisierat. Pemeniolam Sancti Hilarii, Episcopi Arelatensis, sororem duxit. Septimo Conjugii anno mutuo consensu separati sunt, perfectioris vitæ desiderio. Lupus, relicto domo paterna, ad Monasterium Lerinense concessit, seque S. Honorati Disciplinæ, tunc Abbatis, subjecit. Vincentius, Lupi frater, in idem Lerinense Monasterium secessit, & Presbyter ordinatus, editis libris clarus evasit. Lupus, ibi per unum annum jejuniis, & vigiliis exercitatus, iter Matisconem suscepit, quæ sibi supererant bona, inter pauperes distributurus; at vero nihil minus cogitantem rapiunt, & in Episcopum Trecensem ordinant, quam Ecclesiam annis quinquaginta duobus rexit.

Sæculum V. A. C. 430.

Sup. XXIII §. 46. vita S. Lupi. apud Sur. Jul. 29.

§. XVI.

cet, eo quod Episcopis Galliæ nulla fuisset in Magnam Britanniam Jurisdictio. Sed advertere debuisset, ad missionem requiri equidem jus mittendi, non vero Jurisdictionem in eos, ad quos mittitur; Missio, seu Prædicatio est actus Charitatis a JEsu Christo omnibus Apostolis, & Episcopis, eorum Successoribus, præceptus; hodie vero soli Romani Pontifices solemniter mittunt.

Sæculum V. A. C. 430.

§. XVI.

S. Genovevæ initia.

Conſt. vit. S. Germ. c. 20. v. S. Genov. ap. Sur. 3. Jan.

Sancti Germanus, & Lupus in Magnam Britanniam iter facientes, Nanterram, oppidum haud procul Pariſiis ſitum, pervenere. Incolæ, ſanctorum virorum fama exciti, turmatim obviam proceſſere. S. Germanus ſermonem ad populi hujus frequentiam pronuntiavit, tum circumſpiciens in tanta hominum multitudine, vidit a longe puellam, quam cœleſte quidpiam ambiebat. Advocat, nomen, & Parentes exquirit, reſpondetur, vocari Genovevam; ſimul Pater ejus Severus, & Mater Gerontia accedunt. S. Germanus, gratulatus, quod eximiæ ſpei filiam haberent, prædixit, eam aliquando viris etiam pietatis exemplum fore. Hortabatur, ut ſibi ſecreta cordis ſui panderet, & an vellet, Virginitatem ſuam Deo conſecrare? reſpondit, id ſibi propoſitum, rogavitque Epiſcopum, ut ſibi ſolemnem Virginum Benedictionem tribueret. In Eccleſiam ad preces horæ nonæ ingrediuntur, cantantur plures Pſalmi, longæ preces recitantur, inter quas S. Epiſcopus manum dextram, puellæ capiti impoſitam tenebat. Tum ad refectionem digrediens, parentibus mandavit, ut ſibi craſtina die eam adducerent. Ipſis altera die cum filia redeuntibus, S. Germa-

Germanus S. Genovevam interrogavit, an rei illius, quam pridie promiserat, meminisset? *memini*, respondit: *& per Dei auxilium, & tuas preces, quæ promisi, observaturam me spero.* Tunc autem vir Sanctus, terram aspiciens, vidit jacentem monetam cupream, signo Crucis notatam; sustulit, & tradens eam Genovevæ, dixit: *hanc mei amore serva, semper e collo pendulam pro omni muliebri cultu gesta; aurum, & gemmas illis relinque, quæ Mundo serviunt.* Tandem cum satis mandasset parentibus, ut curam filiæ gererent, iter prosecutus est. Sæculum V. A C. 430.

S. Genoveva tunc forte annum ætatis decimum quintum agebat, nam litteris de ea consignatum legimus, quod ab ea ætate bis tantummodo in septimana cibum sumpserit, Die Dominica, & Die Jovis; nec quidquam aliud, quam panem hordeaceum, & fabas comedebat; vinum nunquam, aut potum quo inebriari potuisset, gustavit. Non post multos dies, ex quo S. Germanus abierat, cum Mater, die quodam festo in Ecclesiam ire volentem, retinere non posset, malam filiæ percussit; illico lumine orbata, annos duos cœca fuit. Tandem illarum rerum recordata, quæ S. Germanus vaticinatus fuerat, jussit filiam sibi ex puteo aquam afferre, & signum crucis super se formare; ubi S. Genoveva

Sæculum V. A. C. 430.

oculos matris lavit, tenue lumen rediit & postquam bis, terve eadem aqua detersit, clare omnia vidit. Hodieque puteus, cui magnam venerationem habent, peregrinantibus ostendunt.

§. XVII.

SS. Germanus, & Lupus Pelagianorum victores.

Const. V. 8. Germ. c. 22. vit S. Lup. Sur. 29. Jul.

Sanctus Germanus, & S. Lupus hyberno tempore navigatione suscepta, valida procella jactati sunt; cum vero S. Germanus aliquot olei guttas in Nomine Trinitatis in mare effudisset, tranquillitas reducta est. Ubi Britanniæ oram tenuerunt, magna hominum multitudine excepti fuere, quippe eorum adventum maligni Spiritus prædixerant; hi deinde a viris Sanctis obsessis corporibus pulsi, egredientes fatebantur, a se tempestatem fuisse excitatam. Brevi tempore viri Sancti Britanniam sua Doctrina, & fama impleverunt; non in Ecclesiis modo, sed & in campis, & viis publicis prædicabant, quod populi multitudinem ædes non caperent. Ubique Catholici confirmabantur, & convertebantur Hæretici. Virorum istorum omnis habitus, pietas, Doctrina, miracula veros Apostolos referebant. Pelagiani primum latebras quærere, tandem pudorem non ferentes, quod suo se silentio damnarent, ad

ad colloquium convenerunt. Magno comitatu, & splendidis vestibus emicantes, ut opulentiam jactarent, adfuere. Ingens fuit concursus populi, ad spectaculum congregati. SS. Episcopis permittentibus, primo Hæretici sua sensa exposuere; at postquam diu peroraſſent, ipsi magna eloquentia, quam Scripturarum Auctoritate fulciebant, ad omnia responderunt, ita ut Pelagiani, rationum pondere pressi, non haberent, quod reponerent. Circumstans populus ægre contineri potuit, ut manibus temperaret; at tamen animi sensus clamoribus indicabat; Tum vir, tribunitiæ Dignitatis, cum uxore sua accedens, SS. Episcopis filiam suam decennem, & cœcam exhibuit; dixerunt; Pelagianorum potius opem exposceret, at illi parentum precibus suas junxerunt, ut SS. Episcopi misellam sanare vellent. Simul breviter orarunt, tum S. Germanus, invocata S. Trinitate, detractas e collo suo pendentes Reliquias coram omnibus puellæ oculis imposuit, quæ illico lumen recepit. Exultant Parentes, obstupescit populus, & ab hac die nemo ultra SS. Episcoporum Doctrinæ obloqui ausus.

Sæculum V. A. C. 430.

c. 24.

Omnes deinde ad Sepulchrum S. Albani Martyris, in Britannia longe celeberrimi, accedentes, Gratias Deo egerunt. S. Germanus tumbam aperiri jussit, omnium

c. 25. *L. XVIII. Sup. §. 19.*

Sæculum V. A. C. 430.

nium Apoſtolorum, multorum Martyrum Reliquias, quas in diverſis Provinciis collegerat, immiſit; tunc ex ipſo loco pulverem, S. Albani ſanguine tinctum, accepit, & ſecum abſtulit. Et ubi ad ſua reverſus eſt, in ejusdem honorem Eccle-
Hiſt. Epiſc. Antiſſ. pag. 416. ſiam in Civitate Antiſſiodorenſi extruxit, in qua has Reliquias depoſuit.

§. XVIII.

Saxonum Victores.

Conſt. Lib. 1. *c.* 28. *Beda* 1. *hiſt. c.* 14. 15.

Saxones, & Picti bellum Britannis inferebant. Picti erant Barbari in Inſulæ parte habitantes, quæ ad Septentrionem poſita eſt, ita dicti, quod variis coloribus corpora pingerent. Saxones erant Germaniæ populi, qui a Britannis vocati, ut ipſis adverſus Pictos opem ferrent, poſteriori tempore fœdera cum iis ipſis, contra quos advenerant, inierunt, ut in Britannia Sedes ſtabilirent, quod tandem poſt annos ferme viginti quinque obtinuerunt. Hoſtium numero territi Britanni auxilium a SS. Epiſcopis petiere. Tempus erat quadrageſimale, & multi eorum, SS. virorum prædicationibus fidem edocti, baptizari voluerunt; itaque major pars exercitus ad Feſtum Paſchale aperto campo, in templo ramentis conſtructo, baptizata. Peractis feſtis, Gratia, quam receperant, roborati, & auxilium Dei ſpe forti exſpectantes, in hoſtes ituri, itineri

ſe

se accinxerunt. Ducem se præbuit S. Germanus, & illius artis, quam juvenis quondam exercuerat, non immemor, misit, qui locorum situm explorarent; tum suos in valle, quam natura munierat, collocat, qua inimicis transeundum erat, qui imparatos invadere sperabant. S. Germanus suos monuit, ut omnes eandem vocem, quam ipse præiret, conclamarent; & cum ter clamasset: *Alleluja!* universus exercitus repetiit eundem clamorem, qui, ab imminentibus montium jugis millies repercussus, horribili fragore hostium animos tam subito metu perculit, ut abjectis armis, & laxatis ordinibus, ipsa etiam impedimenta, hostibus diripienda sine custode, relinquerent. Non pauci, fluminis vadum tentantes, fluctibus hausti sunt. Ita SS. Episcopi, Britannia a Pelagianorum hæresi, & Saxonum Tyrannide, liberata, in Galliam ad sua revecti sunt. S. Cœlestinus Papa, ut Religionem in hac Insula magis, magisque stabiliret, illuc secundo misit Diaconum Palladium, quem Scotis Episcopum ordinaverat; primus omnium is fuit ad hanc Gentem missus Episcopus, quæ hactenus extrema barbarie horruerat. S. Hieronymus litteris consignavit, inter hos populos nullas conjugii leges fuisse, atque comestione carnis humanæ ita delectatos, ut mammas fæminarum, si quas in loco remoto, quo

Sæculum V. A.C. 430.

Prosp. 1. cont. coll. c. 4.

Hier. ep. 83. ad ocean. & 2. in Jovin. c.

Sæculum V. A. C. 430.

auxiliari miſellis nemo poſſet, deprehendiſſent, aliasque partes cœteris magis carnoſas, amputarent. S. Palladius in Scotiam Epiſcopus miſſus eſt, cum Baſſus, & Antiochus Conſulatum gererent, id eſt, cum annus a reparata Salute 431. volveretur.

Proſp. in Chron.

§. XIX.

Epiſtola Joannis Antiocheni ad Neſtorium.

Sanctus Cyrillus acceptis per Diaconum Poſſidonium S. Cœleſtini Papæ epiſtolis, easdem, ad quos pertinebant, ſubmiſit. Suas etiam junxit illis, quæ ad Joannem Antiochenum, & Juvenalem Jeroſolymitanum directæ erant. Juvenalis ante tres, quatuorve annos Prayli ſucceſſerat. Joannem hortatur, ut, quid facere vellet, ſtatuat, aperiens, apud ſe conſtitutum, Papæ ſententiam ſequi, & Epiſcoporum Occidentis, ut eorum communionem ſervaret. Ad Juvenalem dicit: Imperatori ſcribendum, Religionis Præſidium ſuſciperet, & Eccleſiam hoc Pſeudo-Paſtore liberaret. Utrique indicat, nihil a ſe intentatum jam eſſe, quo Neſtorius ad meliora reduci potuiſſet.

Joannes Antiochenus in paucis erat amicus Neſtorii, qui inter ſuos Clericos delectus ad Epiſcopatum fuerat. Itaque cum S. Cyrilli epiſtolam accepiſſet, ad eum ſcripſit, mittens ejusdem, & S. Cœleſtini

Sæculum V. A.C. 430.

lestini Papæ exemplа adjuncta. *Hortor*, inquit: *hos eo animo legas, ut legendo non turberis, cum ob ejusmodi impetus sæpe contentiones, & noxia obstinatio nascantur.* *Sed etiam*, prosequitur: *ne hanc causam spernas, ea enim est Dæmonis astutia, ut superbos in præcipitium impellat, unde non amplius eluctari possunt. Has epistolas animo collecto legas, ad hoc examen voca amicorum tuorum aliquos, quibus libertatem facias, ut tibi, quæ utilia sunt magis, quam quæ placent, suggerant. Quamvis terminus decem dierum, in epistola Sanctissimi Episcopi Cælestini præfixus, sit brevissimus, tamen nihil obstat, quin possis hanc rem una die, imo paucis horis conficere. Nam quid facilius, quam, dum de Incarnatione Domini nostri sermo est, voce congrua uti, a multis Patrum usitata, & quæ vere nativitatem ejus ex Virgine exprimat? hanc vocem tanquam periculosam rejicere non debes, nec credere, dedecori tibi fore, si animum mutes. Si idem tibi sensus est, qui Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus, ut ex viris mihi, tibique communi amicitia junctis, audivi, cur sanam tuam Doctrinam palam edicere reformides? præsertim postquam tantæ turbæ tui causa exortæ? nam scias jam hanc quæstionem prope nos, & procul a nobis agitari, tota commota est Ecclesia, quotidie Fideles, & ubique ob unam vocem rixantur. Hæc cla-*

1. *p. Conc. Eph. c.* 25.

Joannes Antiochenus ad Nestorium.

Sæculum V. A.C. 430

re e re ipſa perſpicies. Occidens, Ægyptus, & forte etiam Macedonia unionem, quam Deus Eccleſiæ ſuæ poſt tot Epiſcoporum, præcipue Magni Acacii labores conceſſit, diſſolvere ſtatuerunt. Hic loquitur de Acacio Bereenſi, & Eccleſiæ unione, quæ Schismati Antiocheno, ſub Epiſcopo Alexandro, & S. Innocentio Papa finem impoſuit.

Tum Joannes fortiter inſtat, ut Neſtorius vocem: *Mater Dei*, THEOTOCOS, adhibeat, quia nullus Doctorum Eccleſiæ hanc vocem rejeciſſet, & multi eam uſurpaſſent, quin a cœteris, qui abſtinebant, reprehenderentur. Probat, hujus vocis: *Mater Dei*, ſignificationem damnari non poſſe, niſi quis in errores noxios labi velit; inde enim contra manifeſtam Scripturæ auctoritatem ſequi, non Deum fuiſſe incarnatum, & formam Servi accipiendo exinanitum. Subjungit: *ſi ante has litteras multi vehementer nobis erant infeſti, quid modo facient, tanta auctoritate roborati? Hæc tibi ſcribo, non ſolus, ſed conſilio adjutus multorum Epiſcoporum, amicorum tuorum, qui præſentes erant, cum funeſtæ illæ litteræ mihi vederentur, videlicet Archelaus, Apringius, Theodoretus, Heliades, Meletius, & Macarius, nuper in Epiſcopum Laodicenum ordinatus.* Solius iſtius ultimi Sedem deſignat, quia cœteri Neſtorio aliunde erant noti.

Supr. XXIII. §. 7.

noti. Joannes Antiochenus simul ad Comitem Irenæum, utriusque amicum, atque Episcopos Museum, & Helladium litteras dedit. Sæculum V. A. C. 430.

§. XX.

Responsum Nestorii.

Nestorius, omnibus his litteris perlectis, Joanni comiter respondit, sed reipsa contumax in errore permansit. *Credidissem*, inquit: *nulli calumniarum generi me minus obnoxium, quam quod in fide errarem, me, inquam, qui usque in hanc diem contra omnes Hæreses fortiter decertavi!* Et inferius: *inveni hanc Ecclesiam divisam; aliqui S. Virginem Matrem Dei tantum*, THEOTOCOS, *appellabant, alii Matrem hominis tantum*, ANTHROPOTOCOS; *ut utramque partem conciliarem, vocavi Matrem Christi* CHRISTOTOCOS, *quod Nomen clare unum, & alterum, Deum, & Hominem significat. Quiesce igitur hac super causa & persuasum tibi habe, eandem mihi semper in vera fide constare sententiam, si nos in Concilio, quod congregandum speramus, viderimus, omnia sine scandalo, & in charitate componemus. Nemo minus te ipso Ægyptii temeritatem miretur, cujus tot tibi specimina sunt. Brevi, Deo dante, quæ hucusque feci, omnibus probabuntur.* Hactenus Nestorii responsio. *Synodic. Balux. al. coll. Chr. Lup. c. 3.*

Sæculum V. A.C. 430.

§. XXI.

Ultima S. Cyrilli ad Neſtorium epiſtola.

Interea S. Cyrillus, ut erat ipſi a Papa mandatum, Alexandriæ Concilium convocavit, forte illud, quod ſingulis annis menſe Octobri agi ſolebat, omnibus Ægyptiacæ Provinciæ Epiſcopis convenientibus. Hujus igitur Concilii nomine ad Neſtorium ſcripſit epiſtolam Synodalem, quæ tertia, & ultima eſſet admonitio; indicat, niſi intra tempus a Papa definitum, nempe decem dies, poſtquam hanc epiſtolam accepiſſet, errores ſuos rejiciat, nolle Epiſcopos ultra cum ipſo communicare, nec pro Epiſcopo habituros, ſed ex eo tempore cum omnibus Clericis, & Laicis, ab ipſo depoſitis, ſeu excommunicatis, communicaturos. *Cæterum*, inquiunt: *non ſufficiet, ſi Symbolum Nicænum profeſſus fueris, nam illa verba detorquendi artem calles, ſed ſcripto, & cum juramento confitendum tibi erit, quod impia tua dogmata anathematizes, teque impoſterum crediturum, & doctrum, quod nos omnes, non ſolum autem nos, ſed omnes Epiſcopi Occidentis, & Orientis, & omnes illi, qui paſcunt populos, credimus. Quippe S. Concilium Romanum, & nos omnes agnovimus, epiſtolas, tibi per Eccleſiam Alexandrinam miſſas, orthodoxas eſſe, & ab errore immunes.*

1. p. Conc. Eph. c. 26.

Epiſtola

Epistola Synodalis post hæc professionem fidei continet. Primo positum est Symbolum Nicænum, deinde longa, & accurata Mysterii Incarnationis explicatio, illis consentanea, quæ S. Cyrillus ante in aliis Epistolis dixerat. Ad præcipuas Nestorii objectiones respondet, & argumentum ab Evchariſtia format in hæc verba: *Mortem JEsu Christi annuntiamus, atque Resurrectionem, & Ascensionem ejus confitemur, dum in Ecclesiis Sacrificium incruentum celebramus. Ita Eulogiis Mysticis appropinquamus, & sanctificamur, dum sacræ carnis, & pretiosi sanguinis, Salvatoris nostri JESU Christi, participes fimus; & non recipimus eam, tanquam carnem vulgarem, hoc Deus prohibeat! neque tanquam carnem hominis sanctificati, & unione Dignitatis Verbo conjuncti, aut in qua Divinitas habitaverit, sed tanquam carnem vere vivificantem, & Verbo propriam.* Nam Verbum, quod, sua natura, vita est, tanquam Deus, dum cum carne factum est res una, eandem vivificantem reddidit; alias quomodo caro hominis sua natura vivificans esse posset. (*) Hæc Epi-

Sæculum V. A. C. 430.

n. 7.

(*) Hæc iterum tam clara, & tam parum præsentiæ tantum symbolicæ Christi in Evchariſtia convenientia, ut nihil addere necesse sit. Cæterum si quis cuicunque extra Ecclesiam Romanam

Sæculum V. A. C. 430.

Epistola appositis duodecim Anathematismis, qui totam rei substantiam complectuntur, clauditur in hunc modum:

§. XXII.

S. Cyrilli Anathemata duodecim.

1. *Si quis non confiteatur, EMANUEL vere Deum esse, & ideo Sanctam Virginem, Dei Matrem, quia secundum carnem genuit Verbum Dei, Carnem factum. Anathema sit!*

2. *Si quis non confiteatur, Verbum, quod a Deo Patre procedit, unitum esse Carni per Hypostasin, & cum Carne sua unicum constituere Christum, qui simul Deus est, & homo. Anathema sit!*

3. *Si quis post unionem dividat Hypostases unius Christi, & solummodo connexione Dignitatis, Auctoritatis, aut Potentiæ, non vero unione reali conjungat. Anathema sit!*

4. *Si quis duabus Personis, aut duabus Hypostasibus applicet ea, quæ Apostoli, &*

---

nam posito, & neganti, JEsu Christi Verba: *Hoc est Corpus meum:* in sensu proprio esse accipienda, respondeat retorquendo, ergo etiam Verba S. Joannis: *Et Verbum Caro factum est,* non in sensu proprio, sed in sensu Nestorii, vel cujusdam alterius circa Incarnationem errantis Hæretici, esse intelligenda, Retorsionem absque Ecclesiæ Romanæ testimonio ex sola Sacra Scriptura solvere in æternum non poterit.

Matth. 26.

Joan. 1.

& Evangeliſtæ referunt, tanquam de JEſu Chriſto vel a Sanctis vel a ſemetipſo dicta, & aliqua tribuat homini, ſeparatim a Verbo Dei ſpectato, & rurſus aliqua, tanquam Deo digna, ſoli Verbo, a Deo Patre procedenti. Anathema ſit!

5. Si quis dicere audeat, JEſum Chriſtum hominem eſſe, qui Deum portat, cum dicere deberet, eſſe vere Deum, tanquam unicum, & ſua natura Filium, quia Verbum Caro factum eſt, & ſicut nos carnem, & ſanguinem participavit. Anathema ſit!

6. Si quis audeat dicere, quod Verbum, a Deo Patre procedens, ſit Deus, aut Dominus JEſu Chriſti, cum confiteri deberet, eundem eſſe ſimul Deum, & hominem, quia Verbum Caro factum eſt. Anathema ſit!

7. Si quis dicat, JEſum, tanquam Hominem, fuiſſe a Verbo Dei poſſeſſum, & gloria unici Filii veſtitum, tanquam a Filio diſtinctum. Anathema ſit!

8. Si quis dicere audeat, Hominem, a Verbo conſumptum, debere adorari, glorificari, & Deum cum ipſo vocari, quaſi unus eſſet in altero, nam ſi ſemper vox: CUM IPSO, addatur, talis Idea naſcitur; cum deberet honorare EMANUEL una ſola adoratione, & eidem unam ſolam Glorificationem reddere, quia Verbum Caro factum eſt. Anathema ſit!

9. Si

Sæculum V. A. C. 430.

9. *Si quis dicat, Dominum nostrum* JEsum *Christum glorificatum fuisse per Spiritum Sanctum, ac si a Spiritu S. Potentiam, sibi alienam accepisset, ut contra Spiritus immundos ageret, & miracula in hominibus operaretur, cum dicere deberet, Spiritum, per quem miracula operabatur, sibi proprium fuisse. Anathema sit!*

10. *S. Scriptura dicit,* JEsum *Christum factum fuisse Pontificem, & Fidei nostræ Apostolum, seque ipsum Deo Patri in odorem suavitatis obtulisse. Ergo si quis dicat, Pontificem nostrum, & Apostolum nostrum non esse Verbum Dei ipsummet, postquam Caro factum est, &, sicut nos, Homo, sed hominem ex muliere natum, & a Verbo alium; aut si quis dicat, quod Sacrificium obtulerit pro se ipso, cum dicere deberet, quod solummodo pro nobis obtulerit; ipsum enim non oportebat pro se ipso Sacrificium offerre, cum peccatum non novisset. Anathema sit.*

11. *Si quis non confiteatur, Carnem Domini esse vivificantem, & Verbo, a Deo Patre procedenti, propriam, sed alteri attribuat, qui ei secundum Dignitatem conjunctus sit, & in quo Divinitas solummodo habitare dicatur, cum dicere deberet, esse vivificantem, quia propria*

est

est Verbo, quod omnia vivificandi virtutem habet. Anathema sit! Sæculum V. A. C. 430.

12. *Si quis non confiteatur, Verbum Dei passum fuisse secundum carnem, crucifixum secundum carnem, & primogenitum inter mortuos, quia vita est, & tanquam Deus vivificans. Anathema sit!*

Hæc sunt celeberrima S. Cyrilli duodecim Anathemata contra omnes propositiones hæreticas, quas Nestorius protulerat. Epistola Synodalis, cui subjuncta sunt, data legitur 30. Nov. sed hæc dies potius illa fuisse creditur, qua Constantinopolim allata fuit. Junctæ erant duæ aliæ Epistolæ, una ad Clerum, & populum Constantinopolitanum, altera ad Monasteriorum in ea Civitate Abbates; in iis S. Cyrillus scribit, se extremam necessitatem expectasse, antequam ad gravissimum excommunicationis remedium mentem adjiceret; hortaturque, ut in fide firmi persisterent, & libere cum iis communicarent, quos Nestorius excommunicaverat. Ad has Epistolas ferendas quatuor Episcopi Ægyptii, Theopemptus, Daniel, Potamon, & Macarius delecti; iidem Epistolam S. Cœlestini Papæ ad Nestorium detulerunt.

v. Not. Bal. p. 422.

Conc. Ephes. v. 584.

§. XXIII.

Sæculum V. A. C. 430.

§. XXIII.

Concilium Ephesinum convocatur.

Antequam hi Legati Constantinopolim perveniſſent, Theodoſius convocationem Concilii œcumenici mandavit, cum ambæ partes id depoſcerent. Catholici Concilium petebant, quod ex Libello ſupplici Baſilii, & Monachorum, quos Neſtorius male habuerat, apparet; Neſtorius quoque petebat, quod ſperaret, Poteſtatum Sæcularium favore, & Orientalium nixus præſidio vincere, & efficere, ut S. Cyrillus opera Cheremonis, accuſatoris ejus, aliorumque calumniatorum cauſa caderet. Epiſtola convocationis Nomine amborum Imperatorum juxta formam conſuetam ad Metropolitas uniuscujusque Provinciæ directa eſt. Ea, quæ ad noſtra usque tempora aſſervata, ad S. Cyrillum data eſt, & ſummatim hæc habet: *Ob turbas in Eccleſia exortas omnino neceſſarium judicavimus, ut totius Mundi Epiſcopos convocaremus, quantumvis abhorruerimus, ut iis tantam defatigationem injungeremus. Igitur pietas tua ita omnia diſponat, ut poſtquam proximum Feſtum Paſchæ præterierit, ad Diem Pentecoſtes Epheſum ſe conferat, & ſecum Epiſcopos, quotquot expedire judicaverit, adducat, ita ut numerus ſufficiens remaneat, regendæ Provinciæ, & fre-*

t. p. Conc. Eph. c. 30. Evagr. 1. hiſt. c. 7.

t. part. Conc. Ephes. c. 32.

frequentissimi in Concilio adsint. Nemo interea quidquam innovet, donec Concilium fuerit congregatum. Nullatenus dubitamus, omnes Episcopos prompte venturos, si quis absit, nulla ei coram Deo, & coram nobis excusatio erit. Datum Constantinopoli, decimo tertio Calendas Dec. Theodosio decimo tertio, & Valentiniano tertio Consulibus, id est, 19. *Nov. anno* 430. Ad celebrandam Synodum delecta est Civitas Ephesina, omnibus rebus ad vitæ commoditatem instructissima, & ad quam facilis esset terra, marique accessus.

Sæculum V. A. C. 430.

Sacra per Joan. Conc. Ephes. p. 721

Præter Epistolam Circularem alia speciatim ad S. Cyrillum data, qua Theodosius sanctum Virum accusat, quod turbarum in Ecclesia auctor esset; queritur etiam, quod diversas scripsisset Epistolas, unam ad se, & Conjugem Eudoxiam, alteram ad sororem suam Pulcheriam, quasi vero divisa esset Familia Cæsarea. Veniam tamen concedit, & hortatur, ut in Synodo ad reducendam Ecclesiæ tranquillitatem, quantum posset, collaboret. Ex hac Epistola cognoscitur, Theodosii animum in S. Cyrillum præjudicio laborasse.

§. XXIV.

Ultima S. Augustini Opera.

Sanctus Augustinus nominatim ad Synodum vocatus est ob præcellentem

Saeculum V. A. C. 430.

de eo opinionem; quæ enim alia causa sit, cur ipsum Cæsar inter innumeros Episcopos secerneret? Quidam Imperatoris servus, nomine Ebagnius, Epistolam detulit, sed cum Carthaginem circa Festa Paschalia anni sequentis 431. demum perveniisset, comperit, S. Augustinum e vita migrasse, & Constantinopolim rediit cum litteris Capreoli Episcopi ad Imperatorem, quibus viri obitum significabat. Ultimus S. Augustini labor litterarius fuit secunda ad Julianum responsio, quam imperfectam reliquit; Julianus quatuor libros contra primum librum S. Augustini de Nuptiis, & Concupiscentia scripserat, at cum vidisset etiam secundum, octo libros, ut responderet, composuit, eosque Floro, Episcopo Pelagiano, eorum ex numero, qui secum Constantinopolim confugerant, inscripsit. Julianus nesciebat, S. Augustinum sex libros composuisse, quibus quatuor ejus primis respondebat, nec etiam sciebat, si ipsi credimus, S. Augustinum hos quatuor libros vidisse; & quidem ignorare hæc poterat, quia illo tempore in Cilicia versabatur. S. Augustinus, aliis laboribus obrutus, ægre adduci poterat, ut responderet his octo libris, qui injuriis, & sermonibus ambiguis scatebant. Nihilominus S. Alypio, urgere non cessanti, cessit, & scripsit; quippe etiam

Liberat. Breviar. c. 5.

etiam timebat, ne homines rudes hanc Juliani reſponſionem legerent, &, quam futilis ſit, non perſpicerent. Igitur S. Auguſtinus huic labori usque ad ultimos vitæ dies incubuit; ſex libros concinnavit, qui ſex primis ex illis octo Juliani opponuntur. Primo ponit Juliani verba, tum ab articulo ad articulum reſpondet. Quia Julianus vix quidquam aliud afferebat, quam quod in primo ſuo opepere dixerat, S. Auguſtinus quoque in his libris ſæpe ea, quæ dixerat alibi, repetere cogitur. Nihilominus multa inveniuntur, quæ maximi ponderis ſunt, fortius expreſſa; rei veritas magis explicatur, & plena lux affunditur. Ultimis vitæ annis, & poſtea quam Retractationes ſcripſiſſet, compendium præceptorum moralium ex S. Scriptura extraxit, quod ſpeculum appellavit, quia Fideles, id legentes, ſtatum animæ ſuæ, & in virtutibus progreſſum conſpicere poſſunt. Nihil aliud, quam quod ad formandos mores facit, inſeruit, & præcepta, directe, atque ſimpliciter ſine figura propoſita, affert. Hic S. Auguſtinus non uſus eſt verſione ſeptuaginta Interpretum, ut ſolebat, ſed verſione S. Hieronymi ex Hebraico, quod eſſet clarior. Initium ducit a Legibus, quæ poſt Decalogum in Exodo traduntur, tum præcepta moralia ex toto antiquo Teſtamento excer-

Sæculum V. A. C. 430.

Sæculum V. A C. 430.

pit, nec illos libros omittit, quos Ecclesia Canonicos tenet, etiamsi in canone Hebræorum non inveniantur. In extractis novi Testamenti primo ponit Sermonem Christi in monte, eaque usque ad Apocalypsin continuat. Cum inter tot Scripturæ textus, aliqui occurrant, qui sibi contrarii videntur, animus erat, eos in quæstionibus explicare, quas deinde separatim ederet, sed propositum exequi non potuit.

§. XXV.

Miser Africæ Status.

Possid. c. 28.

Interea Africa a Vandalis extrema patiebatur, quæ calamitas ultimam S. Augustini vitæ partem amarissimam reddidit; ita enim loquitur Possidius Episcopus Calamensis, qui omnia suis oculis vidit, & subjungit: *Videbat Vir sanctus, vastatas urbes, & domos agrestium dirutas, incolas aut occisos, aut profugos; Ecclesias Sacerdotibus, & Ministris destitutas, Virgines sacras, virosque Religiosos in diversa sparsos. Aliqui tormentis succubuerant, alii gladio perierant, alii in dura captivitate, postquam integritatem corporis, spiritus, fideique amisissent, inimicis barbaris serviebant. Videbat Hymnos, & Laudes Dei cessare in Ecclesiis, quas in pluribus locis flammæ consumpserant; Sacrificia solemnia Deo debita, non amplius*

amplius offerri in locis congruis, nimirum, cum deesſent Eccleſiæ, in domibus, aut aliis locis profanis celebrari; Sacramenta non peti, nec facile inveniri, qui petentibus conferret; aufugientes in ſylvas, in montes, in cavernas, & rupes, aut in munimenta capi, & perimi, aut fame emori, omnibus vitæ neceſſariis privatos; Epiſcopos, & Clericos, qui Dei Gratia in manus hoſtium non eſſent lapſi, vel comprehenſi rurſus fugiſſent, rebus omnibus ſpoliatos, ad extremam mendicitatem redactos; ita ut omnibus omnia, quibus neceſſario indigerent, ſuppeditare, impoſſibile eſſet; ex tanto Eccleſiarum Africæ numero vix tres, Carthaginem, Hipponem, & Cirtham ſupereſſe, quæ oppreſſæ non eſſent, & quorum Civitates ſubſiſterent.

Sæculum V. A. C. 430.

Inter hæc pericula S. Auguſtinum Honoratus Epiſcopus Thiavenus conſuluit, an Epiſcopis, vel Clericis, quando Barbari imminerent, fugiendum eſſet. Ei S. Auguſtinus primo Epiſtolam eandem miſit, quam hac ſuper quæſtione ad Epiſcopum, cui Nomen Quodvultdeus, dederat; hæc non ſupereſt. Sed Honoratus non acquievit, allegans illud JEſu Chriſti: *Si vos perſecuti fuerint in una Civitate, fugite in aliam;* cui argumento alius Epiſcopus addebat: *Si Dominus nos fugere juſſit tempore perſecu-*

t. 30.

ep. 228.

Matth. 10. 23

Sæculum V. A.C. 430.

tionum, in quibus Martyrii palmam adipiſci poſſumus, multo magis id intelligendum de tempore, quo Barbari nos invadunt, quando ſterilis eſt paſſio? Reſpondit S. Auguſtinus, ſcripta prolixa Epiſtola, qua Regulas tradit, quid in ejusmodi caſu faciendum. Adductis JEſu Chriſti verbis opponit illa; mercenarium fugere, ſi videat lupum venientem; & ſubjungit; ut ambo textus concilientur, dicendum, ſi periculum utrique parti commune ſit, Paſtores, & Miniſtros Eccleſiæ gregem deſerere non poſſe; Paſtorum Miniſterium ſemper eſſe neceſſarium, præſertim tempore afflictionis, quo oves ſolatio, & confirmatione indigent. Sæpe pericula inſtantia omnis conditionis homines compellunt, ut ad Eccleſiam recurrant, Baptiſmum, reconciliationem, aut ſaltem pœnitentiam petentes; tunc vero, ſi Sacerdotes deſint, quam infelices ſunt, qui migrant ex hoc Mundo, antequam regenerentur, aut abſolvantur? quam terribile judicium paſtoribus fugientibus a grege, ubi pugnandum fuiſſet, erit ſuſtinendum? (*) Hæc mala

ep. 228. *n.* 6.

Joan. 10. 12.

n. 2.

n. 7.

(*) Hic habemus Teſtimonium uſus abſolutionis Sacramentalis! non enim Sanctus Pater, ſine ea migrantes e vita, infelices proclamaret, ſi de reconciliatione externa, & aliqua Eccleſiæ Cæremonia ſermo eſſet.

mala, quia ſpiritualia, magis timenda, quam temporalia, magis quam mors ipſa, & tormenta omnia. Prima Paſtoris cura ſit, gregi ſuo neceſſaria præbere alimenta; nec mala certa admittat, ut dubia devitet. n. 9.

Si perſecutores ipſum Paſtorem quærant interficere, & adſint Miniſtri alii, qui gregi paſcendo ſufficiant, in tali caſu fugiendum eſt, quod S. Paulus Damaſci, & S. Athanaſius fecerunt. Si omnes grex fugiat, Paſtor ſequatur, cum ſolius gregis amore remanere teneatur. Tunc quoque ſi grex non ſuperſit, poteſt recedere, quod quibusdam Epiſcopis in Hiſpania contigerat, quorum populi interempti, in urbibus obſeſſis conſumpti, diſperſi, aut in captivitatem abducti. n. 2. n. 6. n. 10.

Clericorum aliqui etiam ſe ipſos bono Eccleſiæ ſervent, ſi alii interim gregi pro abſentibus invigilent. Sed non facile plus ipſis Laicis vitæ ſuæ timeant, nec perſuaſum ſibi habeant, ſe aliis Clericis eſſe magis neceſſarios, quia vel vecordia eſt, vel præſumptio. n. 11. n. 12.

Si omnes remanere cupiant, dum aliis magis conſultum videtur, ut pars Clericorum fugiat, res ſorti decidenda permittatur. Si vero timor ſit, ne, ſi omnes Clerici maneant, nimia fiducia Laicis fieret, eos moneant, ſolum ipſorum cauſa ſeſe periculo n. 13.

Sæculum V. A.C. 430.

exponere. Ita S. Auguſtinus Confratres ſuos confirmabat.

§. XXVI.

S. Auguſtini obitus.

VandaliHipponem obſidere feſtinarunt, eo quod Comes Bonifacius, qui tunc contra eos bellabat, ſe illuc cum Gothis, Romanorum fœderatis, recepiſſet. Quatuordecim ferme menſes obſidio tenuit, urbique a Vandalis omnis commeatus, qui a mari advehi poſſet, intercluſus. Poſſidius, pluresque alii Epiſcopi vicini, illuc confugerant, iisque quadam die menſæ aſſidentibus, S. Auguſtinus dixit: *Scitote, quod ego præſentis calamitatis tempore Deum orem, ut hanc urbem ab hoſtibus, eam circumdantibus, liberet, aut ſi divinæ Providentiæ aliud viſum, ſervis ſuis robur, quæ ipſi ſunt placita, fortiter tolerandi tribuat, aut certe me ex hac vita avocet.* Exinde omnes cum eo eandem ad Deum orationem fundebant. Ipſe integra ſui ingenii vi, atque animi conſtantia usque ad extremum morbum in ſua Eccleſia prædicavit.

Poſſ. c.29.

c. 31. Tandem tertio obſidionis menſe febri correptus, id, quod ad amicos dicere ſolebat, opere explevit, neminem poſt acceptum baptiſmum ſine pœnitentia debere ex hac vita decedere; etiamſi Chri-

Christianorum piissimi, etiamsi Episcopi sint. Ergo Psalmos Pœnitentiæ conscribi jussit; qui numero pauci sunt, ait Possidius; verosimiliter iidem septem Psalmi pœnitentiales sunt, quos hodieque ita nominamus; chartam, hos Psalmos continentem, muro prope lectum affigi voluit, eosque inter continuas lacrymas legebat. Ne a tam pio exercitio averteretur, decem ante obitum dies, ab iis, qui cum ipso erant, petiit, ne quemquam in cubiculum ad se admitterent, nisi horis illis, quibus Medici ad eum visendum veniebant, aut quando cibus inferebatur; illi, quod optabat, fecerunt. Itaque omne reliquum tempus orationi dabat. Obiit sui omnino conscius, nec oculi antea fracti, nec obtusus auditus; præsentes erant amici, cum ipso orantes; annos ætatis numerabat septuaginta sex, & ferme quadraginta Clericus fuit. Dies obitus fuit quinto Calendas Sept. Theodosio decimo tertio, & Valentiniano tertio Consulibus, id est, anno 430. 28. Aug. quam diem Ecclesia etiamnum ipsius honori consecrat. In exequiis Sacrificium Deo, Episcopis præsentibus, oblatum. (*) Nullum condi-

Sæculum V. A. C. 430.

S. Augustinus moritur.

(*) In Exequiis Sacrificium Deo, Episcopis præsentibus, oblatum. A ses Funerailles on offrit

Sæculum V. A. C. 430.

dit testamentum, cum esset ita pauper, ut non haberet, quod cuiquam relinqueret. Id vero semper magna cura aliis mandaverat, ut Bibliothecam, omnesque alios Ecclesiæ suæ libros diligentissime conservarent. Hæc particularia a Possidio, qui Viro sancto annos circiter quadraginta convixerat, didicimus.

Idem quoque S. Augustini miracula narrat. *Scio*, inquit: *quod cum esset Presbyter, & deinde Episcopus, instantissime fuerit rogatus, ut pro Energumenis Deum deprecaretur; oravit cum lacrymis, & recesserunt Dæmones. Scio, quod, cum ipse ægrotaret, & decumberet, aliquis ad eum venerit, ægrotum adducens, & rogans, ut, impositis ei manibus, sanaret; dixit Vir sanctus: si mihi Dominium esset in morbos, me ipsum ante omnes alios sanarem. Alter respondit: dictum mihi fuit in somnio: Vade ad Episcopum Augustinum! huic ægroto manum*

offrit à Dieu le Sacrifice, en Præsence des Evêques. tom.6. p.45. Diese Worte hat der deutsche Uebersetzer, auf seiner 375. Seite, und 292. Abschnitt, schlechtweg ausgelassen, damit sich seine Glaubensbrüder nicht stossen möchten, wenn sie sähen, wie alt der Gebrauch in der wahren Kirche sey, Seelenmessen zu lesen. Eine feine Art die Religion zu vertheidigen, welche seiner Kirche grosse Ehre machet! Heisset das nicht seine Leser betrügen?

num imponat, & ſanabitur! fecit S. Auguſtinus ſine dilatione, quod poſcebatur, & ægrotus, ſanitate recepta, domum abiit. Sæculum V. A. C. 430.

Idem Poſſidius Catalogum operum S. Auguſtini tam librorum, quam ſermonum, & Epiſtolarum nobis reliquit, quæ numero mille triginta ſunt; & nihilominus fatetur, non nulla ſuam effugiſſe induſtriam. Aliqua enumerantur, quæ ad nos usque non pervenerunt. *vit. c. 18. Indic. Poſſid.*

§. XXVII.

S. Alexander Acemetum Fundator.

Sub id tempus Conſtantinopoli e vivis exceſſit S. Alexander, celeberrimus inſtituti Acemetum Fundator. In Aſia minore, familia nobili natus, & Conſtantinopoli litteris imbutus, inter Miniſtros in Palatio Imperatoris adlectus eſt. At brevi rerum mundanarum tœdium ſubiit, quod S. Scripturæ lectio non parum auxit. Abdicato munere, bonisque in pauperes ſparſis, in Syriam venit, ubi vitam Monaſticam ſub Diſciplina Abbatis Eliæ, ejus fama attractus, amplexus eſt. Poſtquam ibi per annos quatuor fuiſſet moratus, ut Prophetam Eliam imitaretur, in deſertum ſeceſſit, ibique annis ſeptem perſeveravit. Per illud tempus Rabbulam, vicinæ urbis Præfectum, pluresque alios Gentiles convertit; hi Alexandrum in Epiſcopum ſibi dari *vit. Boll. 15. Jan.*

Sæculum V. A. C. 430.

dari cupiebant, cumque portas Civitatis custodirent, ne evaderet, ipse quosdam exoravit, ut se in sporta per murum demitterent. Rabbula post suam conversionem, servis suis libertatem, Bona pauperibus donavit; ipse in solitudinem secedens, vitam Anachoreticam duxit. Post hæc inde protractus, in Episcopum Edessæ, quæ erat Mesopotamiæ Metropolis, ordinatus est. Uxor ejus sua ex parte Deo se consecravit, &, ædificato Monasterio, ibi seipsam, filias quoque, & ancillas includens, reliquos vitæ dies sancte transegit.

Alexander ab illa urbe, ubi Episcopus deposcebatur, fugiens, cum per biduum in deserto ambulasset, venit ad quemdam locum, quem sibi triginta latrones in receptaculum delegerant. Ipse a Deo precibus flagitavit, ut sibi eorum animas donaret; Dux illius cohortis primus conversus est, & exacto octiduo, postquam fuisset baptizatus, defunctus est vita. Cæteri quoque, baptizati, specum latronum in Monasterium mutarunt, seque Superiori, quem Alexander designavit, subjecerunt.

His relictis, Alexander Monasterium in Euphratis ripa condidit, Deumque per annos tres oravit, ut ibi Psalmodiæ nunquam interruptæ Auctor esse posset. Interim ejus Cœnobium numero ita excrevit,

vit, ut ad quatuor centum Monachi, e diversis nationibus, Syris, illius Regionis indigenis, Græcis, Latinis, Ægyptiis numerarentur; hos in plures Choros divisit, qui sibi invicem succedentes continuo officium Divinum celebrabant. Hoc ejusmodi usus exemplum primum habemus. Monachi S. Alexandri paupertatem rigide servabant, unica cuilibet erat tunica, nec copiosior, quam quæ singulis in diem sufficeret, annona; si quid supererat, pauperibus dabatur, & nihil reponebatur in crastinum. Sæculum V. A.C. 430.

Annos viginti in hoc Monasterio penes Euphratem moratus Alexander, septuaginta ex suis Discipulis elegit, qui Gentibus fidem prædicarent; centum quinquaginta alios assumpsit, qui se in eremum sequerentur, reliquos in Monasterio sub Trophimi Regimine reliquit. Alexander olim Antiochiæ fuerat, & magno zelo sese opposuerat, cum Porphyrius anno 404. intruderetur. Rediit in hac urbem post annos viginti, Theodosio Episcopo, comitantibus Magistrum Discipulis, sed cum Episcopi animum alii contra eum occupassent, ipso jubente, ejectus est. Verosimile est, quod Alexandrum Euchitarum, aut Massalianorum sectatorem crediderit, quod preces ejus continuæ, vita vagabunda, & Regio, unde adveniebat, suspectum fecerint. Clericus aliquis, *Sup. XXI. §. 47.* *Sup. XIX. §. 25.* S. Alexander.

Sæculum V. A. C. 430.

quis, cui nomen Malchus, quibusdam Laicis comitantibus, & ab Episcopo jussus, venit, ut Alexandrum expelleret, & viro inflixit alapam; Alexander, presso iracundiæ motu, nihil aliud dixit, quam illa Evangelii verba: *erat nomen servo Malchus.* Populus, qui Alexandrum, tanquam Prophetam venerabatur, ejus defensionem suscepit, & Malchus fugere coactus. Nihilominus Alexandro Antiochia excedendum fuit, urbis Præfecti jussu, qui eum Calcidem cum suis Discipulis relegavit. Cum Mendici centones induisset, ad quoddam Monasterium, quod Chrithen dicebatur, venit, & valde miratus est, quod ibi Psalmodiam perpetuam secundum suum institutum inveniret; & judicavit, quod res erat, hanc domum ab aliquo Discipulorum suorum conditam.

Joan. 18. 10.

Tandem relicta Syria, cum viginti suorum Monachorum Constantinopolim rediit, ibique Monasterium prope Ecclesiam S. Mennæ extruxit. Brevi temporis intervallo ferme trecenti Monachi congregati ex diversis linguis, Græci, Latini, Syri, omnes Catholici, & quorum multi in aliis Monasteriis jam fuerant versati. Hos in sex Choros divisit, qui Laudes Divinas alternatim, alii aliis succedentes cantabant, ita ut in hoc Monasterio diu noctuque, & horis singulis laudaretur Deus. Inde ipsis nomen: Acemetes,

metes, *Acoimetai*, quod græce vigilantes significat, seu homines, nunquam dormientes, quia semper una Communitatis illius pars vigilabat. Cum non laborarent, nec alia bona, quam libros suos, possiderent, omnes mirabantur, unde sustentari possent, atque inde suspicio in eos cadebat, esse Secta Massalianos. Alexander bis custodiæ traditus; cogere voluerunt, ut Psalmodiam perpetuam interrumperet: ejus Discipuli in illa, unde venerant, Monasteria dimissi, ipse libertati redditus, quod crederent, solum remansurum; at eadem die, qua e custodia exiit, Monachi ejus, ad Magistrum redeuntes, Psalmodiam restaurarunt. Cum ipsis Alexander ad ostia Ponti Euxini profectus, Monasterium fundavit, ibique circa annum 430. rebus humanis ereptus est.

Sæculum V. A. C. 430.

Nil ap. Vales. in Theod. IV. c. 11.

§. XXVIII.

Altera Nestorii ad Papam Epistola.

Sub finem mensis Nov. anno 430. & post Concilii Ephesini convocationem, Nestorius ad S. Cœlestinum Papam epistolam dedit in hæc verba: *Comperi, Venerabilem Cyrillum, Episcopum Alexandrinum, accusationibus, quæ nobis contra eum oblatæ, territum, quærere modum, quo judicium S. Concilii quod ad accusationes contra ipsum discutiendas celebrabitur, declinet,*

ap. Mercat. Garn. p. 80.

Sæculum V. A.C. 430.

clinet, & verbis tricari, videlicet vocibus THEOTOCOS, *&* CHRISTOTOCOS, *quarum unam admittit, & alteram rejicit, quamvis & hanc non nunquam admittat. Ego vero illis, qui volunt dicere Theotocos, non adversor, si modo in illo sensu non accipiant, quo Arius, & Apollinaris, & Naturas non confundant. At præferre non dubito vocem* CHRISTOTOCOS, *qua & Angeli, & Evangelistæ usi sunt.* Nimirum textibus S. Scripturæ nitebatur, ubi, si de Nativitate in tempore Filii Dei sermo sit, JEsus, seu Christus vocatur. Tum subjungit: *si consideremus duas Sectas sibi oppositas, quarum una utitur voce* THEOTOCOS, *nempe Secta Arii, vel Apollinaris, altera solum voce:* ANTHROPOTOCOS, *nempe Secta Pauli Samosateni, quia prima Mariam dicit, tantum Matrem Dei, & secunda tantum Matrem hominis, an non prudentiæ est, viam tentare, qua hos, & illos ad saniora reducamus, si Nomen adhibeamus, quod utramque Naturam significat? hoc autem præstat Nomen: Mater Christi,* CHRISTOTOCOS. *Hæc ad Episcopum Alexandrinum perscripsi, ut ex epistolis, quas tibi mitto, cognosces. Cæterum placuit piissimo Imperatori Concilium œcumenicum indicere, quo aliæ causæ Ecclesiastica tractentur, nam quantum ad hanc litem, quæ de vocibus movetur, pertinet, non puto difficilem esse quæstionem.* Conjice-

re

re licet, Neſtorium hanc epiſtolam miſiſſe unacum illa Imperatoris, qua Concilium œcumenicum convocabatur. Sæculum V. A.C. 430.

§. XXIX.

Neſtorii Sermones ultimi.

Interim, cum quatuor Epiſcopi, a Concilio Alexandrino Legati, Conſtantinopolim perveniſſent, die Dominica in Eccleſiam Cathedralem ſe contulerunt, tempore, quo officium celebrabatur, toto Clero, & ferme omnibus, qui illuſtriſſimi dicebantur, præſentibus. Hæc Dominica erat dies trigeſima Novembris ejusdem anni 430. Neſtorio epiſtolas S. Cyrilli, & S. Cœleſtini tradiderunt; accepit ipſe, dicens, ſequenti die in domum ſuam ad ſe venirent; ipſis vero venientibus clauſas fores objecit, nec ullum dedit reſponſum. Elapſis diebus ſex, octavo Idus Dec. id eſt, ſexta hujus menſis, quæ erat dies Sabbati, Neſtorius in Eccleſia Sermonem pronuntiavit, qui Doctrinæ ejus compendium dici poſſit. In S. Cyrillum vehementiſſime invehitur, quem non nominat, ſed voce Ægyptii ſatis deſignat. Ipſum ad certamen provocat, & incuſat, quod ſe ſagittis aureis impetat; vult dicere, quod pecunia accuſatores coemat; ſed hujus ipſius criminis Neſtorius arguebatur, memorat inimicitias inter Epiſcopos Alexandriæ, & Antiochenos, jam a

Conc. Epheſ. Act. 1. p. 503.

ap. Merc. Garn. Serm. 12. v. not. Baluz. pag. 422.

Libell. Baſil. n. 4.

Sæculum V. A.C. 430.

superioribus annis gliscentes, nempe contra Meletium, & Flavianum, & contra S. Chrysostomum, ex eadem Ecclesia assumptum, ut fidem adstrueret, præsentem contentionem ex invidia duarum istarum Cathedrarum ortum trahere. Conqueritur, in judicium se vocari, ob unam voculam: *Theotocos*. Quam concedere se simulat, sed additis malignis explicationibus. Negat se docere errores Pauli Samosateni, & Photini, quos refert, & sollicite distinguit. Tandem, vocem *Christotocos* adhibendam, suadet, tanquam unicum tollendis erroribus remedium.

Alterum quoque sermonem dixit sequenti die, quæ erat Dominica, ubi clare eloquitur, Virginem esse Matrem Dei, & Matrem Hominis, at semper periculosum esse asserit, uti voce: *Theotocos*. His sermonibus satisfactum putabat duorum Conciliorum, Romani, & Alexandrini epistolis, quas Legati Ægyptii haud dubie in lucem ediderant. Cum vero nullo scripto magis premeretur Nestorius, quam duodecim S. Cyrilli anathematismis, ea, editis sua ex parte aliis duodecim anathematismis, oppugnare aggressus est.

ap. Merc. Serm. 13.

Joannem Antiochenum quoque, accepto ultimæ epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium exemplo, ejus duodecim Anathemata offenderunt; nam credebat, eum,

Liberat. brevic. c. 4.

cum

cum se voluisset opponere Nestorio, in alterum extremum incidisse, & in errorem Appollinaris lapsum. Igitur duobus suæ Provinciæ Episcopis, qui cœteris doctiores habebantur, Andreæ Samosateno, & Theodoreto Cyrensi mandavit, ut editis libris responderent. Hi morem gesserunt; Andreas librum scripsit nomine Orientalium, qui illum in quodam Concilio approbaverunt. Theodoretus scripto suum Nomen præfixit, quod acerbiore calamo, quam Andreas, composuerat; id prius in Phœniciam, vicinasque Regiones vulgatum, Constantinopolim misit, unde illud Evoptius Episcopus Ptolemaide in Pentapoli S. Cyrillo submisit. Andreas, & Theodoretus ambo ante Concilium Ephesinum scripserunt.

Sæculum V. A.C. 430.

Cyrill. præf. to. 4. p. 766.

§. XXX.

Theodoreti initia.

Theodoretus, in hac Controversia celeberrimus, natus erat Antiochiæ circa annum 387. nobilibus, opulentis, & piis Parentibus. Mater ejus devotissima, postquam annos tredecim in sterili vixisset conjugio, hunc filium per preces, celeberrimi Solitarii, Macedonii Critophagi obtinuit. Inde nomen ei Theodoretus, id est, a Deo datus, impositum. Sæpe infanti S. Petrus ex Galatia, & S. Aphraates Benedictionem impertiti sunt,

Theod. Philoth. c. 3.

Sæculum V. A.C 430.

eumque Parentes, ut promiserant, Deo consecrarunt. Educatus est in Monasterio, tribus milliariis ab urbe Apamea, & sexaginta quinque ab Antiochia dissito; cum in hanc aliquoties veniret, ibi juvenis ordine Lectoratus insignitus est. Amicitia singulari Nestorio, & Joanni, postea Episcopo Antiocheno, junctus, Doctrinæ, & eloquentiæ maxima laude floruit; tandem invitus ad Episcopatum circa annum 423. evectus est, cum eousque totum vitæ tempus in Monasterio exegisset; cæterum etiam Episcopus Monachum non exuit.

Sup. XVII. 7. Philot. c. 8. c. 9.

Ep. 81. Nomo. p. 954. epist. 119. p. 993.

Philot. c. 12. p. 832.

Cyrus Civitas, in qua Theodoretus Episcopus fuit, in illa Syriæ parte, quæ Euphratesiana dicebatur, sita erat. Hæc a Judæis e captivitate redeuntibus in honorem Regis Cyri ædificata jactabatur. Ipsa quidem urbs haud ampla; verumtamen octingentas Parochias sibi subjectas numerabat. Theodoretus, mortuis parentibus, illico patrimonium elargitus, postea nec aliquam domum, nec prædia, & nequidem sepulchrum sibi acquisivit. Rursusque nec ipse, nec socii ejus unquam ab aliis vel vestem, vel panem acceperunt. Nihil præter centones, quibus tegebatur, possidens, nihilominus Ecclesiæ pecuniis publicas Porticus, & duos magnos pontes ædificavit, & Balnea reparavit. Aquæductum quoque construi curavit,

Philot. c. 17. fin.

Procop. Lib. II. de ædif. just. c. II. ep. 113. fin. ep. 81.

ravit, ut aquæ abundantius in urbis Regiones diffunderentur, cum antea ad fluvium semper fuisset currendum. Imperatrici Pulcheriæ libellum supplicem tradidit, rogans, ut hanc Provinciam, impositis tributis obrutam, vellet adjuvare; tantam enim esse paupertatem, ut multi agri inculti jacerent. Sæculum V. A. C. 430. *epist.* 45.

Quantum ad res Spirituales attinet, Theodoretus ultra decem millia Marcionitarum in octo oppidis convertit, & baptizavit; aliud oppidum, in quo Eunomiani, aliudque in quo Ariani habitabant, ad fidem perduxit; tandem ab omnibus Hæreticis, quorum magnus fuerat numerus, suam Diœcesin purgavit; id vero multo labore constitit; sæpe partem sanguinis fudit, sæpe lapidibus lacessitus, sæpe mortis periculum subiit. Plurimum in his piis laboribus se adjutum fatebatur, precibus Jacobi, Solitarii, cujus vitam descripsit, aliorumque Sanctorum, quorum Reliquias possidebat. Tam verbis, & sermonibus, quam calamo in omnes Religionis hostes, Paganos, Judæos, Marcionitas, Arianos, Eunomianos, Apollinaristas depugnavit. Sæpe coram populo verba faciebat Antiochiæ, ubi de se ipso dicit, quod annos sex sub Episcopo Theodoto, tredecim sub Joanne, qui eum auscultans sæpe exiliebat præ gaudio, & manibus plaudebat, deinde sub Domno, *epist.* 113. *Leoni p.* 986. *epist.* 145. *p.* 1026. *Philot. c.* 21. *p.* 861. *epist.* 145. *p.* 1022. *epist.* 83. *p.* 957. *ep. ad Joan. Germ.*

Sæculum V. A. C. 431.

semper sequentibus maximis auditorum laudibus, docuerit. Talis erat Theodoretus, qui cum Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestenum maximi faceret, in Anathematis S. Cyrilli talia invenisse sibi visus est, quæ Apollinaris errori, cui erat infensissimus, faverent. (*)

§. XXXI.

Scripta contra Nestorium.

Edit Garn. p. 116. Alia ex parte Marius Mercator, Constantinopoli degens, responsum ad duodecim Anathematismos Nestorii publicum fecit, quo Anathematismi S. Cyrilli defen-

(*) Hier kömmt eine lange Anmerkung des deutschen Uebersetzers vor, in welcher er als ein eifriger Nestorianer, ein Feind des H. Cyrillus, und seines zwölffachen Anathema, und ein guter Freund des Theodoretus, so lang solcher in seinen Irrthümern verblieben, redet; hierauf saget er: Seine Gegner aber (nämlich des Theodoretus) überfielen ihn bey einer jeglichen Ausflucht so tumultuarisch, (die Patres des Concilii zu Chalcedon) daß er endlich den *Nestorius* geradezu verdammen mußte. Damit war er auf einmal *orthodox*, und konnte seine Lebenszeit in der Ruhe zubringen. Freylich auf einmal, denn es gehörte sonst nichts darzu. Wenn der Herr Uebersetzer die Lehre Lutheri öffentlich verdammen will, so wird man ihn auch auf einmal für *orthodox* ansehen. Das übrige in dieser langen Nota ist aus andern ausgeschrieben.

Sæculum V. A. C. 431.

defenduntur. Hujus Reſponſi Titulus eſt: *Duodecim Articuli Blasphemiarum Neſtorii, quibus contradicit epiſtolis, ſibi a SS. Cæleſtino, Epiſcopo Romano, & Cyrillo Alexandrino miſſis, atque reſponſis breviſſimis duodecim fidei articulos, ſibi traditos, refutare conatur. Primo poſuimus articulos Epiſcopi Cyrilli, quos Eccleſia Romana vero judicio approbavit, deinde Articulos Neſtorii, tam hos, quam illos ex Græco in Latinum translatos.* Hæc Mercatoris verſio Anathemata Neſtorii poſteritati conſervavit, nam textus Græcus amplius non extat. Mercator in hoc Reſponſo ſub communi Nomine Catholici latere voluit, & plures ex Sermonibus Neſtorii textus affert, quorum collectionem ſcripſerat, ubi quinque principaliores continebantur.

S. Cyrillus quoque tria opera edidit, ut ſuam Doctrinam, quæ erat Eccleſiæ Catholicæ, tueretur. Scripſit Apologiam duodecim ſuorum Articulorum, ut reſponderet illi libro, quem Andreas Samoſatenus, nomine Orientalium, compoſuerat. Quia Andreas nomen ſuum reticuerat, S. Cyrillus etiam ſuos adverſarios non nominat, ſed ad ſingulos articulos reſpondet, primo ponens articulum ſuum, deinde Orientalium objectionem, & demum ſuam defenſionem. Secundum S. Cyrilli opus, erat ejus Apologia

Cyr. tom. 6. p. 157. apud Merc. Garn. p. 133. Cyr. to. 6. p. 200. ap. Mercat. p. 178.

Sæculum V. A.C. 431.

contra Theodoretum. Initio ponitur epistola Episcopi Evoptii, qui ei has objectiones miserat; & quia Theodoretus nomen suum apposuerat, eum etiam S. Cyrillus aperte impugnat, & acerbius, quam Andream Samosatenum habet; nec immerito, quippe Theodoreti objectionibus errores inerant, postmodum in quinto Generali Concilio damnati. S. Cyrillus in hoc opere eadem, qua prius, methodo utitur; primo ponit suum articulum, tum refutationem Theodoreti, & tertio suam defensionem. Tertium opus fuit Responsio, in quinque libros divisa, ad blasphemias Nestorii, scilicet ad ejus sermones contra Proclum. S. Cyrillus refert Nestorii verba, quæ ordine suo refutat, atque principaliter necessitatem adhibendi vocem *Theotocos*, unitatem Filii Dei, Passionem ejus, & Sacerdotium probat. Hæc tria opera ante Concilium Ephesinum composita.

Coll. 5. tom. 5. conc. p. 504. to. 8.

tom. 6. init.

§. XXXII.

Leges in favorem Asylorum.

Socr. VII. c. 32.

Interim funestus casus Constantinopoli contigit. Barbari, viri potentis mancipia, a Domino crudeliter habiti, in Ecclesiam, & usque in Sanctuarium, gladios gestantes, confugerunt. Monebantur, ut recederent, sed frustra, officii Divini celebrationem impediebant, per plu-

res

res dies nudum ferrum tenentes, in quem- Sæculum V.
cunque, qui accederet, uſuri. Clerico- A.C. 431.
rum unum occiderunt, vulnerarunt alte-
rum, & tandem ſuis ſe ipſos manibus ju-
gularunt. Hæc Eccleſiæ Profanatio a plu-
rimis in omen tracta. Ut a ſimilibus ca-
ſibus præcaveret, Imperator Theodoſius
Legem edidit, ad Antiochum Præfectum
Prætorio directam, atque decimo Calen-
das Aprilis, Eodem Antiocho Conſule, id
eſt, 23. Martii anno 431. datam.

Ea lege mandatur, ut templa Dei om-
nibus periclitantibus aperta ſint, eisque
non ſolum prope Altare, & in loco ora-
tionis, id eſt, in Eccleſiæ corpore, ſed
etiam in veſtibulo, & in omnibus locis,
quæ intra Septa loci Sacri continentur, ſe-
curitas præſtetur, ſive ea conclavia, do-
mus, balnea, horti, areæ, porticus ſint,
aut quocunque nomine appellentur. Ob
id ipſum vero, quod ampliſſimum eorum
ſecuritati ſpatium detur, non liceat ipſis
in templo, aut in Sanctuario manducare,
vel cubare, ſed Clericis, id prohibenti-
bus, obediant. Ad Eccleſias confugien-
tes, vetantur ullum armorum genus non
modo in locum ſacrum, ſed nec etiam in
primum veſtibulum inferre; contra hanc
legem agentes, Aſylo ejiciantur, & ſi ſit
neceſſe, vi, & armatorum manibus diri-
piantur. Atque hic unus eſt caſus, quo
armatis Eccleſiam ingredi licet. Impe-

Sæculum V. A.C. 431.

rator edicit, se ipsum, ubique alias Prætorianis circumdatum, arma ponere, dum Ecclesiam ingreditur, imo & Diadema, nec unquam, nisi ad oblationem, Sanctuarium intrare. Inter alia ex hac lege discimus, quam multa ædificia totam Ecclesiam constituerint, & quanto ambitu clauderetur. Præter hujus Legis extractum, Codici Theodosiano insertum, eam totam habemus in Conciliis, appositа die, qua in Ægypto promulgata est, nempe Indictione decima quarta, duodecima *Pharmouthi*, id est, septima Aprilis, anno 431. Hæc enim Lex pro toto Imperio erat lata.

Sup. XVIII §. 42. l. 4. C. Th. de his qui ad Eccl. conf. lib. 9. to. 3. Conc. p. 1233.

§. XXXIII.

S. Paulini Nolani obitus.

Uran. presb. ep. ap. Paul. p. 143. Pomer. de vita. conc. 11. c. 6.

Eodem anno 431. Ecclesia Occidentalis S. Paulinum Nolanum amisit. Is annos ferme viginti Episcopatum gerens, semper studuit ab omnibus amari, & non timeri. In judiciis rigide omnia examinabat, & mansuete sententiam pronuntiabat. Quamvis olim bona sua liberaliter distribuisset, magnam curam de bonis Ecclesiæ gerebat, & fidelissime administrabat. Omnibus dabat, omnibus ignoscebat, consolabatur omnes. Hos sermone, alios litteris, alios exemplo docebat. Sanctitatis ejus fama non modo in universum Romanorum Imperium, sed & ad Barba-

Barbaros pervaſerat. Annum agere cre- Sæculum V.
debatur ſeptuageſimum octavum, cum A.C. 431.
laterum dolore correptus eſt; omnibus de vita ejus conclamandum videbatur; tunc duo ad eum Epiſcopi inviſerunt Symmachus, & Acyndinus; his adventantibus ita gaudio exiliit, ut morbi oblivio ſubiret, & quia paratus erat, ad Deum migrare, juſſit vaſa Sacra ad lectum afferri, ut cum Epiſcopis Sacrificium offerret, animam ſuam Deo commendaret, & illis, quos a Sancto Miniſterio ſecundum Eccleſiæ Diſciplinam ſeparaverat, pacem redderet. (*) Omnibus lætanter peractis, derepente elata voce ait: *ubi ſunt Fratres mei?* ex adſtantibus aliquis, exiſtimans, de Epiſcopis præſentibus ipſum loqui, reſpondit: *ecce adſunt!* at S. Paulinus repoſuit: *de Fratribus meis Januario, & Martino quæro, qui modo mihi colloquebantur, promittentes, ſe ſtatim ad me venturos.* De S. Januario loquebatur, Epiſcopo Capuano, & Martyre, cujus Reliquiæ jam tunc Neapoli ſervabantur, & S. Martino Turonenſi, qui ipſi apparuerant. Tum elevatis in Cœlum manibus Pſalmum cecinit: *levavi oculos meos ad montes*, & reliqua, & addidit orationem. Poſthumianus Presbyter Sanctum monuit, necdum ſolutum eſſe debitum quadraginta

Pſalm. 120.

S. Paulinus.

(*) Exemplum Miſſæ privatæ.

Sæculum V. A. C. 431.

draginta aureorum, coemendis veſtibus pro pauperibus contractum. S. Paulinus, leniter ſubridens, reſpondit: *Fili mi! ne iſtud te angat! erit aliquis, qui pauperum debita ſolvet.* Et ecce! haud longam poſt moram intravit Presbyter, ex Lucania adveniens, ab Epiſcopo Exſuperantio, & Fratre ejus Urſacio, ex ordine Clariſſimorum viro, miſſus, qui viro Sancto quinquaginta aureos in donum gratuitum afferebat. S. Paulinus, his acceptis, dixit: *Gratias tibi ago, Domine! quod non deſerueris ſperantem in te!* duos aureos manu ſua Presbytero, qui attulerat, dedit, juſſitque, ut hac pecunia mercatoribus, qui veſtimenta pauperibus præſtiterant, ſatis fierit.

Ubi dies abiit, usque ad medium noctis dormiit, tum doloribus ſciaticis vehementius quam alias redeuntibus, cum præterea accederet cruciatus, quo Medici uſtionem ſæpius, & nullo ſequente levamine, adhibuerant, usque ad horam quintam noctis, id eſt, horam unam, antequam illuceſceret, ægerrime Spiritum trahebat. Sub diluculum nihil de more ſuo remiſit, omnes a ſomno excitavit, & matutinos, ſeu potius laudes, ut ſolebat, recitavit. Ubi illuxit, ad Presbyteros, Diaconos, omnesque Clericos verba fecit, & pacem hortatus eſt. Exinde usque ad Veſperam ſiluit. Tum quaſi evigilans,

gilans, meminit tempus esse officii lucernarum, id est, Vesperarum; & extensis manibus, lente cantavit: *paravi Lucernam Christo meo.* Post breve silentium, circa horam noctis quartam, id est, decimam, cum omnes præsentes bene vigilarent, ejus cellula validissimo terræ motu concussa est; pavidi in terram, ut orarent, sese prostraverunt; illis, qui extra cubiculum erant, nihil tale advertentibus. Illo momento Spiritum reddidit, vultusque ejus, & totum corpus candore, niveum colorem superante, resplenduit. Obiit decimo Calendas Julii, Basso, & Antiocho Consulibus, id est, anno 431. 22. Jun. illa die, qua adhucdum Ecclesia ejus memoriam colit. Decessus circumstantias conscripsit Presbyter, cui nomen Uranius, illo tempore præsens. De S. Paulini scriptis habemus quinquaginta duas epistolas, & poemata viginti sex, quorum decem ad laudem S. Felicis concinnata; aliqua alia fragmenta quoque supersunt. (*)

Sæculum V. A. C. 431.

Psalm. 131. 17.

Martyr. R. 22. *Jun.*

§. XXXIV.

(*) Hier ist eine Anmerkung des Protestantischen Uebersetzers. Nachdem er den Heil. Paulinus sehr gelobet, saget er zuletzt: Er war ohne Zweifel ein frommer, und gottseeliger Mann, nur war er dabey etwas leichtgläubig, und die Hochachtung gegen die Märtyrer brachte ihn dahin, daß er ihre Reliquien auch hoch schätzete,

Sæculum V.
A.C. 431.

§. XXXIV.

Episcopi Ephesum perveniunt.

Socr. VII. c. 34. Epist. Theod. 1. p. Conc. Eph. c. 35.

Post Festum Paschæ, quod hoc an. 431. in 19. Aprilis incidebat, nulla interjecta mora e suo quilibet loco S. Cyrillus, & Nestorius iter Ephesum ingressi sunt. Nestorium comitabantur militum cohortes bene multæ, atque duo Comites Candidianus, & Irenæus. Candidianus Comes erat Domesticorum, nempe Prætorianæ cohortis Dux, qui Synodo brachium Sæculare commodaret. Irenæus sequebatur, nulla Auctoritate publica præditus, sed solo amicitiæ in Nestorium vinculo ductus. Is comites habebat Episcopos decem, & alios, qui priores se Ephesum advenerant, invenit. S. Cyrillus, Alexandria proficiscens, quinquaginta Episcopos

---

tzete, und sich nicht selten von andern hintergehen ließ. Sollte sich der Heil. Paulinus von einigen haben in diesem Stücke hintergehen lassen, so thut solches der Hauptsache nichts. Allein was soll man von einem Uebersetzer denken, welcher sich nicht scheuet, den Heil. Paulinus zu tadeln, daß er die Märtyrer und ihre Reliquien hoch geschätzet, da er in den Geschichten des Herrn Fleury durch seine eigene Uebersetzung hundertmal überführet wird, daß die ersten Christen die allerersten Märtyrer und ihre Reliquien auch hoch geschätzet haben? Viele geringere Fehler in diesen Blättern werden Kürze halber nicht gemeldet.

copos ducebat, scilicet ferme mediam partem illorum, qui Ecclesiæ Alexandrinæ suberant; reliqui remanserant, ut Ecclesiarum curam gererent. Usque ad Insulam Rhodum tempestas favit; inde ad Clerum suum, & populum scripsit epistolam, Charitate Paterna plenam; reliquum viæ non perinde tutum fuit, nec commotæ maris undæ tranquillum iter præbuerunt. Tandem quatuor, aut quinque dies ante Pentecosten, quod festum illo anno 431. in Septimam Junii incidebat, Ephesum pervenit, statimque alteram ad Clerum suum, populumque scripsit, in qua inter alia leguntur hæc verba: *Malignus, Bestia, quæ nunquam dormit, circuit omnia, ut JEsu Christo Gloriam suam rapiat, sed, infelix! in propriam perniciem furit, & cum filiis suis peribit.* Ajunt, his verbis voluisse Nestorium perstringere, sed potius de Dæmone, Hæresum omnium Auctore, loqui censendus est, quamvis forte sub hoc ænigmate adversæ Partis molimina adumbrare voluerit. Juvenalis Jerosolymitanus quinto post Pentecosten die advenit, cum Episcopis Palæstinæ, quos inter numerabatur Petrus, olim nomine Asphebetes, a Juvenali in primum Saracenorum Episcopum, exorante S. Euthymio, ordinatus; quia Saraceni, seu Arabes deserti in campis semper degebant, Episcopus Castrensis, Græ-

Sæculum V. A.C. 431.

Ep. Schism. 1. p. Conc. Eph. p. 605. 1. P. Conc. Eph. c. 33.

Apol. ad Theod. 3. p. c. 13. p. 1052.

Socr. VII. c. 34.

ce

Sæculum V. A.C. 431.

ce *Perembolôn* dicebatur. Huic abeunti S. Euthymius mandavit, ut se S. Cyrillo, & Acacio Melitinensi jungeret, & semper ipsorum sententiam sequeretur. S. Euthymius, adhuc puer, Acacii Discipulus fuerat. Flavianus quoque Thessalonicensis cum Episcopis Macedoniæ mature Ephesum advenerunt.

Vita. S. Euthym. p. 41. tom. 1. Analect. Ibid. p. 9. 29. 41.

At diu expectandum fuit, donec Joannes Antiochenus, & Syri venirent. Dicebant, non posse se constituta die, nempe ad Pentecosten, Ephesum pervenire. Non licebat Episcopis ab Ecclesiis suis discedere ante Dominicam novam, seu Dominicam renovationis; ita Orientales hodieque appellant diem octavam Paschæ, qua recens baptizati, veste candida deposita, Benedictionem Episcopi accipiebant. Hæc Dominica hoc anno in 26. Aprilis incidebat. Ante omnia Conventus Antiochiam cogendus erat, unde Episcoporum aliqui undecim dierum itinere distabant; ergo ante octavam Maji adesse non poterant; Antiochia Ephesum triginta diebus itinerandum erat; itaque etiamsi unica die Antiochiæ egissent, tamen ante octavum Junii, nempe alteram post Pentecosten diem, Ephesum tenere non poterant. Hæc posteriori tempore in excusationem Orientales afferebant.

Evagr. lib. 1. c. 3.

Iter Episcoporum Ephesum.

Dum

Dum Orientales expectantur, Episcopi, Ephesi præsentes, Quæstionem de Incarnatione in suis Concionibus, & privatis colloquiis pertractabant. Sermo nobis supereſt S. Cyrilli, illo tempore pronuntiatus; in Exordio magnis laudibus Episcopos congregatos extollit; tum magnis elogiis Civitatem Ephesinam affatur, S. Joannem Apostolum, cujus Reliquiæ ibi quiescebant, & S. Virginem Mariam, cujus omnes Prærogativas dilaudat, & post articulos singulos Titulo Matris Dei condecorat. (*) Ad Nestorium deinde orationem vertit, dicitque, frustra eum in Comitum, aliorumque Magistratuum, se tuentium, potentia confidere, quos donationibus lucratus fuisset. Exprobrat viro Blasphemias, illis, quas

Sæculum V. A. C. 431.

Libera brev. c. 5. tom. 5. oper. Cyr. part. 2. p. 379

(*) Ex his verbis non leve argumentum historicum pro veritate Assumptionis Corpore, & Anima Beatissimæ Virginis Mariæ eruitur; quod in eodem sermone, quo S. Joannis Evangelistæ, & Sanctissimæ Virginis mentio occurrit, S. Joannis Reliquiæ in Civitate Ephesina quiescere dicantur, & de Reliquiis, aut Corpore Matris Dei alte sileatur. Accedit opportuna observatio Anonymi I. ad alium numerum; si Sanctæ Virginis Corpus tunc Ephesi in sepulchro jacuisset, futurum fuisse moraliter impossibile, ut nemo Mortalium sciret, quid deinde illo sacro Corpore factum.

Sæculum V. A. C. 431.

quas Judæi, Gentiles, omnesque alii Hæretici protuliſſent, pernicioſiores, ſtiloque vehementiſſimo in eum invehitur, tanquam apertum Eccleſiæ inimicum, qui data ſibi monita ſalutaria contempſiſſet; S. Cyrillus in hujus rei teſtem adducit S. Cœleſtinum Papam, quem Patrem, Patriarcham, & univerſæ terræ Archiepiſcopum vocat, (*) finemque orationi imponit dicendo, Neſtorium Sacerdotio privandum. In hoc ſermone mentionem facit præcedentis, quem die præterita pronuntiaverat, ubi de perdice allegorica, cujus Jeremias Propheta meminit, loquitur.

p. 384.

p. 382.

Jere. 17.11.

Acacius Melitinenſis quoque orationem pronuntiavit. Poſtquam Epiſcoporum benevolentiam captaſſet, Eccleſiæ fidem explicat, unitatem, & divinitatem JEſu Chriſti, atque ſequelam neceſſariam, Mariæ titulum Matris Dei competere, invicte probat. Oblata forte occaſione dicit, Crucem una cum Altaribus JEſu Chriſti honorari, atque in Eccleſiarum faſtigiis fulgere. Illa etiam die ſermones duo Theodoti Ancyrani de Domini noſtri Nativitate, quibus ampliſſime Neſtorii errores refutabat, prælecti ſunt. Hi duo Epiſcopi Acacius, & Theodotus, etiamſi

*Conc. Epheſ. p.*3.*c.*7.

*ibid. c.*9.10.

*Conc. Eph. act.*1.*p.*497.

(*) Addo ego: & nemine, paucis exceptis hæreticis, contradicente.

etiamsi Catholici, Nestorii erant amici, & in illa commoratione Ephesi sæpius cum ipso collocuti, in Hæresi sua contumacem deprehenderunt. Alia ex parte S. Cyrillus ex libris Nestorii, quæ ad rem erant, excerpsit; hujus operis solummodo Mercatoris versionem habemus. Sæculum V. A. C. 431. *Edit. Garner. p.* 103.

§. XXXV.

Joannes Antiochenus moras nectit.

Joannes Antiochenus, cum jam ipsi quinque vel sex dierum iter Ephesum superesset, per Ministros officiorum Magistri nuntiari jussit, se haud procul abesse; & ad S. Cyrillum dedit Epistolam, qua magnam amicitiam, & vehemens desiderium ipsum visendi significat. *Jam ad portam consisto*, inquit: *per Sanctitatis tuæ preces, postquam in hoc itinere multa tuli; quippe jam per triginta dies continuos peregrinor, aliquos Episcoporum in via morbus corripuit, & multorum equorum jacturam fecimus. Ergo pro nobis orate, ut hoc quinque, sexve dierum iter prospere conficiamus! atque ad tuum amplexum, vir Chariſſime, & Sancte! perveniamus! SS. Episcopi Joannes, Paulus, Macarius, Sanctitatem tuam salutant. Omnes, qui tecum sunt, Fratres salutamus!* Interea duo de Joannis Comitatu Episcopi, Alexander Apamiensis, & Alexan- 1. *p. Conc. c. ult.*

Sæculum V. A. C. 431.

xander Hierapolitanus, ambo Metropolitæ, advenerunt. S. Cyrillo, aliisque Episcopis apud ipsos ob longam Joannis cunctationem conquerentibus, sæpius responderunt: *Mandavit nobis, ut diceremus, si diutius cunctetur, non ideo Concilium differendum, sed, quæ visa fuerint, facienda esse.*

Relat. ad Cœlest. act. V. Conc. p. 660.

Jam ultra ducentos Episcopos ex diversis Provinciis Ephesi erant congregati. In Epistola Imperatoris, qua Concilium convocabat, determinata eidem auspicando dies constituebatur, qua elapsa, serovenientibus excusatio non esset; jamque ultra hunc terminum plusquam quindecim dies effluxerant. Multis Episcopis, Clericisque longioris commorationis expensas graviter ferebant; multi ægrotabant; non nullos mors abstulerat. Omnes aperte edicebant, Joannem Antiochenum adesse nolle, quod timeret, ne, se præsente, deponeretur Nestorius, ex sua Ecclesia electus, quod in probrum suum redundaret. Alii ex aliis locis Episcopi advenerant, quibus longior, quam Joanni Antiocheno, via conficienda fuerat. Ajebant; si Joannes bona fide ageret, nullam ei conquerendi causam superesse, cum duobus Alexandris mandasset expressis verbis, per se licere, ut etiam ipso absente Concilio initium daretur. His momentis perpen-

Epist. Cyr. ad Dalm. Act. 1. p. 562.

sis

sis S. Cyrillus, & major Episcoporum pars, vigesima secunda Junii, in magna Ecclesia, Sanctæ Virgini dedicata, Concilium auspicari decreverunt. (*)

Sæculum V. A. C. 431.

§. XXXVI.

Protestatio Nestorii, & Candidiani.

Pridie vigesimam primam Junii S. Cyrillus, & cœteri Episcopi, Nestorio, missis quatuor Episcopis, Concilii diem indicarunt; erant hi Episcopi Hermogenes Rhinocoruranus ex Ægypto, Athanasius ex *Paralia*, id est, ora maritima, Petrus Castrensis, nempe Episcopus Saracenorum, & Paulus Episcopus Lampensis. Hi igitur Nestorium adierunt, monentes, ut sequenti die ad Concilium veniret. Respondit, se deliberaturum, &, si ita expediret, venturum. Idem sex, septemve Episcopis, qui cum ipso erant, indicarunt, qui eandem dederunt responsionem. Petiit Nestorius a Memnone Episcopo Ephesino, ut juberet, sibi aperiri

Act. 1. *p.* 453.

(*) Anonymus I. ad §. XXXIV. in sua Observatione dicit, ex Fleurii relatione non satis apparere, an culpa in Joannem Antiochenum, vel S. Cyrillum sit rejicienda, & summatim hunc Scriptorem nimis Orientalibus favere. Certe omnibus, quæ hic narrat Fleurius, bene pensatis, nullum hujus favoris deprehenditur vestigium.

Sæculum V. A. C. 431.

S. Joannis Eccleſiam, conventum ſeparatum ibi acturus. Id vero Memnon recuſavit, populusque Epheſinus, Doctrinæ Catholicæ Defenſor zeloſiſſimus, fortiter reſtitit. Eadem die 21. Junii Episcopi, Neſtorii Sectatores, Proteſtationem ſcripſerunt, ad S. Cyrillum, & Juvenalem Jeroſolymitanum, directam, qua notum faciunt; neceſſario Joannis Antiocheni adventum expectandum, eosque, qui a ſuis Epiſcopis depoſiti, & excommunicati fuiſſent, non recipiendos. Huic Proteſtationi ſexaginta octo Epiſcopi ex Syria, Aſia, & Thracia manum & ſignum appoſuerunt. Præcipui erant Tranquilinus Antiochenus Piſidiæ, Alexander Apamienſis, Helladius Tarſenſis, Fritilas Heracleenſis, Himerius Nicomedienſis, Alexander Hierapolitanus, Eutherius Thianeus, & Theodoretus Cyrenſis. Neſtorii Nomen non legitur. Id quoque ore quorumdam ex ſuis Epiſcopis edixerunt, conventuros ſe, ſi a Comite Candidiano convocarentur.

Synod. c. 7.

Candidianus quoque nullum non movit lapidem, ut Patrum congreſſum ſufflaminaret, donec Joannes Antiochenus adveniret. Dum comperit, S. Cyrillum, & cœteros Epiſcopos mane in Eccleſia Sanctæ Virginis congregatos, illuc citiſſime ſe contulit, & Patribus edixit, mandatum eſſe Imperatoris, ut nulla pars ſepara-

Relat. Neſt. Act. 1. p. 566. B. conteſt. Candid. Synod. c. 9.

paratim conventus ageret, sed omnia communi consensu fierent. Petierunt Episcopi, ut sibi Epistola Imperatoris exhiberetur; renuit ipse, dicens, non omnes, quos oporteret, in Concilio esse præsentes. Responderunt, nescire se, qualia essent Imperatoris mandata; tandemque instare non cessantibus Epistolam exhibuit, quam hactenus secretam habuerat. Quamvis hæc Epistola ad Concilium dirigeretur, tamen vix quidquam aliud, quam Candidiani mandata continebat; sequentia Episcopis insinuabantur: *Candidianus jubetur vestro sancto Concilio interesse; at quæstionibus dogmaticis se non immiscеat, id enim nemini, nisi ex ordine Episcoporum sit, licet.* (*) *At homines Sæculares, & Monachos ab urbe Ephesina diligenter arceat, ne homines isti, non necessarii, tumultum excitent, & inter deliberationes Sanctitatis Vestræ quietem perturbent. Curam quoque gerat, ne disputando animi dividantur, aut quidquam acerbius proferatur. Præprimis eidem præcepimus, ut omnino prohibeat, ne quisquam ex vobis discedat, sive domum, sive ad Regiam nostram, aut quocunque alio iturus; prohibeat etiam, ne*

Sæculum V. A. C. 431.

1. p. Conc. G. 35.

(*) Quid efficacius contra Protestantes afferri possit, in causis spiritualibus nimium Principibus Sæcularibus tribuentes?

Sæculum V. A. C. 431.

ne quæcunque alia quæstio proponatur, antequam ea, de qua nunc agitur, fuerit definita. Præcipimus quoque, ne in vestro Concilio, aut coram tribunali publico Civitatis Ephesinæ, qualiscunque actio Civilis, aut Criminalis contra quemcunque moveatur, sed hæc omnia ad urbem hanc Constantinopolitanam deferantur. Cœterum scitote, Magnificum Irenæum solius amicitiæ jure piissimum Nestorium fuisse comitatum, nec in quæstionibus Concilii, aut Glorioſissimi Candidiani mandatis ullam partem habere.

22. *Jun.* Audita hujus Epistolæ lectione, Episcopis in proposito persistentibus, necdum Candidianus acquievit, & tandem rogavit, ut saltem per dies quatuor rem differrent; cum sæpius instaret, & obtineret nihil, sperni se ratus, superante iracundia discessit, & illico Protestationem scripsit contra omnia, quæ essent facturi; eam Ephesi eadem die, decimo Calendas Julii, in publicum edidit, unumque exemplum ad Imperatorem submisit.

§. XXXVII.

Concilii Exordium.

Epist. Cyr. p. 574. Cum Candidianus recessisset, eadem die Episcopi Concilium exorsi sunt, secundum Ægyptios 28. *Pauni*, secundum Romanos decimo Kalendas Julii, post decimum tertium Theodosii, & tertium

tium Valentiniani Consulatum, id est, Die Lunæ, 22da Junii, anno 431. in Ecclesia ad S. Mariam dicta. Liber Evangelii super Throno medio in Cathedra Episcopi positus erat, qui JEsu Christi præsentiam indicaret. Utrinque Episcopi sedebant. In prima Sessione Episcopi centum, & quinquaginta octo numerabantur, quibus etiam Bessula, Diaconus Carthaginensis, totius Africæ Legatus, aderat. Primus erat S. Cyrillus, quod locum S. Cœlestini Papæ teneret, sicut Acta loquuntur; (*) verum etiam ob Sedis suæ Dignitatem præesse potuisset. (**) Secus eum sedebant Juvenalis Jerosolymitanus, Memnon Ephesinus, Flavianus Philippensis, locum Rufi Thessalonicensis, Macedoniæ Metropolitæ, tenens. Deinde Theodotus Ancyranus, Firmus Cæsariensis in Cappadocia, Acacius Melitinensis in Armenia, Iconius Gortynensis ex Insula Creta, Perigenes Corynthius, omnes Metropolitæ, & cœteri

Cyrill. apol. ad Theod. p. 1044. D. tom. 3. Conc.

tom. 3. p. 445.

(*) Hic rursus contra Protestantes notandum, S. Cyrillum nomine SS. Pontificis Cœlestini, non vero Christianorum Imperatorum Theodosii, & Valentiniani, Concilio totius orbis terrarum præfuisse.

(**) Hoc iterum displicet Anonymo I. Certe tamen potuisset, sed si nomine Sedis suæ egisset, Concilium non fuisset œcumenicum.

Sæculum V. A. C. 431.

teri, eo, quo dictum est, numero. Plerique ex Græcia, Asia minore, Palæstina, & Ægypto advenerant.

tom. 3. Conc. p. 452.

Omnibus sedentibus, Petrus, Presbyter Alexandrinus, & Notariorum Primicerius, dixit: *Cum Reverendissimus Nestorius S. Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopus fuisset ordinatus, elapsis paucis diebus, quidam ipsius sermones allati, legentium mentes perturbarunt, atque exinde magnus in Ecclesia tumultus exortus. Ubi piissimus Episcopus Alexandriæ Cyrillus hoc comperit, scripsit ad eum primam Epistolam, & alteram, consiliis, & admonitionibus plenam, quibus rejectis contendere cæpit. Præterea Cyrillus, sciens, Nestorium Epistolas, & Sermonum suorum collectionem, Romam misisse, ipse quoque ad piissimum Episcopum Romanum, Cœlestinum, Epistolam dedit, ferente Possidonio Diacono, cui mandavit: Si compereris, Cœlestinum Sermones, & Epistolas Nestorii accepisse, reddito etiam meas, sin aliter, easdem ad me referto. Cum Diaconus audivisset, Sermones, & Epistolas Papæ fuisse traditas, suas quoque, ut jussus erat, reddidit. Sanctissimus Episcopus Romanus rescripsit, quod oportebat, & quod absolutam Doctrinæ Definitionem continet.* (*) *Cum igitur*

(*) Ecce! ex Concilio Ephesino, cujus sit Doctrinam absolute definire.

igitur sanctum Concilium jussu Imperatoris hic congregatum sit, manifestare tenemur, nobis scripta, quæ ad hanc causam pertinent, in manibus esse, ut iisdem, sicut Pietati Vestræ visum fuerit, utamur. Juvenalis Episcopus Jerosolymitanus dixit: *Legatur Piissimorum nostrorum Imperatorum Epistola, ad unumquemque Metropolitarum directa, atque omnibus Actis, quæ modo conscribenda, præfigatur!* Hæc a Petro Presbytero exhibita fuit & recitata. Firmus Episcopus Cæsariensis dixit: *Sanctissimus Memnon, Episcopus Ephesinus, testimonium reddat, quot dies, ex quo advenimus, præterierint;* Memnon respondit: *A termino, in Epistola Imperatoris præscripto, sedecim dies præterierunt.* S. Cyrillus dixit: *Sanctum Concilium magna patientia adventum sanctorum Episcoporum, qui absunt, expectavit; jam vero, cum aliqui Episcoporum ægrotent, aliqui fatis functi sint, atque jam tempus urgeat, ut mandatis Imperatoris satisfaciamus, &, totius Ecclesiæ Bono, fidei materiam tractemus, legantur scripta, quæ hanc materiam tangunt; idque eo magis, quod Magnificentissimus Candidianus, Domesticorum Comes, Concilio prælegi mandaverit alterum Imperatoris præceptum, ut ea, quæ fidei sunt, omni posita mora, examini subjiciantur, & definiantur.*

§. XXXVIII.

Sæculum V.
A. C. 431.

§. XXXVIII.

Neſtorius citatur.

Theodotus Ancyranus dixit: *Scripta ſuo tempore legentur, nunc ordo poſtulat, ut piiſſimus Epiſcopus Neſtorius præſens ſit, ut, quæ Religionem reſpiciunt, communi ſuffragio componantur.* Hermogenes Rhinocoruranus dixit: *Heri a Veſtra Sanctitate miſſi fuimus, ut piiſſimum Neſtorium moneremus, ſancto Concilio ſe ſiſteret. Reſpondit: Deliberabo, & ſi ire me oportet, ibo.* Cœteri tres Epiſcopi, qui cum ipſo delegati fuerant, nempe Athanaſius Paralienſis, Petrus Caſtrenſis, & Paulus Lampenſis idem teſtimonium reddidere. Flavianus, Epiſcopus Philippenſis, dixit: *Aliqui Epiſcopi rurſus mittantur, qui Neſtorium moneant, ut in Concilio compareat.* Tres igitur ad hanc miſſionem fuere ſelecti, nempe Theodulus Eluſiacus in Palæſtina, Anderius Cherſoneſi in Creta, & Therpemptus Cabaſinus ex Ægypto; hos comitari juſſus eſt Epaphroditus, Lector, & Notarius Hellanici, Epiſcopi Rhodenſis; monitum ſcriptum deferebant, in quo citationis pridianæ mentio fiebat. Ubi redierunt, Presbyter Petrus dixit: *Cum modo pii Epiſcopi, quos ſanctum Concilium miſit ad Neſtorium, præſentes ſint, rogamus eos, ut dicant, quid Reſponſi*

p. 453.

sponsi acceperint. Episcopus Theopemptus dixit: *Accessimus domum piissimi Nestorii, & cum videremus multos milites, baculos manibus tenentes, rogavimus, ut aliquis Nestorio indicaret, nos adesse; id facere recusarunt, dicentes; solus est, dormit, & nobis injunctum, ne quemquam ad ipsius alloquium admittamus. Diximus: Quomodo, nullo responso accepto, redire possumus? Sanctum enim Concilium nos misit, qui moneremus, ut veniat. Clericorum aliqui, limen egressi, idem ad nos, quod milites dixerunt. Nobis vero ulterius instantibus, & Responsum petentibus, Florentius Tribunus, Comitis Candidiani socius exiit, & expectare nos jussit, quasi cum responso rediturus. Expectavimus; tum Florentius, cum Clericis Nestorii rediens, dixit: ad conspectum ejus admissus non sum, sed mandavit, ut vobis dicerem, tunc demum, cum omnes Episcopi congregati fuerint, ipsum quoque adventurum. Nos ipsum loquentem, omnes milites, & Clericos, ut hujus rei testes esse vellent, admonuimus, & recessimus.* Alii duo Episcopi delegati affirmarunt, Theopemptum vera retulisse. Hos milites, quos Nestorius in suam custodiam adhibebat, Comes Candidianus concesserat. *Epist. Cyr. ad Dalm. p. 562.*

Sæculum V. A. C. 431.

Flavianus, Episcopus Philippensis, dixit: *Ne quidquam de ordine Judicii Eccle-* *p. 457.*

sia-

Sæculum V. A. C. 431.

cleſiaſtici omittamus; cum notum ſit, piiſſimum Neſtorium heri, hodieque monitum, necdum comparuiſſe, tertio per Anyſium, Epiſcopum Thebanum, Dominum Opontinum, Joannem Hepheſtenum, & Danielem Darnenſem, citandus eſſe. Hi igitur ad Domum ejus ſe contulerunt, comitante Anyſio Notario, & Firmi ex Cappadocia Lectore, qui ferebat admonitionem ſcriptam in hæc verba: *Hac tertia Citatione ſanctiſſimum Concilium, ſicut Canones præcipiunt, Tuam Pietatem vocat, & hanc moram patienter indulget. Ergo ſaltem nunc venire dignare, ut te de propoſitionibus Hæreticis, quas publice in Eccleſia affirmaſſe accuſaris, purges; ſcias enim, niſi compareas, ſanctum Concilium teneri, juxta Canones contra te pronuntiare.*

Ubi quatuor hi Legati ad Concilii Patres redierunt, Petrus Presbyter rogavit, ut, quid ipſis reſponſum fuiſſet, referrent; Joannes, Epiſcopus Hepheſtenus, Provinciæ Auguſtamnicæ in Ægypto dixit: *Juxta imperium Veſtræ Pietatis, Domum piiſſimi Neſtorii adivimus, præ foribus multos milites invenimus cum fuſtibus, rogavimus, ut ſub porta ſtare liceret, atque aliquis indicaret, nos a ſancto Concilio miſſos, ut tertiam monitionem afferremus, &, ut veniret, leniter invitaremus. Diu ibi ſtetimus,*

nec

nec enim milites concedebant, ut saltem in umbra staremus, imo duriter repellebant, verba parum honesta adjicientes; dicebamus: Episcopi quatuor sumus, & missi, non ut ei injuriam inferamus, sed juxta Canones invitaturi, ut veniat ad Ecclesiam, & cum Patribus consideat. Tandem a militibus dimissi sumus, dicentibus, nihil aliud Responsi obtenturos, etiamsi ante Domus fores usque ad noctem persisteremus. Subjungebant; se ob id ipsum hic excubare, ut neminem, a Concilio missum, admitterent, atque a Nestorio jussos hoc facere. Tres reliqui Episcopi, Joannem vera retulisse, confirmarunt.

§. XXXIX.

Doctrina examinatur.

Juvenalis Jerosolymitanus dixit: *Quamvis tres Citationes secundum Ecclesiæ Leges sufficiant, non gravaremur, Reverendissimum Nestorium etiam quarto vocare; quia vero domum suam militibus circumdedit, qui adeuntes arcent, satis exploratum habemus, malæ conscientiæ stimulis impediri, ne ad Concilium veniat. Nihil ergo ulterius differendum, sicut Canones decernunt, sed conservationi fidei invigilandum. Primo legatur Confessio Nicæna, ut ea, quæ circa fidei materiam prolata fuere, cum illa Confessione*

Sæculum V. A.C. 431.

ne conferantur, & qui Catholice credunt, recipiantur, illi vero, qui dictæ fidei Nicænæ repugnant, rejiciantur. Recitatum est Symbolum Nicænum; tum Petrus Presbyter dixit: *In manibus habemus Epistolam sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli, ad Reverendissimum Nestorium datam, qua Fratrem hortatur, & saniora suadet. Si Sanctitas Vestra jubeat, legam.* Acacius Melitinensis petiit, ut legeretur; erat hæc altera S. Cyrilli ad Nestorium Epistola, cujus initium est:

p. 461.

Sup. n. 8.

Audio, esse, qui me criminentur. Postquam recitata fuisset, S. Cyrillus dixit: *Audivistis Epistolam meam; non puto me quidquam a fide Catholica, & Symbolo Nicæno alienum scripsisse, edicite, rogo, quid sentiatis!*

Juvenalis Jerosolymitanus dixit: *Audivimus prælegi Symbolum Nicænum, & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli Epistolam; in Doctrina fidei consentiunt; huic Doctrinæ inhæreo, eamque approbo.* Firmus Cæsarienſis in Cappadocia dixit, sermone ad S. Cyrillum conversus: *Sanctitas tua pensiculatius explicavit, quæ sacrum Concilium Nicænum compendio dixerat, & plurimum lucis attulit. Hinc, meo judicio, omnis ambiguitas sublata est, concordant omnia, nulla suspecta novitas inest. Consentio, & Doctrinam sanctorum Episcoporum, Patrum meorum recipio,*

pio. Memnon Ephesinus, Theodotus Ancyranus, Flavianus Philippensis summatim eadem dixerunt; & quidem Flavianus, non suo solum, sed etiam nomine Rufi Thessalonicensis, omniumque in Illyrico Episcoporum, quos in eadem fide consentire affirmavit. Acacius Melitinensis, Iconius Cretensis, Helladicus Rhodensis, Palladius Amaseensis, & cœterorum Episcoporum plerique in eandem sententiam concesserunt; singuli, centum viginti sex numero, aliis verbis idem dixere; S. Cyrilli Epistolam Symbolo Nicæno esse conformem, & sibi hanc Doctrinam probari. Omnes reliqui Episcopi, qui singulatim suam sententiam non edixerant, eandem sibi mentem esse affirmarunt. Tunc Palladius Amaseensis dixit: *Rerum ordo poscit, ut etiam legatur Nestorii Reverendissimi Epistola, cujus Reverendissimus Presbyter Petrus initio meminit, ut videamus, an fidei Nicænæ conformis sit.* Prælecta est Nestorii secunda, quæ incipit: *Injurias obstupescendæ tuæ Epistolæ non curo.* Hac perlecta, S. Cyrillus a Concilio acquisivit, quid sentiret? Juvenalis Jerosolymitanus dixit: *Nullatenus fidei Nicænæ conformis est; anathematizo illos, qui talia credunt, hæc Doctrina a fide Catholica est remotissima.* Flavianus Philippensis dixit: *Tota Epistolæ, quæ recitata est,*

Sæculum V. A. C. 431.

p. 492.

Sup. n. 10. *p.* 493

Sæculum V. A. C. 431.

substantia absolute fidei Nicænæ adversatur. Talia credentes, anathematizo, & judicamus, eos, qui ita sentiunt a vera fide alienissimos! Firmus ex Cappadocia dixit: *Nestorius initio Pietatis larva se contexit, at procedente sermone Hæresin prodidit, & palam fecit, se nec fidei Nicænæ, nec Archiepiscopi Cyrilli Epistolæ consentire.*

Acacius Melitinensis, cœteris aliquantum fusius eloquutus, dixit: *Nestorii Epistola manifestavit, ipsum haudquaquam sine causa ita a Concilio abhorruisse. Conscientia propria premente, non nescit, se divinas Scripturas corrupisse, & limites Patrum suorum fuisse transgressum; hinc trepidus militum præsidio securum se præstare sperat. Ex ejus Epistola patet, quod illa verba sustulerit, quæ Concilium Nicænum, & sancti Episcopi adhibebant, dum de unico Dei Filio locuti sunt, ut Incarnationem soli carni tribuat, dicendo, Nativitatem, & mortem solummodo de Dei templo affirmari posse; itaque S. Scripturæ sensum depravavit, quasi vero nasci, & pati soli humanitati, & neutiquam Divinitati tribueret.* Vult dicere Acacius, videri, Nestorium Generationem æternam Verbi negare. (*) Tum

Concilium Ephesinum.

p. 496.

(*) Jure hic Anonymus I. reprehendit Fleurium; nam non vult dicere Acacius, Nestorium

Tum prosequitur: *Epistolas quoque Cyrilli sugillabat, ac si dicerent, Deum esse passibilem, quod dicere nec ipsi, nec ulli unquam Catholicorum in mentem venit. Ubique prodidit opinionem suam, quod unitatem Dei cum carne non nisi nominetenus confiteatur, & re ipsa neget. Suis se verbis jugulat, & Doctrinam peregrinam intulisse convincitur, dum dicit, se Dogmata fidei dilucidasse. Cum hæc omnia impia sint, & a veritate longissime aberrent, renuntio, & a Communione eorum, qui hæc docent, recedo.*

Sæculum V. A. C. 431.

Cœteri Episcopi eodem sensu sententiam dixerunt, Epistolam Nestorii, tanquam Symbolo Nicæno adversam damnantes, cumque triginta quatuor singulatim suam opinionem protulissent, omnes simul conclamare: *Qui Nestorium non anathematizat, anathema sit! Fides orthodoxa ipsum anathematizat. Sacrum Concilium anathematizat. Qui cum Nestorio communicat, Anathema sit!* p. 501.

Generationem æternam Verbi negare, sed affirmare hominem a Divinitate separatum, natum esse, & mortuum. Cœterum ipse Acacius non accurate loquitur, dum dicit hic, quod Nestorius nasci, & pati soli Humanitati, & neutiquam Divinitati tribuere videatur; quia non Divinitas, abstracte sumpta, sed Deus Filius secundum humanitatem passus est.

Sæculum V. A. C. 431. *omnes Epiſtolam, & dogmata Neſtorii anathematizamus! omnes Hæreticum Neſtorium anathematizamus! omnes illos, qui cum Neſtorio communicant, anathematizamus! fidem impiam Neſtorii anathematizamus. Univerſa terra Religionem impiam anathematizat! qui Neſtorium non anathematizat, anathema ſit!* Tum petierunt; ut legeretur ſanctiſſimi Epiſcopi Romani Epiſtola. Juvenalis dixit: *Legatur etiam Epiſtola, quam ſanctiſſimus Archiepiſcopus Romanus, Cœleſtinus, in materia fidei ſcripſit!* Petrus Presbyter verſionem Græcam Epiſtolæ S. Cœleſtini Papæ ad Neſtorium legit, tum ſubjunxit: *Piiſſimus noſter Epiſcopus Cyrillus ſcripſit, quæ huic Epiſtolæ conformia ſunt, ejusque Epiſtolam manibus tenemus; legemus, ſi jubeatis.* Flavianus Philippenſis dixit: *Legatur hæc etiam, & Actis inſeratur!*

§. XL.

Contra Neſtorium teſtimonia.

Sup. n. 21. Petrus Presbyter legit tertiam S. Cyrilli ad Neſtorium Epiſtolam, nempe illam Synodalem, cui duodecim Anathemata adjuncta; tum ſubjunxit: *Iſtæ Cœleſtini, & Cyrilli Epiſtolæ Neſtorio ſcriptæ ſunt, & per Epiſcopos Theopemptum, Danielem, Potamonem, & Macarium redditæ, peto, ut Theopemptus, & Daniel, hic*

p. 504.

Sup. n. 29.

hic præsentes hac super re interrogentur! Flavianus Philippensis dixit: *Edicant, an litteras reddiderint?* Theopemptus, Episcopus Cabasinus, dixit: *Die quadam Dominica ad Ecclesiam Cathedralem nos contulimus, cum Divinum officium celebraretur, atque has litteras Nestorio, præsentibus omnibus Clericis, & ferme omnibus Illustribus, reddidimus.* Idem Daniel, Episcopus Darnensis, testatus est. Flavianus Philippensis dixit: *An redditis sibi litteris satisfecit?* Daniel respondit: *dixit nobis, ut die sequenti in ædes ejus veniremus, sed advenientibus clausas fores objecit, nec quidquam respondere dignatus est.* Theopemptus subjunxit: *Acceptis his litteris, nullatenus satisfecit, imo deinde sermones in Ecclesia pronuntiavit pejores prioribus, & in hanc usque diem populum pervertit.*

Fidus Episcopus Joppensis dixit: *Quod Nestorius in eadem fide perseveret, Episcopi Acacius, & Theodotus, qui hic præsentes sunt, testimonium dicant! Nestorio enim collocuti sunt, & non sine unius periculo; rogamus ipsos, & per sancta Evangelia, hic præsentia, adjuramus, ut ea, quæ a Nestorio adhucdum ultimo triduo audierunt, ad acta dicant!* S. Cyrillus dixit: *Cum hic non agatur de re exigua, sed omnium maxima, scilicet de vera fide in JEsum Christum, rationi con-*

Sup. n. 34.

Sæculum V. A. C. 431.

Nestorius.

sentaneum est, ut Episcopi Theodotus, & Acacius, viri pii, & sinceræ fidei, edicant, quæ Ephesi audiverint. Theodotus Ancyranus dixit: *Amici mei vices doleo, sed præ omni necessitudine est mihi Religio, & quamvis animus intus repugnet, de factis, de quibus interrogor, respondendum; nec tamen testimonium nostrum adeo est necessarium, cum ex ejus Epistola, quid credat, satis appareat. Quod in illa Epistola dixerat de Verbo Divino, eidem infirmitates humanas tribui non posse, iterum dixit in hac Civitate. Sicut etiam in Epistola affirmaverat, Deum ex Virgine genitum, & lacte ejus nutritum dici non debere, ita rursus in hac Civitate sæpius dixit, de duorum, triumve mensium Deo nihil memorandum. Non nos modo, sed plures alii, talia Ephesi loquentem, ante paucos dies audierunt.*

Acacius Melitinensis dixit: *Ubi fides periclitatur, omnis affectus privatus decedat. Itaque etiamsi plus cæteris Nestorium amaverim, utque virum servarem, nihil reliquerim intentatum, veritatem edicam, ne perdam animam meam! quamprimum Ephesum adveni, Nestorio collocutus sum, vidensque eum in pessimo errore existere, nulli conatui peperci, ut ad meliora adducerem. Ore edixit, dimittere se hanc sententiam. Post decem, aut duodecim dies, cum eandem materiam in medium*

dium attuliſſem, pro veritate diſputabam; obſtupui, quod eam impugnaret, & quæſtione abſurda reſpondentem me vellet cogere, vel abſolute negare, Divinitatem Filii unici carnem aſſumpſiſſe, vel fateri, Divinitatem Patris, Filii, & Spiritus S. cum Verbo Divino in carne veniſſe; quod dicere Hæreticum foret. Itaque maligna hæc erat interrogatio, & in eum finem formata, ut fidem deſtrueret. In alia converſatione Epiſcopus, ex illis, qui cum ipſo erant, profatus, dixit, alium eſſe Filium, qui paſſus eſt, & aliud Verbum Divinum. Cum Blaſphemiam non ferrem, valedixi huic Cœtui, & diſceſſi. Alius, qui cum Neſtorio erat, patrocinabatur Judæis, dicens, ipſos non in Deum, ſed in hominem peccaſſe.

§. XLI.

Patrum Auctoritas adducitur.

Flavianus deinde petiit, ut hæc Doctrina Auctoritate Patrum firmaretur, eorum verba legerentur, & ad Acta referrentur. Petrus Presbyter dixit: *Paratos habemus Libros Patrum, Epiſcoporum, & Martyrum, ex quibus paucos excerpſimus articulos; legam, ſi ita placet.* Flaviano id rurſus petente, legit locum ex Libro S. Petri, Epiſcopi Alexandrini, & Martyris, de Divinitate; alium S. Athanaſii contra Arianos, alium ex ejusdem

p. 508.

Sæculum V. A. C. 431.

Epistola ad Epictetum, alium ex Epistola S. Julii Papæ ad Docimum, alium ex Epistola S. Felicis Papæ ad Maximum, & Clericos Alexandrinos, loca duo ex Epistolis Paschalibus Theophili Alexandrini, nempe ex quinta, & sexta. Ex his omnibus nihil, nisi Epistolam S. Athanasii habemus. Petrus Presbyter locum aliquem etiam legit ex Tractatu de Eleemosina S. Cypriani, duo ex Tractatu S. Ambrosii de Fide, unum ex Epistola S. Gregorii Nazianzeni ad Cledonem, in qua Anathemata continentur, unum S. Basilii, unum S. Gregorii Nyssæni, duo ex Attico Constantinopolitano, duo ex S. Amphilocho, cujus opera ad nos usque non sunt transmissa. Universim duodecim hic numerantur Patres, quorum Auctoritas adducitur; verumtamen in quibusdam exemplis duo ultimi omittuntur, atque Vincentius Lerinensis decem tantum recenset.

Comm. 2. *p.* 520.

Petrus Presbyter dixit: *Habemus hic Libros Blasphemiarum Reverendissimi Nestorii, atque ex uno eorum aliquos articulos relegimus. Si sancto Concilio placuerit, legemus.* Flavianus Episcopus dixit: *Legantur, & in Acta referantur.* Omnes Episcopi consenserunt, Lecti sunt viginti articuli ex Nestorii libro, seu sermonum ipsius Collectione, in libellos divisa, quorum ad viginti septem numerantur.

rantur. His prælectis, Flavianus dixit: *Cum hi Neſtorii Sermones ſint horrendæ Blaſphemiæ, Actis inſerantur! ad ejusdem condemnationem confirmandam.* Sæculum V. A. C. 431.

Petrus Presbyter dixit: *Reverendiſſimus Metropolita, & Epiſcopus Carthaginenſis, Capreolus, ad ſanctum Concilium Epiſtolam dedit, quam attulit Diaconus Beſſula. Legam, ſi jubeatis; translationem quoque legam.* In hac Epiſtola referebatur, S. Auguſtinum, nominatim vocatum ad Concilium, cum Epiſtola Imperatoris afferretur, e vivis ad Beatos avolaſſe; & quamvis eadem Epiſtola ad S. Auguſtinum ſingulariter fuiſſet directa, Capreolum, ea accepta, ad omnes Africæ Provincias ſcripſiſſe, ut Concilium Nationale convocaret, in quo ad Concilium Univerſale mittendi deligerentur; at vero Gentium illarum ingens calamitas, & Vandalorum graſſationes, cauſa fuere, ut Epiſcopi congregari non poſſent. Etiam conſtitutum temporis ſpatium, quo venirent, Afris nimis breve erat. Imperatoris Epiſtolæ demum ad Feſta Paſchalia Carthaginem perlatæ, ita ut vix duo menſes usque ad Concilii Univerſalis diem ſupereſſent, quod temporis intervallum congregando totius Africæ Concilio, etiamſi illa Provincia fuiſſet pacata, non ſufficiebat. Itaque cum Legationem ſolemnem Capreolus p. 529.

Sæculum V. A. C. 431.

adornare non posset, ut saltem Disciplinæ Ecclesiasticæ satisfaceret, & debitam Synodo universali Reverentiam exhiberet, Diaconum misit, qui absentiæ causas exponeret. Ergo rogabat Episcopos, ut illis, qui novam Doctrinam in Ecclesiam inducere conarentur, fortiter resisterent, nec ea, quæ definita jam essent, rursus in dubium vocari paterentur, nec Patrum Doctrinam contemni. S. Cyrillus petiit, ut hæc Capreoli epistola actis insereretur, quia clarissimum ferebat testimonium, antiqua Fidei Dogmata esse asserenda, & rejicienda nova. Omnes Episcopi exclamarunt: *omnes idem sentimus, idem exoptamus!*

§. XLII.

Sententia in Nestorium lata.

His peractis, Sententia in Nestorium lata in hæc verba: *Cum Nestorius præter alia perperam facta a nobis citatus non obedierit, & Episcopos a nobis missos non receperit, impias propositiones ejus examini subjicere coacti sumus, &, postquam partim ex suis epistolis, partim ex aliis scriptis, partim ex verbis suis, quæ his diebus in hac Civitate protulit, omnibus per testes confirmatis, convictus est, quod impia credat, & doceat, ad hanc necessitatem compulsi per Auctoritatem Canonum, & Epistolæ nostri Sanctissimi Patris, & Collegæ*

P. 533.

Sæculum V. A.C. 431.

legæ Cæleſtini, (*) *Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, poſtquam etiam ſæpe lacrymas fudimus, triſtem ſententiam protulimus: Dominus noſter JEſus Chriſtus, quem blaſphemavit, ore hujus Sancti Concilii pronuntiavit, ipſum omni Dignitate Epiſcopali eſſe privatum, & ab omni Fidelium Societate reſciſſum. Cyrillus, Epiſcopus Alexandrinus, cum Concilio judicans ſubſcripſi. Juvenalis Epiſcopus Jeroſolymitanus, cum Concilio judicans, ſubſcripſi.* (**) Omnes cœteri Epiſcopi præſentes eodem modo, numero centum nonaginta duo ſubſcripſerunt. Aliqui ſe Epiſcopos per Gratiam, ſeu Miſericordiam Dei, dixerunt, aliqui Eccleſiæ Catholicæ in tali loco Epiſcopos. Non nulli manu Presbyteri ſubſcribebant, cum unus manum læſam haberet, & alius ægrotaret. Aliqui Epiſcopi poſt hanc primam Seſſionem Concilium ingreſſi, & ipſi ſubſcripſerunt, ita ut Neſtorius a pluribus, quam ducentis Epiſcopis, fuerit depoſitus, quippe aliqui aliorum, qui Epheſum ire non potuerant, locum tenebant. Hæc eſt prima Concilii Seſſio, quæ a ſummo mane tenuit, usque dum

23. *Jun.*

Epiſt. Cyr. 10. 3. *Conc.* p. 573.

(*) Hic diſpicitur, quanta ſit Summi Pontificis in Concilio œcumenico Auctoritas.

(**) Ex hoc ſubſcribendi modo colligendum, an Epiſcopi in Synodo Generali Judices ſint, vel Conſiliarii.

Sæculum V. A. C. 431.

dum nox rueret. Erat vero tunc dies longissima, nempe vigesima secunda Junii, qua Civitati Ephesinæ hora septima, accedentibus undecim minutis, Sol occidit. Populus Ephesinus a mane usque ad Vesperam Concilii Sententiam expectabat, atque ut primum vulgari cœpit, Nestorium fuisse depositum, omnes una voce Sacræ Synodo benedicere, & Deum laudare, quod fidei hostis cecidisset. Exeuntes ab Ecclesia Episcopos accensis facibus in domos suas deduxerunt, præcedentibus mulieribus, quæ pretiosos odores spargebant in aerem. Appensis lucernis illustrata civitas, nemo non lætitiæ signa edidit.

Altera die, 23. Junii, mandatum, ut
p. 549. Nestorio Depositionis suæ sententia significaretur, in hæc verba: *Sanctum Concilium Dei Gratia, & piissimorum Imperatorum nostrorum jussu Ephesi congregatum, Nestorio alteri Judæ proditori. Scito! quod ob Dogmata tua impia, & Canonum contemptum a Sancto Concilio secundum Leges Ecclesiæ depositus sis, & omni Gradu Ecclesiastico exclusus, præsenti mensis Junii die vigesima secunda.* Hæc sententia in foris publicis affixa, & a Præconibus promulgata. Eadem die Concilium scripsit ad Eucharium, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Defensorem, ad Presbyteros, Oeconomos, & reliquos Clericos

ricos, & ipsis Nestorii depositionem, priori die pronuntiatam, notam fecit; hortatur, ut omnia Bona Ecclesiæ diligenter custodiant, de iis rationem reddituri futuro Episcopo Constantinopolitano, qui, ut dicit Epistola, secundum Dei voluntatem, & Piissimorum Imperatorum nostrorum, ordinabitur. Sæculum V. A.C. 431.

§. XLIII.

Epistola ad Abbatem Dalmatium.

Eodem tempore S. Cyrillus scripsit ad Abbatem Dalmatium, cæterosque, qui res ejus Constantinopoli procurabant, nempe Episcopos Macarium, & Potamonem, ex illis duos, quos Concilium Ægypti anno superiore ad Nestorium miserat, nam alii duo Theopemptus, & Daniel, Ephesi erant. Duo etiam Presbyteri S. Cyrilli Timotheus & Eulogius ibi morabantur. Igitur Epistola ad hos quinque Episcopum Macarium, & Potamonem, Abbatem Dalmatium, atque Timotheum, & Eulogium Presbyteros, data est. Dalmatius Abbas inter cæteros Monachos Constantinopoli Sanctitatis fama eminebat. Is sub Theodosio Magno militiam secutus, secundæ Prætorianorum cohorti adscriptus merebatur, in illo quoque vitæ genere pietatis amantissimus. Ut perfectius Deo serviret, relicta uxore, & cæteris liberis, cum filio Fausto ad Abbatem *ibid.* *Menolog.* 3. *Aug.*

Sæculum V. A.C. 431.

tem Isaacum venit, atque eo Duce Insti-
tutum Monasticum amplexus est. Isaac,
puero in deserto habitans, omni virtutum
genere splendebat; is fuit, qui Valenti
Imperatori mortem prædixit. Hoc igi-
tur Magistro Dalmatius ad tantum Perfe-
ctionis gradum pervenit, ut eum Isaac
ex hac vita decedens, Hegumenum, id
est, Monasterii Superiorem, constitueri
sub Patriarcha Attico. Ipsum, per die
quadraginta nihil cibi sumpsisse, & tot
illo tempore in extasin raptum, ferunt
Ad eum Imperator non nunquam invise-
re, nec minori veneratione eum Senatu
colebat. Ei, & Successoribus ejus, Ab-
batibus ejusdem Monasterii, collatus est
titulus: *Archimandrita*, id est, omnium
Monasteriorum Constantinopoli Caput,
quo titulo ipsum S. Cyrillus in sua Epistola
honorat. Ecclesia Græca omnium trium,
Isaaci, Dalmatii, & Fausti memoriam ea-
dem die, nempe tertia Augusti, colit.

Sup. XVII. §. 37.

Conc. Eph. p. 752.

In hac epistola S. Cyrillus Dalmatium,
aliosque omnium eorum, quæ in Concilio
acta erant, certiores reddit; memo-
rat quæsitam Joannis Antiocheni cuncta-
tionem, Nestorii contumaciam, & De-
positionem, & finit in hunc modum:
*Quia Comes Candidianus, ut compertum
habeo, quædam acta retulit, invigilate, &
notum facite, Acta Depositionis Nestorii
necdum exacte exscribi potuisse, hinc Rela-*

Act. 1. p. 563.

ta

ta, Imperatori tradenda, non misimus, sed, Deo dante, Relatio nostra Actis jungetur, si modo licentia nobis fiat, quemquam, qui ea perferat, mittendi; si Relatio, & Acta diutius tardentur, scitote, hujus rei nullam aliam esse causam, quam quod non jinamur ea mittere. Valete!

Acta postmodum Constantinopolim perlata fuere, verosimiliter per manus Episcoporum Theopempti, & Danielis, quos Constantinopoli fuisse legimus, & Comitis Irenæi diligentiam prævertisse. *Conc. Eph. p. 700. 717.*

§. XLIV.

Nestorii Relata ad Imperatorem.

Prima post Sessionem Concilii die, nempe die Martis 23. Junii Comes Candidianus Ephesi Edictum promulgavit, quo contra ea, quæ præcedente die acta fuerant, protestatur, iterumque omnes Episcopos monet, adventum Joannis Antiocheni, aliorum Episcoporum venientium exspectarent. Simul Relata ad aulam Cæsaream misit, sive ea ipsius Nestorii, vel illis conformia fuerint. Habemus hæc Relata Nestorii, ad Imperatorem directa, in hunc modum: *Cum Pietas Tua nos Ephesum convocasset, sublata omni mora, illuc nos contulimus, & juxta tua mandata, Episcopos undique advenientes expectare volebamus, sed quia id displicebat Ægyptiis, suspicantibus, nos ex composito moras* *Baluz. Synod. c. 11.* *Conc. Eph. p. 503.*

Sæculum V. A.C. 431.

moras texere, promisimus, nos conventuros, quandocunque Comiti Candidiano visum fuisset. Ipse vero, sciens, Joannem Antiochenum comitesque suos haud procul abesse, aliosque ex Occidente advenire, omnibus significavit, ut eorum adventum exspectarent. Nos, mandatis tuis obtemperantes, acquievimus; at Ægyptii, & Asiani, spretis legibus Ecclesiasticis, & Cæsareis, separatim convenerunt, & egerunt, quod fama ad Majestatis tuæ aures deferet. Immissis in forum suæ factionis militibus, totam Civitatem perturbarunt; domos nostras circumcursantes, ultima nobis minitabantur. Episcopus Memnon, Seditiosorum Caput, Ecclesias occluserat, ut nobis, persecutorum manus fugientibus, nequidem Asylum pateret; cæteris magnam Ecclesiam aperuit, omniaque ad eorum Sessionem parata habuit. Igitur rogamus te, & obtestamur, cum, tuo imperio obedientes, Ephesum venerimus, nec tam barbaros insultus suspicari licuerit, ut nobis securitatem præstes, & jubeas, ut Concilium juxta Canones celebretur; nullus Clericorum, aut Monachorum, seu ex nostris sint, vel ex Ægyptiis, ingrediatur, nullus etiam Episcoporum, qui advenerunt, non vocati, ad turbandum Concilium, admittatur; sed duo solum ex qualibet Provincia Episcopi cum suo Metropolitano intersint, & rursus tales viri, qui in ejusmodi causis

cauſis exercitati ſint; vel certe præcipias, ut tuto ſub tuis præſidiis ad noſtra remeemus, quippe inimici noſtri jugulis noſtris minantur. Sæculum V. A.C. 431.

Quod Neſtorius peteret, duos Epiſcopos cum Metropolitano Synodo intereſſe, malam ejus fidem prodebat; nempe ſub Patriarcha Alexandrino, pauci erant Metropolitæ. Huic epiſtolæ ſignum apposuerant Neſtorius, Fritilas Heracleenſis, Helladius Tarſenſis, Dexianus Seleucienſis, Himerius Nicomedienſis, Alexander Apamienſis, Eutherius Thyaneus, Baſilius ex Theſſalia, Maximus Anaſarbenſis, Alexander Hierapolitanus, Dorotheus Marcianopolitanus, numero undecim. Interim Comes Candidianus Concilii Patribus ſuis militibus moleſtiſſimus erat; neceſſarios commeatus intercludebat, ne vitæ ſubſidia acciperent; inſultandi libertatem hominum fæci, quæ cum Neſtorio erat, non reprimebat, Coloni prædiorum ad Eccleſiam pertinentium, qui magno numero erant, Patres Concilii, connivente Neſtorio, inſolenter laceſſebant. Neſtorius. *Ep. Memn. p. 761.*

Ubi Acta Depoſitionis Neſtorii conſcripta fuere, ad Imperatorem unacum Epiſtola Synodali miſſa; omnia, ſicut geſta erant, referebantur; additæ cauſæ, cur ob abſentiam Orientalium res non potuerit differri, Neſtorii contumacia, & reliqua. De Papa mentio fit in hæc ver-

Sæculum V. A. C. 431.

verba: *Laudavimus Sanctissimum Episcopum Romanum Cœlestinum, qui ante nos*
p. 572. *Dogmata Nestorii Hæretica condemnaverat, atque in eum Sententiam pronuntiaverat.* Epistolæ clausula hæc est: *Majestatem tuam rogamus, ut præcipiat; Nestorii Doctrinam ab Ecclesiis proscribi, Libros ejus, ubi ubi deprehendantur, comburi; si quis vero mandata hæc contempserit, Tuam indignationem incurrat.* Concilium ad Clericos etiam, & populum Constantinopolitanum aliam dedit Epistolam, qua eos de Nestorii Depositione, tanquam re ipsis gratissima, certiores fa-
p. 573. ciunt. Hæc est illa Epistola, in qua Concilium S. Joannem, & Sanctam Virginem, quod æque Civitati Ephesinæ honori es-
p. 605. sent, conjungit. At ex alia epistola exploratum est, quod S. Joannis Sepulchrum in Ecclesia, ipsius Nomini dedicata, viseretur. (*) S. Cyrillus eandem Nestorii De-
p. 576. positionem Clericis suis, populo suo Alexandrino, & Ægypti Monachis per epistolas

(*) Hic Anonymus I. putat, Fleurium Assumptionem Beatissimæ Virginis negare. Hoc non ita liquet; cum rursus de Sepulchro Sancti Joannis, non item Sanctissimæ Virginis mentionem faciat. Si vero hæc est mens Fleurii, rejiciendus est, & S. Joanni Damasceno credendum, dicenti, Traditionem de Assumptione Matris Dei in Ecclesia suo ævo fuisse antiquam. Orat. 2. de Dormit. Deip.

stolas notam fecit. Interea non nunquam dixit ad populum; semel dicendi occasionem præbuere septem Episcopi, qui relictis Nestorii partibus Sacræ Synodo se junxerunt. Altera vice pro Concione dixit in Synaxi, seu Liturgia, quæ, ut verosimile, die Veneris 26. Junii, postquam Reginus, Episcopus ex Cypro, & quidam alii elocuti fuissent, celebrata. In his Sermonibus S. Cyrillus contra Nestorium fortiter declamavit.

Sæculum V. A. C. 431.

p. 584.

p. 580.

§. LXV.

Joannes Antiochenus Ephesum venit.

Quinto post Nestorii depositionem die, nempe Sabbato, 27. Junii, Joannes Antiochenus Ephesum venit. Concilium, comperto ejus adventu, Episcopos, & Clericos obviam misit, tam ut honorem exhiberent, quam etiam ut monerent, ne Nestorio, a Sacra Synodo deposito, communicaret. Milites præsidiarii, qui Joannem Antiochenum in itinere comitabantur, impedimento fuere, ne a Concilio Legati eidem colloqui possent in via, nihilominus usque ad Domum, in quam divertit, venientem secuti, aliquot horis, donec admitterentur, expectarunt; quo temporis spatio non modo in conspectum non admissi, sed etiam probris excepti sunt. Tandem Joannes Episcopus, missis ad eos militibus, ad se vocat. Post-

Ep. Memn. p. 761.

Sæculum V. A.C. 431.

quam ei aperuissent, quod jubente Concilio debebant, Joannes hos viros Comitis Irenæi iracundiæ, Episcoporum, & Clericorum suæ factionis furori tradidit, ita ut ferociter verberibus dedolati, etiam vitæ periculum subierint. Ergo ad Concilium redeuntes, edixerunt, quam molliter fuissent contrectati, & vulnera, suis corporibus excepta, exhibebant. Hæc præsente Evangelio, id est, coram pleno Concilio, ad acta relata sunt, quæ quidem nobis non supersunt, unde demonstratur, aliqua in Concilio Ephesino gesta desiderari.

Illo ipso tempore, quo Legati Concilii foris stare jubebantur, Joannes suo conciliabulo cum Sectatoribus Nestorii initium dabat; quippe, quamprimum e Curru descendisset, & Domum intrasset, nequidem excusso pulvere, aut deposito pallio, contra Cyrillum, Memnonem Ephesinum, & totum Concilium agere cœpit, Comes Candidianus, qui Joanni obviam processerat, conventum aperuit, & ut acta hujus conciliabuli loquuntur dixit: *præprimis optassem, ut epistolas Imperatorum, ut jussus eram, Vestra Pietate, & universo Concilio præsente, reddere possem, at vero quinque dies elapsi sunt, ex quo Reverendissimus Episcopus Cyrillus, Memnon hujus Civitatis Episcopus, & Episcopi, qui cum ipsis sunt, in Ecclesia conve-*

Epist. ad Cælest. p. 664. Apol. Cyr. p. 1046.

Joannes Antiochenus.

convenerint; id ne facerent, nullum non movi lapidem, rogavi etiam, ut differrent, donec omnes simul præsentes essetis. Petierunt, ut Epistola Imperatoris recitaretur, quod coactus permisi, ne species esset pervicaciæ; sed antequam abirem, monui, ne quidquam præcipitanter agerent; cujus testes sunt plures Episcopi, qui mecum intraverant. Nullam vero admonitionis meæ rationem habuerunt, sed Episcopos a Sanctissimo Nestorio missos, & socios eorum probrose ejecerunt, me ipsum abegerunt, & lectioni Protestationis, quam Episcopi ipsis prælegendam miserant, aures præbere recusarunt. Hæc omnia ad Dominos nostros detuli, & significavi, me Tuam Sanctitatem, & Episcoporum te comitantium adventum exspectaturum.

Joannes Episcopus petiit, ut epistola Imperatoris legeretur. Surrexerunt Episcopi, Candidiano legente; Joannes Episcopus deinde rogavit, an aliud factum fuisset. Candidianus dixit: *altera die, omnium, quæ gesta essent, nescius, subito audivi, quod Sanctissimum Episcopum Nestorium deposuissent. Sententiam Depositionis affixam vidi, detraxi, legi, & ad Imperatores submisi. Paulopost rursus Præcones publicos audivi per plateam euntes, & solemniter eandem Depositionem promulgantes. Quibus compertis, misi, vetarent, ne quidquam contra Imperato-* p. 191.

Sæculum V. A.C. 431.

rum mandata molirentur, & effeci, ut Episcopi, qui cum ipsis non coierant, vestrum adventum exspectarent. Joannes Episcopus dixit: *an secundum Canones, & mandata Imperatoris, causa diligenter discussa, judicarunt? vel Nestorium ob contumaciam damnarunt?* Candidianus dixit: *omnes Episcopi, qui mecum sunt, sciunt, quod nullo præcedente examine judicaverint.* Joannes Antiochenus dixit: *iste agendi modus rusticitati, qua nos offenderunt, optime congruit; cum enim nobis advenientibus, & longo itinere fessis, fraterno affectu salutem dicere oportuisset, in via turbarunt nos, & sua petulantia fatigarunt. Sacrum vero Concilium, quod mecum est, aures viris importunis non indulsit, sed jam, quid contra ejus modi moliti-*
p. 594. *ones statuendum, deliberabit.*

His Comes Candidianus exiit, & Joannes Antiochenus ex Episcopis quæsivit, quid cum contemptoribus episcolarum Imperatoris agendum esset? Concilium dixit: *patet, Reverendissimum Cyrillum, & Reverendissimum Memnonem, qui eum fideliter adjuvit, contra Imperatoris mandata egisse; id optime nobis exploratum, qui prius quam Tua Pietas advenimus, & omnia molimina vidimus. Nam Memnonis jussu, Ecclesiæ clausæ, nominatim Ecclesia Martyrum, & S. Apostoli, ita ut ne quidem Festum Pentecostes celebrare Episcopis licuerit.*

cuerit. Idem multitudinem agrestium turbandæ Civitati collegit, ad Episcoporum diversoria Clericos misit, qui terribilia ingerebant, nisi ad seditiosum eorum conventum vellent accedere. Nempe propria conscientia convicti, omnia perturbatione implere nitebantur, ne otium esset inquirendi in Doctrinam Hæreticam, quam in articulis, nuper Constantinopolim a Cyrillo missis, deprehendimus, potiorem partem Impietati Arii, Apollinaris, & Eunomii consentaneam. Jam ergo nobis pro Religione fortiter decertandum: Hæresis hujus, & Seditionis Duces, prout merentur crimina eorum, damnentur, & qui ab ipsis seducti, pro culpæ ratione puniantur.

Sæculum V. A.C. 431.

Joannes Antiochenus dixit: *Cyrillus, & Memnon Auctores hujus scandali, quod Leges Ecclesiæ, & Imperatoris mandata contempserint, & etiam articulorum illorum Hæreticorum causa deponantur, & qui ab ipsis seducti, excommunicentur, hunc in finem, ut errorem suum agnoscentes, Hæreticos Cyrilli articulos anathematizent, nobiscum congregentur, fraterna unione quæstiones examinemus, & fidem confirmemus.* Hæc propositio Concilio probata est, pronuntiata sententia, cui quadraginta tres Episcopi subscripserunt. Hos inter præcipui erant, Joannes Antiochenus, Alexander Apamiensis, Joannes Damasce-

Pseudo-Synodus Orientalium. p. 593.

Sæculum V. A.C. 431.

Damaſcenus, Dorotheus Marcianopolitanus, Alexander Hierapolitanus, Dexianus Seleucienſis, Fritilas Heracleenſis, Himerius Nicomedienſis, Helladius Tarſenſis, Euterius Thyaneus, & Theodoretus Cyrenſis. Hæc ſunt Acta Pſeudo-Synodi Orientalium, in qua accuſationes vagæ receptæ, nullus teſtis interrogatus, nulli libelli examinati, & rei nec auditi, nec citati.

Hanc Sententiam Epheſi non promulgarunt, nec quidquam Concilii Patribus de hoc facto in notitiam venit; ſed eam Conſtantinopolim miſerunt, additis ad Imperatorem, Principes Sorores, Clericos, Senatum, populumque epiſtolis, in quibus eædem contra Cyrillum, & Memnonem calumniæ repetuntur, ſed modis diverſis expoſitæ. Accuſant eos, quod ad vim, ut ajunt, inferendam Nautarum Ægyptiorum, & agreſtium Aſianorum opera uſu fuerint, & ſchedas ædibus illorum, quos invaſuri erant, affixerint. Joannes Antiochenus dicit, S. Cyrillum biduo ante Seſſionem celebratam ſibi ſcripſiſſe, ſe a toto Concilio exſpectari.

p. 601. 602. &c. p. 664.

p. 604.

§. XLVI.

Epiſtola Imperatoris per Palladium miſſa.

Interea a Candidiano miſſa relata Imperatori reddita fuerant, cujus animum malæ

malæ artes hujus viri præoccuparunt; ergo Reſcriptum per manus Magiſtriani, cui nomen Palladius, miſit. Magiſtriani dicebantur Magiſtri officiorum Miniſtri, alias Imperatoris Procuratores dicti. Reſcriptum, quod Palladius attulerat, nullum, & irritum pronuntiabat, quod Epiſcoporum pars Epheſi technis, & ſiniſtro affectu feciſſent, nempe Depoſitionem Neſtorii. *Hinc*, inquiebat Imperator: *donec Dogmata Religionis a toto Concilio fuerint examinata, nosque aliquem miſerimus, qui de his, quæ acta ſunt, cum Candidiano requirat, & motus Civiles compeſcat, jubemus, ut Epiſcoporum, Epheſi præſentium, nemo diſcedat; quamvis vero hoc noſtrum mandatum ad eos continendos ſufficere oporteat, tamen Provinciarum Rectoribus præcepimus, ut nullum exire permittant.* Hæc epiſtola tertio Kalendas Julii, ſub Antiochi Conſulatu, ſcilicet 29. Jun. an. 431. ſeptima poſt Seſſionem Concilii die, data eſt.

Sæculum V. A. C. 431.

Conc. Eph. c. 704.

Concilium, epiſtolam ferente eodem Palladio, Imperatori reſpondit, & de Comitis Candidiani fraude conquerens, dicit, Comitis Candidiani artes occupaſſe animum Imperatoris, antequam rei veritatem lectione Actorum edoceri potuiſſet, eundem hodieque cauſam eſſe, ne veritas tota ad Principem perveniat; Joannem Antiochenum demum viginti, &

Conc. Eph. p. 745.

Sæculum V. A.C. 431.

uno diebus post elapsam diem, Concili celebrando constitutam, adveniſſe. Sub jungunt: *Majestatem tuam rogamus, u Comitem Candidianum, quem Episcop Concilii quinque sequantur, ad se revocet bi de his, quæ gesta sunt, testimonium re dant, quippe illorum Episcoporum, qui fide defecerunt, ea est in dissimulandis su erroribus astutia, ut aliquos Episcoporu perverterint, qui modo respipiscentes, dam nato Nestorio, ad nos redierunt. Itaq Nestorio, & Joanni Antiocheno haud plu res Episcopi, quam circa circiter trigint septem adhærent; quorum plerique ide eundem secuti sunt, quod sibimetipsis con scii criminum Judicium Concilii reform darent. Horum Nomina ad Te mittimus aliqui eorum sunt Hæretici Pelagiani, alii a pluribus jam annis depositi. Cæterum Concilio omnes totius Mundi Episcopi con sentiunt; cum Episcopus Romanus cum Episcopis Africæ in Persona piissimi Ar chiepiscopi Cyrilli interfuerit.* (*) *Tem pori*

(*) Quæ initio hujus numeri dicta sunt, ostend dunt, nullum aliud finiendis litibus in Eccleſi esse remedium, quam Caput visibile, nisi credere velimus, Ecclesiam, Christi Sponsam, non unam esse, sed multiplicem, cujus rei funesta videmus exempla in Ecclesiis Sueciæ, Germaniæ, Angliæ, Helvetiæ, Belgii, quæ nulla Communione, nullo Charitatis vinculo, unico veræ Christi Eccleſiæ signo

poris angustiæ non permittunt, ut mala omnia, quæ nobis Comes Irenæus intulit, describere possimus, si vero, quod poscimus, concedas, viri quinque, ad te ituri, omnia docebunt. Episcopi sumus, numero plusquam ducenti, qui sententiam Depositionis contra Nestorium pronuntiavimus, toto Occidente consentiente, pauci vero huic epistolæ, quamvis omnibus præsentibus, subscripsimus, quia Magistrianus Palladius discessum urget, & moram apponendis singulorum signis negat. Post hæc Schismaticorum nomina, haud plura quam triginta quatuor ponuntur. Sæculum V. A. C. 431.

Schismatici quoque suis partibus non defuere, sed per eundem Palladium ad Imperatorem dedere responsorias. Eorum epistola adulatione in Cæsarem, & in S. Cyrillum, Conciliumque calumniis repleta est. Sententiæ in Conciliabulo suo *Conc. Eph. p. 705.*

signo, uniuntur. Hic vero stabilita Romani Episcopi in universam Ecclesiam Auctoritas demonstratur. Quæro ex Protestante, an Concilium Ephesinum legitimum, & Catholicum fuisse credat, vel non credat? si credit, cur Primatum, Sedis Romanæ, quem tunc totus terrarum orbis Christianus agnovit, hodie rejicit? si non credit, quomodo verbis Christi sua constat veritas: *& Portæ inferi non prævalebunt?* vel dicat, ubi extiterit Ecclesia Catholica, si in Concilio Ephesino congregata non fuit? nisi forte ad pudendas Ecclesiæ invisibilis latebras confugiat? *Matth. 16.*

Sæculum V. A.C. 431.

Concilium Ephesinum.

suo latæ mentionem faciunt, Nestorii postulatum repetunt, ut unusquisque Metropolita duos solummodo suæ Provinciæ Episcopos secum haberet, dicentes sua ex parte plures non adesse. Quinquaginta esse Ægyptios, & Asianos, Memnoni subjectos, quadraginta; rursusque ex parte Cyrilli stare duodecim Hæreticos Messalianos ex Pamphilia, præter alios Memnonis Socios, & quosdam Depositos & Excommunicatos; *ex his*, inquiunt, *consurgit hominum stupidorum turba, nulli rei præterquam excitando tumultui idonea.* Interim verum est, ipsis quoque fatentibus, haud multo pauciores centum quinquaginta Episcopis contra Nestorium stetisse. *Sperabamus*, inquiunt: *fore, ut lectis Epistolis tuis saperent, & postquam recitatæ fuere, ad Ecclesiam S. Joannis Apostoli processimus, Deo Gratias acturi, & pro Tua Majestate deprecaturi, at vero, ubi nos venientes conspexerunt, clauserunt januas; precibus itaque foris peractis, dum regredimur, neminem lædentes, erumpens famulorum cohors, aliquos ex nobis ceperunt, aliis equos abstulerunt, alios plagas intulerunt, omnesque fustibus, & saxis in multum viæ persecuti sunt. Has insidias nobis Memnon diu ante paraverat, non enim quemquam in Ecclesiis orare, aut de rebus Ecclesiæ tranquille deliberare patiebatur. Quam ob rem, rogamus Te*

ut præprimis ista Civitate ejici jubeas hunc Tyrannum, a nobis depositum, atque, quod timeat, ne scelera sua ad examen revocentur, omnia perturbantem.

Epistola Memnonis, sub id tempus ad Clericos Constantinopolitanos data, hujus tumultus occasionem docet, causamque, cur Catholici, quod vim adhibuissent, insimularentur. Episcopi illi, quos Concilium delegerat, ut Joanni Antiocheno obviam irent, cum pessime mulctati reversi essent, & querelam coram Concilio exposuissent, excommunicatum edixerunt, eique excommunicationis sententiam significari jusserunt; quippe ad Concilium relatum fuerat, in quadam Civitatis Regione schediasma sine nomine, & subscriptione fuisse affixum, in quo Sententia Joannis contra Cyrillum, Memnonem, & totum Concilium legebatur. Quotidie etiam Joannes aures Senatorum urbis Ephesinæ, & Magistratuum defatigabat, rogans, ut Decretum obtineret, quo alius Episcopus in locum Memnonis ordinaretur; verum contra ejus opinionem factum, ut cives Ephesini, omnes Catholici, Ecclesias insiderent, ibique permanerent, ne Joannes, quod sibi propositum habebat, exequi posset. Nihilominus ad Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ venit, postquam pronuntiari jusserat, se illuc ad ordinandum Episcopum processurum;

Sup. §. 45. *Ep. Memn.* p. 764.

Sæculum V. A. C. 431.

surum; obstitit populus, & cum armatos adduxisset, commota est Seditio, in qua aliqui illius Ecclesiæ pauperes tam male habiti, ut semimortuis similes jacerent. Hæc omnia ex epistola Memnonis discimus, qui sub finem Clericos urbis Constantinopolis rogat, ut ea, quæ a Joanne, & Sectatoribus ejus per vim facta essent, vulgarent, & impetrare adlaborarent, ut Comites Candidianus, & Irenæus, tumultus cientes, urbe Epheso discedere jubererentur. Irenæus sponte sua abiit, quem Schismatici miserunt Constantinopolim, ut ibi fortius causam eorum ageret. Proficiscenti aliam epistolam, aliaque relata commiserunt, in quibus easdem criminationes in Cyrillum, & Memnonem recoquebant, eoque collimabant, ut in aliam Civitatem Concilium transferretur. Hæc epistola Irenæo data, qua fidem facere posset, se a Nestorio, & Concilio ejus missum.

Conc. Ephes. p. 713.

§. XLVII.

Legati Papæ adventant.

Conc. Ephes. p. 610.

Inter hæc Legati Sanctæ Sedis Ephesum advenerunt, & sine dilatione secunda Concilii Sessio in Domo Episcopali Memnonis, secundum Romanos Sexto Idus Julii, secundum Ægyptios decima sexta *Epiphi*, id est, decima Julii, eodem anno 431. celebrata. S. Cyrillus, sicut antea,

Locum

Locum Papæ tenens, Concilio præerat. Sæculum V.
Juvenalis Jerosolymitanus, Memnon A. C. 431.
Ephesinus, Flavianus Philippensis, Rufi
Thessalonicensis Vicarius, Theodotus An-
ciranus, Firmus ex Cappadocia, & cœte-
ri omnes Episcopi intererant, atque et-
iam Bessula Diaconus Carthaginensis. Cum
Patribus introducti sunt, & ad considen-
dum invitati Occidentis Legati, numero
tres; Episcopi duo, Arcadius, & Proje-
ctus, & Philippus Presbyter; is prior ef-
fatus, dixit: *Agimus Gratias adorandæ* p. 621.
Trinitati, quod nos ad Sanctum vestrum
Conventum deduxerit. Diu est, quod Pa-
ter noster Cœlestinus per Epistolas suas ad
S. Episcopum Cyrillum datas, quæ vobis
exhibitæ fuere, sententiam in hac causa
pronuntiaverit; hodie vero alias ad vos
direxit, quas reddimus; jubete, ut legan-
tur, & actis Ecclesiasticis inserantur. Idem
duo delegati Episcopi Arcadius, & Proje-
ctus petierunt; cumque hi tres latine lo-
querentur, eorum dicta Græce expone-
bantur, nempe patrio Patrum Concilii
sermone. S. Cyrillus mandavit, ut S. Cœ-
lestini Epistola legeretur, eamque Siri-
cius, Ecclesiæ Romanæ Notarius, latine
legit. Juvenalis, Episcopus Jerosolymi-
tanus, petiit, ut ad Acta referretur; om-
nes Episcopi petierunt, ut ea in Græcum
transferretur. Philippus Presbyter di-
xit: *pro antiqua consuetudine factum, ut*
primo

Sæculum V. A.C. 431.

primo Epistolæ Sedis Apostolicæ latino sermone prælegerentur, sed curæ nobis fuit, ut hæ præsentes in Græcum verterentur; Episcopi Arcadius, & Projectus hujus versionis causam addiderunt, quod multi Episcopi latini sermonis essent ignari. Ergo Petrus, Presbyter Alexandrinus, Epistolæ S. Cœlestini Papæ versionem Græcam prælegit.

p. 614.

Hujus epistolæ initium tale est: *Episcoporum Congregatio Spiritus Sancti præsentiam testatam facit; nam Concilium Sanctum est per Venerationem sibi debitam, quod amplissimum Apostolorum Cœtum repræsentet, qui nunquam Magistri sui, cujus Doctrinam prædicare jussi erant, auxilio destituti sunt. Ipse per eos docebat, ipse inspiraverat, quid prædicarent, qui promiserat: qui vos audit, me audit. Istud docendi munus æqualiter omnibus Episcopis datum, ad id omnes nos jure Hæreditario obligamur; nos inquam! qui Apostolis succedentes, Nomen Domini per diversas Mundi Regiones annuntiamus, secundum verba ad Apostolos dicta: ite, & docete universas Gentes! bene notate, Fratres mei! mandatum generale nobis esse impositum, & Christum voluisse, ut id omnes adimpleremus, cum id nobis omnibus æqualiter injunctum sit. Omnes eorum labores in nos suscipiamus, quorum Dignitati omnes succedimus.* (*) S. Cœ-

Act. 15.

Luc. 10, 16.

Matth. 28. 19.

(*) Hic offenditur Anonymus I. quod Fleurius Lega-

S. Cœleſtinus Papa his verbis agnoscit, ipſum JEſum Chriſtum Epiſcopos ſuæ Eccleſiæ Doctores in Perſona Apoſtolorum conſtituiſſe; ipſe Papa in ordinem eorum ſe ponit, & declarat, omnes ſimul teneri adlaborare, ut pium Doctrinæ Apoſtolicæ depoſitum conſervent. Ad hoc ipſum probandum reliqua hujus Epiſtolæ tendunt; utitur Papa argumento ab adjunctis Civitatis illius, in qua congregati erant, ubi S. Paulus, & S. Joannes Evangelium prædicaſſent; *S. Joannes*, inquit in Epiſtola: *cujus Reliquias præſentes veneramini!* (*) In hac etiam epiſtola Epiſcopis Arcadio, & Projecto, & Presbytero Philippo Legationis ſuæ teſtimonia dantur, *qui*, ut verba ſonant: *omnibus, quæ agentur, interſint, & quæ mandavimus, exequantur.* Signum appoſitum eſt octavo Idus Maji, ſeu octava ejusdem Menſis, eodem an. 431. Hac

Sæculum V. A. C. 431.

Conc. Epheſ. p. 615.

Legatos Summi Pontificis, Delegatos Occidentis ſemel appellaverit. Cæterum hæc S. Cœleſtini Papæ Epiſtola illi quæſtioni plurimum lucis affert, a quo Epiſcopi ſuam Jurisdictionem, & jus prædicandi accipiant?

(*) Jam tertio Fleurius de Reliquiis S. Joannis mentionem affert, & de Corpore Bmæ Virginis tacet; nec eſt veroſimile S. Papam Cœleſtinum, dum S. Joannis Reliquias commemorat, de Reliquiis Matris Dei taciturum fuiſſe, ſi eas æque ibi aſſervari credidiſſet.

Sæculum V. A. C. 431.

p. 918.

Hac lectione audita, omnes Episcopi conclamare: *Justum est hoc Judicium! Gratias Cælestino, alteri Paulo, Cyrillo, alteri Paulo, Cælestino, Fidei Conservatori, Cælestino, qui Concilio consentit, totum Concilium Gratias agit Cælestino. Unus Cælestinus! unus Cyrillus! una fides Concilii! una totius orbis terrarum fides!* Episcopus Projectus dixit: *Epistolæ Papalis formam attendite! non docere vos vult, tanquam rerum ignaros, sed, quæ scitis, in memoriam revocare, ut ea, quæ diu ante judicavit, perficiatis.* Firmus ex Cappadocia dixit: *Sacra Sedes Cælestini hanc causam jam definivit,* (*) *atque per epistolas, ad Cyrillum Alexandrinum, Juvenalem Jerosolymitanum, Rufum Thessalonicensem, & Ecclesias Constantinopolitanam, & Antiochenam directas, Sententiam pronuntiavit; In virtute, & in executionem hujus Sententiæ contra Nestorium Judicium Canonicum tulimus, postquam dies eidem ad emendationem dicta præteriisset, & diu Ephesi ultra præfinitam ab Imperatore die expectassemus.*

Sessio Secunda.

Episcopus Arcadius, Legatorum unus, dixit: *Lenta navigatio, & venti adversi moram injecere, hinc tam cito, ac sperabamus,*

(*) Interpres Protestans, talia ex Concilio Ephesino transferens, sui calami stilo suam Ecclesiam configit.

bamus, advenire non potuimus; igitur rogamus vos, ut edoceatis, quæ interea egeritis. Philippus Presbyter eadem requisivit, postquam pro acclamationibus, in honorem Papæ cedentibus, Concilio Gratias egisset, & S. Petri Primatum laudasset. Theodotus Ancyranus dixit: *Deus, quam justa sit Concilii Sententia per missas Epistolas piissimi Episcopi Cœlestini, & per vestram præsentiam ostendit; cum vero, quæ gesta sint, quæratis; hæc plenissime ex ipsis Actis Depositionis Nestorii intelligetis; quam pio zelo Patres Concilii arserint, & quam conformis eorum fides sit illi, quam Cœlestinus coram toto orbe profitetur, perspicietis.* In hunc modum secunda Concilii Sessio finita. Sæculum V. A. C. 431.

Legati Papæ mandata scripta acceperant, eadem die, qua Epistola ad Concilium, nempe octava Maji data, in hæc Verba: *Mandata Cœlestini Papæ Episcopis, & Presbyteris, in Orientem proficiscentibus. Postquam per Dei Gratiam, ut speramus, in locum, ad quem vaditis, perveneritis, tota, qua potestis, attentione in Confratrem nostrum Cyrillum advertite! & omnia, quæ ipsi visa fuerint, facite! id quoque vobis mandamus, ut sacræ Sedis Apostolicæ Auctoritati conservandæ invigiletis, quia mandatum vobis, ut in Concilio præsentes sitis; si vero con-* Coll. Bal. p. 381.

Sæculum V. A. C. 431.

tentio exorta fuerit, vos dissidentium opiniones judicate; at litigare nolite! (*) *Si videritis, finem Synodo impositum, omnesque Episcopos domum reversos, inquirite, quis rerum eventus fuerit; si pro antiqua fide Catholica decisum fuerit, & si sciveritis, Fratrem meum Cyrillum Constantinopolim*

(*) Verba ipsa Concilii sunt: *Ad disceptationem si fuerit deventum, vos de eorum sententiis dijudicare debetis, non subire certamen.* Fleurius hæc reddidit: Vous devés juger de leur avis, sans entrer en dispute. Vos de eorum opinionibus judicare debetis, & non inire disceptationem. P. Balduinus suspicatur, quod detorqueat verba Concilii, & velit dicere: Vous devés juger de leur avis: Debetis eorum opinionem sequi. Ipsi vox: *juger* hic significat: *suivre*, seu sequi. Quis non videat hic a P. Balduino nodum in scirpo quæri? imo Summi Pontificis Auctoritas, & Legatorum ex hoc Numero vel maxime elucet, dum paulo superius † Fleurius S. Cœlestini verba transtulit: *Omnibus, quæ agentur, interfint, & quæ mandavimus, exequantur!* Rursus post pauca; *Sacra Sedes Cœlestini hanc causam jam definivit &c.* P. Balduinus per saltum deinde transit ad Epistolam S. Leonis Papæ ad Episcopos Provinciæ Viennensis datam, dicitque, Fleurium non omnia ex ea excerpsisse, quæ ad stabiliendam Papæ Auctoritatem faciunt. Bonus vir in medio mari aquas quærit.

† *Num. eod. XLVII.*

nopolim abiisse, illuc vobis quoque eundum erit, & Epistolæ nostræ Principi tradendæ. Si res aliter ceciderit, & regnet Divisio, ex adjunctis circumstantiis judicabitis, quid vobis cum Concilio dicti fratris nostri faciendum. Ipsa puncta, quæ in his mandatis continebantur, non habemus, sed Epistola extat Papæ ad Imperatorem Theodosium, decima quinta Maji data, quæ publicæ fidei Legatorum, ad quos mittebantur, testimonia exhibet, & rursus alia ad S. Cyrillum, die septima data, in qua inter alia legitur, eum, qui errores retractat, semper ad pœnitentiam recipiendum.

Sæculum V. A. C. 431.

Conc. Ephes. p. 619. p. 621.

§. XLVIII.

Legati Depositionem Nestorii confirmant.

Altera die, quinto Idus Julii, seu decima septima *Epiphi*, id est, undecima Julii, eodem anno 431. Concilium in eodem loco, nempe domo Memnonis Episcopali congregatum. Juvenalis Jerosolymitanus ex Legatis Papæ quæsivit, an ipsis Acta Depositionis Nestorii, sicut Concilium jusserat, fuissent communicata. Philippus Presbyter respondit, se ex Actorum lectione cognovisse, omnia secundum Canones fuisse gesta. Nihilominus petiit, ut adhuc semel in pleno

p. 622.

p. 625.

Sæculum V. A. C. 431.

Concilio legerentur, idem Episcopus Arcadius petiit. Memnon Ephesinus mandavit, ut legerentur; tum Petrus Alexandrinus Presbyter Acta primæ Sessionis prælegit, quorum initium, & sententia depositionis Nestorii huic tertiæ inserta. Finita lectione Philippus Presbyter dixit: *Nemini dubium, quin S. Petrus, Apostolorum Caput, columna fidei, & Ecclesiæ Catholicæ Fundamentum a Domino Nostro JEsu Christo Claves Regni, atque Potestatem ligandi, & solvendi a peccatis acceperit, atque in hanc usque diem vivat, & in suis Successoribus Judicium exerceat.* (*) *S. Papa noster Cœlestinus Episcopus, qui hodie Sedem ejus tenet, ad sacrum Concilium nos misit, ut ejus absentiam suppleremus. Christianissimi nostri Imperatores hujus Concilii celebrationem ordinarunt, ut sinceritatem fidei Catholicæ, quam a Majoribus suis acceperunt, conservarent.* Tum summatim Judicium in Nestorium enarrat, & subjungit: *Ergo sententia, in eum lata, firma omnium Ecclesiarum Judicio, constitit, cum Episcopi & Orientis, & Occidentis*

p. 626.

(*) Hæc verba, in Concilio Ecclesiæ Catholicæ œcumenico, nemine refragante, prolata Interpretis Protestantis stoliditatem retundunt, dicentis in sua Præfatione, omnes Episcopos initio fuisse æquales.

dentis aut per se, aut per suos Legatos huic Synodo adfuerint. Itaque sciat Nestorius, se a Communione Sacerdotii Ecclesiæ Catholicæ dejectum. Sæculum V. A. C. 431.

Episcopus Arcadius suam deinde edixit sententiam, & concluſit in hunc modum: *Secundum Traditionem Apostolorum, & Ecclesiæ Catholicæ, rursusque secundum Decretum Sanctissimi Papæ Cœlestini, qui nos huc misit, ut in hac causa eorum, quæ decernerentur, executores essemus, & secundum S. Concilii Decreta, Nestorio indicimus, privatum esse Dignitate Episcopali, atque ab universa Ecclesia, & omnium Episcoporum Communione separatum.* Episcopus Projectus, cum sententiam dixisset, finem fecit in hæc verba: *Ego quoque Auctoritate Legationis Sedis Apostolicæ, cum penes fratres meos Judicii lati Executor sim, pronuntio, Nestorium, veritatis inimicum, & Fidei corruptorem, Dignitate Episcopali, & omnium Episcoporum Orthodoxorum Communione privatum.* S. Cyrillus dixit: *Testis est universa Synodus, quid Nomine Sedis Apostolicæ, & totius Concilii Sanctorum Episcoporum Occidentis declaraverint. Cum igitur sententiam Sanctissimi Episcopi Cœlestini executioni dederint, & Decretum hujus sancti Concilii contra Nestorium approbaverint, acta hesterna, & hodierna conjungenda sunt* p. 6. 7.

Sæculum V. A.C. 431. *præcedentibus, ut consensum suum sua manu subscribentes indicent.* Legati paratos se ad subscribendum edixerunt, jussit Concilium, ut ipsis Acta offerrentur; itaque omnes tres Depositioni Nestorii subscripserunt. Hic fuit tertiæ Sessionis hujus Concilii exitus.

§. XLIX.

Epistolæ Synodales.

Conc. Ephes. p. 630. Concilium gestorum rationem Imperatori reddidit, data Epistola Synodali, in hæc verba: *Deus, cui tuus pro Religione zelus placet, Episcoporum Occidentis pietatem excitavit, ut JEsum Christum ob illatas injurias ulciscereturQuandoquidem, etiamsi per viæ longitudinem omnes ad nos venire prohibiti sint, in Regione sua præsente Sanctissimo Episcopo Romano Cœlestino Concilium egere, nostros de fidei veritate sensus approbarunt, & aliter credentes a Sacerdotio repulerunt. Jamque antequam hoc Concilium fuisset convocatum, Cœlestinus eadem in Epistolis suis judicaverat, datis ad Sanctissimum Episcopum Cyrillum, cui, ut vices suas gereret, mandaverat. Rursusque idem declaravit huic Sancto Concilio Ephesino, missis aliis litteris, quas Episcopi Arcadius, & Projectus, & Presbyter Philippus attulerunt. Hi ubi advenerunt, quid totum Occidentis Concilium sense-*

senserit, nos edocuerunt, & datis litteris testimonium perhibuere, illos Patres in materia fidei pleniſſime nobis conſentire. Hæc Veſtræ Majeſtati indicamus, ut agnoſcat, ſententiam, quam modo tulimus, commune totius mundi judicium eſſe. Itaque, cum cauſa, propter quam congregati ſumus, feliciter ſit expedita, humiliter petimus, ut ad noſtra remeare liceat; aliqui ex nobis paupertate premuntur, alios morbus affligit, alios extrema Senectus gravat, diutius extra Patriam morari non poſſunt, aliquos Epiſcoporum, Clericorumque mors abſtulit. Totus terrarum orbis conſentit, paucis hominibus exceptis, quibus amicitia Neſtorii Religione potior eſt. Æquitas poſtulat, ut Neſtorio Succeſſor ſufficiatur, nosque in pace de Confirmatione Fidei gaudere, & pro tua Majeſtate in tranquillitate orare ſinamur. Huic Epiſtolæ S. Cyrillus, & omnes cœteri Epiſcopi ſubſcripſere.

Sæculum V. A. C. 431.

Concilium ad Clerum quoque, & populum Conſtantinopolitanum Epiſtolam dedit; Depoſitionem Neſtorii indicant, hortanturque, ut mittant ſervidas ad Deum preces, quibus digni Succeſſoris Electionem impetrent. Huic Epiſtolæ primus manum appoſuit S. Cyrillus, deinde Philippus Presbyter, Papæ Legatus, qui ſe Presbyterum Eccleſiæ Apoſtolorum dicit, tum Juvenalis Jeroſoly-

p. 634

Sæculum V. A. C. 431.

ſolymitanus, duo Epiſcopi Legati Arcadius, & Projectus, Firmus Cæſarienſis, Flavianus Philippenſis, Memnon Epheſinus, Theodotus Ancyranus, Berinianus Bergenſis. Poſtea legitur: *Quamvis Epiſcopi, qui Neſtorium depoſuerunt, numero, ultra ducentos, ſint, ſubſcriptionem paucorum ſufficere credidimus.*

§. L.

S. Cyrilli, & Memnonis querelæ.

Quinto poſt tertiam Seſſionem die Concilium etiam quartam in Eccleſia ſanctæ Mariæ, decimo ſeptimo Kalendas Aug. nempe decima ſexta Julii celebravit. S. Cyrilli nomen primo viſitur, S. Cœleſtini Papæ locum tenentis, tum tres Legati nominantur, primo duo Epiſcopi, Arcadius, & Projectus, deinde Presbyter Philippus, ſequuntur Juvenalis, Memnon, aliique. Ex hac diverſitate Ordinis in Seſſionibus, & Subſcriptionibus apparet, ad hæc Patres ſcrupuloſe non attendiſſe; nec ullam hac ſuper re litem exortam legimus. In hac Actione, cum de cauſa S. Cyrilli ageretur, non amplius Petrus Alexandrinus Presbyter Promotoris officio functus eſt, ſed Heſychius Diaconus Jeroſolymitanus, qui dixit: *Sanctiſſimus Archiepiſcopus Alexandrinus Cyrillus, & Sanctiſſimus Epiſcopus Epheſinus Memnon, Libellum*

bellum Sanctissimo Concilio obtulerunt. Hunc in manibus habemus, & legemus, si jubeatis. Juvenalis Jerosolymitanus jussit, ut legatur, & Diaconus Hesychius legit.

In hoc libello querelæ continebantur adversus Joannem Antiochenum, qui ob Depositionem Nestorii ira flagrans, triginta ferme illius factionis Episcopos, quosdam jam diu depositos, alios certa Sede carentes, congregaverat, *Quibuscum*, ut Libellus loquitur: *putat, nos deposuisse; id enim ex Libello infami, quem scripsit, apparet, quamvis nos judicandi potestatem nec per Leges Ecclesiæ, nec mandato Imperatoris habeat; nec jus ei sit, quidquam tale præsertim contra Sedem sua majorem moliri. Dato vero, quod potuisset, verumtamen Canones observandi erant, nos monendi, & cum toto Concilio, ut nos defenderemus, vocandi. Omnia clanculo fecit, & prima, qua civitatem Ephesinam attigit, hora, ita, ut nihil horum factorum usque in diem hanc ad nostram notitiam pervenerit. Cum minimo Clericorum suorum, qui ei subjiciuntur, agere insolentius non potuisset. Cum igitur cum suis complicibus hic præsens sit, per Sanctam Trinitatem vos adjuramus, ut citentur, & sui facinoris rationem reddant, nam demonstrare possumus, illegitimum esse, & impium.* p. 635.

Acacius

Sæculum V. A. C. 431.

p. 638. Acacius Melitinensis dixit: *Utilitate caruisset accusatio, etsi vera fuisset, atque Sanctorum Episcoporum Cyrilli, & Memnonis petitum superfluum est, non enim illis, qui se a sancto Concilio separaverant, ut se Nestorio jungerent, cum ipsimet tanti criminis rei essent, quidquam agere, contra Concilii œcumenici Præsides licebat. Quia autem vobis visum, eos judicio persequi, Joannes Antiochenus, hujus Schismatis Auctor per pios Episcopos Archelaum, Paulum, & Petrum citabitur, ut, rationem facti sui redditurus, veniat.* Tres illi Episcopi, nempe Archelaus Myndensis in Caria, Paulus Lampensis ex Creta, & Petrus Castrorum ex Palæstina eum vocatum abierunt. Ubi rediere, Firmus Cæsariensis ex Cappadocia rogavit, ut, quid actum esset, referrent.

§. LI.

Joannes Antiochenus citatus.

p. 639. Episcopus Paulus dixit: *Cum Domui Reverendissimi Joannis Antiocheni appropinquaremus, vidimus multos milites, aliosque viros, arma gestantes, & custodientes portam. Aliquantum propius agre admissi, diximus: Tres, nec plures, viri sumus, a sancto Concilio missi, Reverendissimo Episcopo Joanni verba pacis in causa Ecclesiastica afferimus. Mox magna*

magna hominum turba nos circumdedit, Sæculum V.
& inter varios sermones indigna in sa- A.C. 431.
crum Concilium, & fidem Orthodoxam audivimus; verum hæc dicta ob tumultus insolentiam exacte referre non possumus. Episcopus Archelaus dixit: *Magnum tumultum tulimus, & ferme periclitabamur. Milites evaginare gladios, & saxa minaciter tollere cæperunt.* Episcopus Petrus addidit: *Aderant non nulli Joannis Clerici, quibus diximus, a Concilio nos missos; sed nemo fuit, qui nos reciperet.*

S. Cyrillus dixit: *Videtis, Patres! Memnonem, & me hic esse præsentes, quia nobis nullius culpæ conscii sumus; econtra Nestorii Hæretici, & Joannis, Defensoris ejus, domos milites stipant, quia ad Concilium venire horrent. Jubete igitur, sententiam, contra nos latam, nullam declarari, & contra Joannem, quod videbitur, statuite!* Juvenalis Jerosolymitanus dixit: *Peccavit Episcopus Joannes, quod Sedem Apostolicam Romanam, quæ hic præsens est, atque Sedem Jerosolymitanam, quæ secundum Traditionem Apostolicam Sedem Antiochenam corrigere, & judicare solet, contempserit; verumtamen, ut Canones ad amussim observemus, mittamus rursus Episcopos, qui eum secundo vocent.* Tres rursus Episcopi missi, Timotheus Thermesenus, & Eudo- p. 942.

Sæculum V. A. C. 431.

Eudociadenus, Eustachius Docimionensis, & Eudoxius Chomatenus ex Lycia.

Ubi redierunt, Eudoxius dixit: *Ad Ædes Joannis pervenientes, invenimus circumstantes milites, evaginatos gladios tenentes, & quosdam Clericos, quos rogavimus, ut adventum nostrum denuntiarent. Intrarunt, rursusque egressi sunt, dicentes: Joannes Episcopus dicit, non esse sibi, quod respondeat hominibus depositis, & excommunicatis. Interrogavimus: a quo ergo depositi, & excommunicati fuissemus; responderunt: ab Episcopo Joanne; & instantibus nobis, ut plura audiremus, dixerunt: Si vultis, id factum fuisse coram Notario affirmabimus.*

Concilium Ephesinum.

p. 643. Rursus S. Cyrillus petere, ut Joannis Judicium declararetur nullum, & ut tertio citaretur. Memnon idem postulavit; tum Concilium Joannis sententiam, nullam esse, pronuntiavit, cum, ut eam defenderet, comparere non esset ausus;

p. 646. jussit, ut, quæ ea die gesta fuissent, ad Imperatorem referrentur, & Joannes tertio ad Judicium vocaretur.

Sessio quinta, die sequenti, decimo sexto Kalendas Augusti, nempe decimo septimo Julii, in Ecclesia S. Mariæ, celebrata. S. Cyrillus, quæ die præcedenti acta fuissent, memoravit, & addidit, Joannem, & Sectatores ejus rem pudendam, & triviali plebe dignam feciſse;

Conc. Ephes. p. 649.

Quippe

Sæculum V. A. C. 431.

Quippe, inquit: *cum Concilio se sistere teneverentur, ut modestia Christiana causam suam dicerent; non enim nostrum Concilium, velut eorum ædes, milites armati circumstant, libellum, quem insolentia, & ignorantia dictavit, conscripsere, eum publice in Theatro affixerunt, ut totam Civitatem ad Seditionem commoverent. Si in eum finem hoc fecerunt, ut nos affligerent, Fratribus nostris honorem detraherent, & efficerent, ut innocentes ab omni hominum genere deriderentur, profecto multum est, quod eis gratulemur; vicerunt! Si vero, ut libellus prodit, demonstrare volunt, nos Hæresin Apollinaris defendere, veniant modo, & nos convincant, si possunt, & ab injuriis temperent! nos, inquam; nunquam opiniones Apollinaris, Arii, aut Eunomii approbavimus; sed ab unguiculis sacras litteras edocti fuimus, atque ante faciem Patrum Orthodoxorum enutriti. Anathematizamus Apollinarem, Arium, Eunomium, Macedonium, Sabellium, Photinum, Paulum, Manichæos, & omnes alios Hæreticos, & præterea Nestorium, novarum blasphemiarum auctorem, omnes eos, qui in ipsius Communione, & fide vivunt, eosque, qui Celestii, & Pelagii opiniones tenent. Rogamus Concilium, ut Joannem Antiochenum, & omnes hujus calumniæ complices venire jubeant, ut vel pro-*

Epist. ad Cælest. p. 464.

Sæculum V. A.C. 431.

probent hic coram omnibus, nos hæreticos, vel ipsi condemnentur, propter illam praprimis proterviam, quod, ut libellus infamis fert, hanc recoctam calumniam ad aures Imperatoris deferre ausi fuerint.

p. 650. Concilium selegit tres Episcopos, Danielem Colonensem, Commodum Tripolitanum in Lydia, Timotheum Germensem ex Hellesponto, adjuncto Notario, cui nomen Musoneus, hi ferebant citationem scriptam, qua Joannes Antiochenus vocabatur; jam tunc in eo scripto eidem functiones Episcopales interdicebantur, & indicabatur, nisi tertiæ citationi obediret, sententiam secundum Canones ferendam. Ubi redierunt, Episcopus Daniel dixit: *Cum Domum Episcopi Joannis adissemus, equis intervallo satis longo descendimus, & Clericis ipsius mansuete diximus, nos a sancto Concilio missos advenire; incidimus in Presbyterum Asphalum, de Ecclesia Antiochena, qui hujus Ecclesiæ causas Constantinopoli curat. Is propius Domum nos deducens, comitabatur, eosque, qui in nos invehebantur, arcebat. Militibus quoque Beneficium debemus, cum enim ipsis bene notus esset Commodus Episcopus, in cujus civitate diversoria habent, Clericorum in nos insultus cohibuerunt. Postquam Asphalus, aliique Clerici Nestorio adventum nostrum indicarunt, Archidia-*

Sessio quarta, & quinta.

conus

conus ejus ad nos descendit; nescimus nomen ejus, sed homo est exiguæ staturæ, pallido vultu, & tenui barba. Manu tenebat chartam, quam nobis offerebat, dicens: Sacrum Concilium hoc ad vos mittit, ut accipiatis. Diximus: missi sumus, ut ea, quæ sanctum Concilium nobis mandavit, indicemus, non vero, ut chartas accipiamus. Concilium Dominum Joannem invitat, ut veniat, & cum Patribus consideat. Archidiaconus respondit: ergo expectate, donec id ad Episcopum detulero; ivit, & reversus, eandem chartam obtulit, dicens: nihil nobis mittite, nec nos quidquam vobis mittimus, Imperatoris sententiam expectamus. Diximus: Audi igitur, quod Concilium mandat! sed cito abiit, dicens; chartam meam non accepistis, nec ego, quid Concilium dicat, audio. Alii duo Episcopi confirmarunt, hæc a Daniele vere fuisse relata.

§. LII.

Sententia in Joannem Antiochenum lata.

Concilium dixit: *Hæc citatio sufficit, nulla Episcopo Joanni supereſt excusatio, nec rei ignorantiam potest obtendere.* S. Cyrillus dixit: *Ecce me hodieque præsentem cum Episcopo Memnone! paratum defensionem Episcopi Joannis* p. 651.

Sæculum V. A. C. 431.

audire; sed cum adhucdum Judicium fu-giat, jam Concilii est, decernere. Concilium sententiam pronuntiavit in hæc verba: *Injuriæ, quas Episcopus, Joannes Antiochenus, & complices ejus, Episcopis Cyrillo, & Memnoni intulerunt, sufficiens causa sancto Concilio videri poterant, ut in eos sententiam, eorum arrogantia dignam, ferret, præprimis post hanc tertiam citationem, cui obedire noluerunt; nihilominus mansuetudinis Episcopalis esse credimus in patientia aliquid indulgere; hinc in hoc rerum statu solummodo a Communione Ecclesiastica Joannem Antiochenum, & socios ejus Joannem Damascenum, Alexandrum Apamiensem, Dexianum Seleucienſem, Alexandrum Hierapolitanum, cæterosque excludimus.* Hic triginta tres nominati sunt, inter quos Theodoretus legitur. Concilium subjungit: *His non liceat Auctoritate Sacerdotali uti, ut cuiquam vel bonum, vel malum conferant, donec resipiscant, & culpam suam fateantur. Sciant vero, nisi prompte id fecerint, ultimam damnationem in se contracturos. Illa autem, quæ contra leges in Cyrillum, & Memnonem ausi sunt, nullius sint roboris, sicut besterna die declaratum; & omnia, quæ acta sunt, ad piissimos Imperatores nostros referantur.* Juvenalis Jerosolymitanus, tres Romani Legati, & omnes alii Episcopi

pi huic Sententiæ signum appoſuere. In hunc modum Seſſio quinta finita. Sæculum V. A.C. 431.

§. LIII.

Epiſtolæ Synodales aliæ.

Concilium ad Imperatores Epiſtolam dedit, & hanc cauſam retulit. Dicunt, triginta Epiſcopos, Neſtorii clientes, quod puniri ob ſua delicta timerent, auſos, agere ſeparatum conventum, & ſibi ipſis Concilii Nomen tribuere; facti Ducem ſe præbuiſſe Joannem Antiochenum, moræ, mandatis Imperatorum injectæ, timide conſcium. *Iſti igitur*, dicit Epiſtola: *Sententiam Depoſitionis adverſus Cyrillum, Concilii Caput, & Memnonem, conculcatis legibus Eccleſiæ, nemine accuſante, reis non citatis, nullo examine præcedente, pronuntiarunt. Hominum temeritatem ſpreviſſemus, niſi, malum! ſuas calumnias usque ad Majeſtatis veſtræ Thronum detuliſſent. Itaque, quod Canones poſtulant, fecimus; libellos Cyrilli, & Memnonis accepimus, Joannem Antiochenum etiam tertio citavimus, ipſe autem domum ſuam militibus, armisque cuſtodivit, Legatos a Concilio non recepit, nequidem reſpondere dignatus. His ita ſe habentibus, omnia, contra Cyrillum, & Memnonem facta, ediximus nulla, Rebelles excommunicavimus, donec Concilio ſe ſiſtant, & cauſam ſuam defendant.* *Conc. Epheſ. p. 656.*

Sæculum V. A.C. 431.

Hæc ad vos referendi necessitas nobis injuncta est, ne Rebellium conjuratio pro legitimo Concilio habeatur! Simile aliquid tempore Concilii Nicæni contigit, non nulli Episcopi a toto corpore recesserunt, at magnus, & sanctus Constantinus non solum paucos homines Concilium constituere non posse, judicavit, sed etiam ob datam Schismati causam puniri jussit. Et profecto! quid a sana ratione magis abhorreat, quam quod Episcopi triginta Concilio opponere se audeant ducentorum & decem Episcoporum, quorum sententiam omnes Occidentis, & cum ipsis totius orbis terrarum Episcopi suis suffragiis confirmarunt? at rursus ex his triginta viris aliqui a multo tempore depositi sunt, alii Celestii erroribus imbuti, alii, quod Nestorii opinionem teneant, anathematizati. Jubete igitur, ut, quod in Concilio Universali contra Nestorii impietatem decisum, vestro consensu accedente ratum, firmumque permaneat.

Epistolæ Concilii.

Concilium, data etiam ad Papam S. Cœlestinum, Epistola, omnia, quæ acta fuerant, retulit. Recensetur Actorum contra Nestorium initium, ejus Depositio, Joannis Antiocheni temeritas, & secuta præsentibus Sacræ Sedis Legatis, condemnatio. Addunt Patres: *Quod Fratres nostros Cyrillum, & Memnonem contingit, cum ipsis etiam post istam accusationem*

Conc. Ephes. p. 660.

p. 665.

nem communicamus, & in eorum commu- Sæculum V.
nione Liturgiam & Synaxes celebramus. A. C. 431.
Si enim patiamur, ut quicunque voluerint, maximas Sedes, & Episcopos, in quos nullam habent jurisdictionem, impune lacessant, pessimo loco Res Ecclesiæ stabunt. Et deinde: *Postquam in Concilio lecta sunt Acta Depositionis impiorum virorum, Pelagianorum, & Celestinorum, Celestii, Pelagii, Juliani, Persidis, Flori, Marcellini, Orontii & sodalium eorum, decrevimus, ut sententia Tuæ Sanctitatis contra eos lata firma consistat; omnes unius mentis sumus, & pro depositis eos habemus. Ut magis accurate de omnibus edocearis, Acta, & Subscriptiones Concilii ad te mittimus.* Ita Concilium Ephesinum Pelagianos damnavit, & latum contra eos Papæ Judicium confirmavit. (*)

Sub id tempus S. Cyrillus pro Concione dixit, & fortiter contra Joannem Antiochenum peroravit, conquerens, quod ille, cum sibi operam jungere ad oppugnandam Hæresin opportuisset, factus esset Hæreticorum fautor, & veritatis Defensores invasisset. *Conc. Ephes. p. 668. Julio.*

(*) Concilii Ephesini, quod, ut bene notat Anonymus I., palam edixerat, se condemnare Nestorium, ut Papæ S. Cœlestini Decreta exequeretur, certissime mens non fuit, ejusdem Papæ judicium contra Pelagianos eo in sensu, ac si Auctoritate superiore polleret, confirmare.

Sæculum V.
A. C. 431.

§. LIV.

Epistolæ Schismaticorum.

Conc. Ephes. p. 697. Schismatici quoque, ne suis partibus deesse viderentur, ad Imperatorem epistolam dederunt hujus ferme tenoris: *Cyrillus, & Memnon, a nobis, quod Hæresin Apollinaris sequantur, depositi, suæ factionis præcipuis libellos tradiderunt, & nos in judicium vocarunt. Respondimus; mandata Vestra Cæsarea hac super re esse expectanda. Ipsi vero, contemptis Religionis regulis, Cyrillum, & Memnonem in jura Sacerdotii, ut putant, restituerunt, excommunicatos, & interdictos. Rogamus te igitur! ut quantocius læsæ fidei, & spretis Canonibus oppitulerís, & jubeas, nos ex hac urbe discedere, & Constantinopolim ire, aut saltem Nicomediam; ibi, si potiaris, quantum homines isti contra pietatem, & justitiam peccaverint, manifestabimus. Rogamus etiam, ut jubeas, ut cum quolibet Metropolita non plures, quam duo Episcopi Concilio adsint, quia examinandis fidei dogmatibus multitudo inutilis est, & causa tumultus. Hinc est, quod Adversarii tanto numero advenerint; subscriptionum numero populis imponere conantur. Nos vero tres ex singulis Provinciis advenimus, & usque in hanc diem tuis mandatis obedientes, nullum Episcopum ad te misimus, quod tamen adversarii*

rii noſtri fecerunt. Rurſus rogamus te, ut jubeas, omnes ſubſcribere fidei Nicænæ, quam, huic epiſtolæ junctam, miſimus, & prohibeas, ne quidquam addatur, quod indicet, Dominum noſtrum JEſum Chriſtum eſſe purum Hominem, aut Divinitatem paſſibilem. Cum hac epiſtola miſerunt Acta, ſui, ut dicebant, Concilii, in quibus Symbolum Nicænum exſcripſerunt, affirmantes, hanc eorum fidem eſſe, ſeque articulos Hæreticos Cyrilli cum ſuis Anathematismis rejicere. Huic Decreto Joannes Antiochenus, & omnes alii hujus factionis ſubſcripſerant. Sæculum V. A.C. 431. p. 701.

Simul ad tres potentiſſimos Neſtorii amicos ſcripſere, nempe ad Antiochum, Prætorio Præfectum, & hujus anni Conſulem, ad Valerium, officiorum Magiſtrum, & anni ſequentis Conſulem, & Scholaſticum, Cubiculariis Præfectum; una epiſtola ad ambos Conſules data, quæ ſic ſonat: *Ad extrema ventum eſt; quotidie, ſi dicere liceat, violenta mors oculis noſtris obverſatur. Cyrilli, Memnonisque Tyrannis omnem Barbarorum furorem ſuperat. Continuo tanquam in bello aperto inimicorum inſultibus vexamur. Bis factum, ut ædibus noſtris tabellas cum inſcriptionibus affigerent, quo facilius ab iis, quibus imperatum, ut aggrederentur, notari poſſent. Omnes nobis Eccleſiæ occluſæ. Morbis pene conſumpti, caput erigere* p. 709.

Sæculum V. A.C. 431.

gere ad hauriendum liberiorem aërem non audemus. Vestram Misericordiam obtestamur! a dira morte nos liberate! efficite, ut ad Civitatem Cæsaream ire liceat, ubi rationem fidei nostræ reddemus, atque hominum istorum nequitiam, hæresimque probabimus; nisi velitis, ut furoris ipsorum victimæ cadamus. Adjuramus vos per liberos vestros, & quidquid vobis charum, obsecramus per Dei Judicium, innocentiam nostram ne destituite, cito eripite nos ex hoc loco, ut saltem libero cœli haustu fruamur! Epistola ad Scholasticum non ita pathetice scripta; eædem tamen querelæ afferuntur, rogantque, ut ipsius opera litteræ suæ Imperatori prælegantur. Has epistolas omnes Comiti Irenæo, Constantinopoli tunc versanti, miserunt, a quo post dies aliquot relationem eorum, quæ ibi a tempore adventus sui acta erant, acceperunt.

§. LV.

Epistolæ Comitis Irenæi.

Conc. Ephes. p. 717.

Vix tandem, inquit: *licet mihi hodie ad vos scribere, vix tabellarium fidelem invenire. Ægyptiaci triduo ante me Constantinopolim advenerant; omnium animos mendaciis, & calumniis, contra nos vulgatis, occupaverant, ita ut viri in Dignitate constituti, crederent, bellissimam illam depositionem* (de depositione Nesto-

Nestorii loquitur) *statutam in Judicio, quod examen juxta Canones præcessisset, & in Conventu omnium Episcoporum, qui unanimiter sententiam in contumacem pronuntiassent. Magnifico Scholastico persuasum fecerant, prohibente Nestorio neminem vocem Theotocos Ephesi pronuntiare. Nihilominus per invictam veritatis vim, & preces vestras, exhaustis primis periculis, obtinui, ut Magistratibus loqui, & rei veritatem exponere licuerit. Hi rem ad Imperatorem deferendam existimarunt, tandemque, post multa hinc illincque colloquia, statutum, ut Imperator nos, me inquam: & Ægyptiacos coram Magistratibus audiret. Frustra opposui, me hunc in finem non venisse, nec talia ab Episcopis mandata accepisse, me solummodo hac in causa epistolarum bajulum fuisse; nihil propius fuit, quam ut, hæc dicens, occiderer.*

Sæculum V. A.C. 431.

Ergo, Deo adjuvante, Adversarii nostri damnati sunt, cum nec Acta Depositionis, nec mendacia, quæ protulerant, possent defendere; clare enim monstrabatur, Ægyptiacum congruo ordine non convocasse Sessionem, nec Judicis Personam potuisse sustinere, cum & ipse inter illos fuisset, in quos Judicium ferendum, nec causæ tractationem absque Comitis Candidiani consensu fuisse inchoandam. Omnes contestationes lectæ, lecta quoque Imperatoris epi-

Sæculum V. A.C. 431.

ſtola ad Concilium, quam ipſe attulerat, & omnia reliqua explicata. Ita tandem veritatis inimici uno ore damnati, Judicium veſtrum receptum, & approbatum. Depoſitio Ægyptiaci illico, jubente Imperatore, ad Eccleſiam delata, & judicatam, eundem omnia tyrannice, & contra Canones egiſſe. Hic fuit colloquii coram Imperatore eventus.

At vero, poſtquam Joannes Medicus & Cyrilli Syncellus, ut ſcitis, advenit, plerosque Magiſtratuum animo mutatos advertimus, nec quidquam de iis, quæ ipſi præſentibus judicata fuerant, æquo animo audire poſſe. Dicebant aliqui, ea, quæ utrinque geſta erant, confirmari oportere, & non tantum duorum, ſed trium illorum Epiſcoporum depoſitionem ratam eſſe habendam; aliis videbatur, omnes Depoſitiones æqualiter nullas pronuntiandas, & advocandos ex Epiſcopis aliquos, ut, quæ vere acta fuiſſent Epheſi, exquirerentur; aliis aliud eſt conſilium, & omni conatu adlaborant, ut ipſi cum mandatis Imperatoris Epheſum mittantur, ibique cauſam ſecundum acta, & probata finiant. Qui vos amant, Deum rogant, ne ultimo iſtorum ſententia obtineat, ſcimus enim, quibus ex cauſis, & conſiliis id exoptent. Fiet, quod Domino placuerit; interim Deum inſtanter pro me orate, qui tot periculis caput objeci, quibus necdum omnibus

bus defunctus sum; nam testis sit mihi Deus! tunc, quando ad Imperatoris conspectum vocatus fui, nihil magis certum existimabam, quam me in mare præjiciendum. Hæc Comitis Irenæi epistola est. Ultima, quam retulimus, quorumdam sententia vicit, & Joannes Comes, Largitionibus, seu ærario Præfectus Ephesum missus. Sæculum V. A C 431.

§. LVI.

Sessio sexta. Charisii Libellus.

Joanne Comite in itinere agente, Concilium Sessionem sextam in Domo Episcopali Memnonis, undecimo Kalendas Aug. seu 28va *Epiphi*, id est, 22da Julii, celebravit. S. Cyrillus tanquam Papæ Vicarius, præerat; Sacræ Sedis Legatorum nomina demum post omnes Episcopos visuntur. Petrus, Presbyter Alexandrinus, & Notariorum Primicerius, dixit: *Sacrum Concilium, volens fidei, & paci Ecclesiarum providere, fidei definitionem proposuit, quam in manibus habemus;* jussit Concilium, ut legeretur, & Actis insereretur. Primo positum erat Symbolum Nicænum, additis verbis: *hæc illa est sancta fides, quam totus orbis credere tenetur, quia universæ Ecclesiæ, quæ sub cælo degit, utilis est, & sufficit. Quia tamen sunt, qui hanc confiteri simulant, ejus autem sensum pro cerebri sui luxuria expli-* *Edit. Mercat. ap. Baluz. p.610.*

Sæculum V. A.C. 431.

explicant, neceſſarium fuit, ut Patrum Orthodoxorum ſententiæ explanarentur, & monſtraretur, quo ſenſu hanc fidem acceperint, & prædicaverint, & quo ſenſu omnes illi, cujus fides pura eſt, & integra, eandem intelligere, explicare, & prædicare teneantur. PetrusPresbyter dixit: *in manibus habemus libros Sanctorum Patrum Epiſcoporum, & Martyrum, ex quibus aliquos articulos excerpſimus.* Juſſit Concilium, ut legerentur, & actis inſererentur. Iidem fuere textus, qui in prima Seſſione, in qua Neſtorius damnatus, prælecti.

Poſt hæc Chariſius, Eccleſiæ Philadelphicæ in Lydia œconomus, ad Concilium detulit, quosdam illius Provinciæ Hæreticos, cum Doctrinam Eccleſiæ Catholicæ edoceri cupiiſſent, in pejores prioribus errores prolapſos; nam Presbyteri duo, quibus nomina Antonius, & Jacobus, cum epiſtolis commendatitiis Anaſtaſii, & Photii, etiam Presbyterorum, qui tunc Neſtorio adhærebant, e Civitate Conſtantinopoli advenerant; exhibitis his epiſtolis Jacobus, & Antonius, tanquam Catholici, ab Epiſcopis Lydiæ recepti, illis Hæreticis, qui converſionis deſiderio tenebantur, fidei expoſitionem ſubſcribendam obtulerant, impiis erroribus refertam. Ut clarius, quæ vellet, cognoſcerentur, Chariſius querelam ſcriptam additis Hæreticorum expoſitionibus,

Sup. §. 48.

Chariſius.

nibus, & illorum, qui decepti fuerant, subscriptionibus, Concilio tradidit. In hoc libello solus Presbyter Jacobus accusabatur, qui Philadelphiam veniens, multis hominibus rudibus, etiam Clericis imposuerat, ita ut suis litteris testimonium dicerent, Jacobum esse Catholicum, Charisium vero, tanquam Hæreticum Communione Ecclesiæ, & suis functionibus indignum pronuntiarent. Sub hujus libelli finem Charisius fidei suæ Confessionem, quæ cum Nicæna concordabat, apposuit. Sæculum V. A. C. 431.

Postea lecta est Hæretica fidei expositio, cujus exordium erat: *Qui in Doctrina Ecclesiæ exacte eruditi cupiunt, aut a qualicunque Hæresi converti, præprimis sciant! quod credamus in unum Deum Patrem, æternum* & cœtera. Mysterium Trinitatis satis bene explicabatur, at de Incarnatione dicebant: *non dicimus duos Filios, aut duos Dominos, cum unicus sit Filius per Essentiam, Deus Verbum, Filius Patris unicus, cui homo conjunctus, & Divinitatis particeps factus, etiam Nomen, & honorem Filii participat. Deus Verbum etiam per Essentiam Dominus est, & iste eidem conjunctus etiam ejusdem honorem participat. Hinc non dicimus duos Filios, aut duos Dominos propter inseparabilem conjunctionem Verbi cum illo, quem nostræ Salutis causa assumpsit, quæ conjunctio* p. 677.

Sæculum V. A.C. 431.

ctio assumptum modo singulari Filium fa-cit, & longe perfectiori, ac illo, quo no-Filii Dei nominamur. Dicimus igitur unicum esse Filium, & Dominum JEsum Christum, intelligentes principaliter Deum Verbum, & cogitatione jungentes, quod assumpsit, nempe JEsum Christum a Nazareth. Hujus Expositionis hic erat Epilogus: *Hæc est Doctrina Ecclesiæ. Quicunque aliud cogitat, anathema sit! Quicunque pœnitentiam salutarem non recipit, anathema sit! quicunque Pascha juxta præscriptum Ecclesiæ Catholicæ non celebrat, anathema sit!* ultima duo anathemata illorum Hæreticorum causa posita erant, qui adduci ad sinum Ecclesiæ debebant, scilicet Quartodecimani, aut Novatiani.

Nestorii Hæresis.

Viri numero viginti, & unus subscripserant in hunc modum: *Ego Budius filius Vinici ex Philadelphia, Quartodecimanus, postquam veritatem fidei orthodoxæ agnovi, & Episcopum Theophanem rogavi, ut me reciperet, ad S. Ecclesiam Catholicam perveni, & omnes Hæreses, præsertim Quartodecimanorum, in qua fui, anathematizo; in fidei expositionem, supra positam, consentio, omnes illos anathematizans, qui Pascha cum Sancta Ecclesia Catholica, & Apostolica non celebrant. Hoc per Sanctam Trinitatem, per Pietatem, & Victorias Imperatorum Theodosii, & Valentiniani*

niani juro! & si contra fecero, severitati Legum me subjicio. Cum illa expositio mihi fuerit prælecta, manu Senatoris Hesychii subscripsi, quia ipse litteras nescio. Hesychius iste deinde suo nomine etiam in eundem modum subscripsit. Aliqui nomine suo, & totius familiæ suæ subscripsere. Aliqui, inter quos etiam est Presbyter, nomine Patritius, nescire se litteras formare fatentur. *p.* 668.

Hac Lectione audita, prohibuit Concilium, ne quæ alia fidei Professio, quam Nicæna, vel proponatur, vel scribatur, & decrevit, ut si qui aliam a Paganismo, Judaismo, aut quacunque Hæresi converti volentibus proposuerint, si Episcopi sint, aut Clerici deponantur, si Laici anathematizentur. Rursus si quis Episcopus, aut Clericus deprehendatur credere, aut docere illos errores, quos expositio fidei, a Presbytero Charisio de Incarnatione Filii Dei relata, continet, aut perversa Nestorii dogmata, hic adjuncta, talem Concilium damnat, & judicat deponendum, Laicos autem anathemate percutiendos, ut supra dictum est. Relecta deinde extracta ex libris Nestorii, primæ Sessioni inserta, & ita Sessio Concilii sexta finem accepit. Hanc expositionem fidei, quæ damnata, Theodorus Mopsuestenus scripserat, postmodum etiam a Mario Mercatore refutatam. *Sup. §.* 41. *Edit. Garner. p.* 250.

§. LVII.

Sæculum V.
A. C. 431.

§. LVII.

Episcoporum ex Cypro postulatio.

Septima, & ultima Sessio Concilii Ephesini in Ecclesia S. Mariæ ultima die Julii celebrata; ita legi oportet, quamvis in
Conc. Ephes. actis ultima Augusti ponatur, nam, post
p. 787. quam Comes Joannes advenit, Patres ultra congregati non sunt. In hac septima Sessione Reginus, Episcopus Constantiæ in Insula Cypro, suo & aliorum duorum Episcoporum Zenonis, & Evagri nomine, Libellum Concilio obtulit. Querebatur, a Clericis Ecclesiæ Antiochenæ libertatem, quam jure possessionis obtineret, sibi imminui. S. Epiphanio, Constantiæ Episcopo, & Cypri Metropolitæ, Sabinus successerat, & Sabino Troilus; Isto defuncto Joannes Antiochenus, Insulam Cypri Sedi suæ Patriarchali subjectam causatus, a Dionysio, Duce Orientis, duas epistolas obtinuerat, unam ad Theodorum, Cypri Prætorem, alteram ad urbis Constantiæ Clericos directam; utraque prohibebat, ne Constantiæ Episcopus eligeretur, donec hac super re Concilium Ephesinum pronuntiasset. Hac prohibi-
p. 800. tione non obstante, Reginus ordinatus fuerat. Hoc libello, & duabus Dionysii Ducis epistolis prælectis Concilium dixit, ut Episcopi ex Cypro causam suam clarius exponerent.

Episco-

Episcopus Zenon dixit: *has epistolas Clericos, & Episcopum Antiochenum obtinuisse;* Concilium dixit: *quid sibi volebat Episcopus Antiochenus?* Episcopus Evagrius respondit: *vult sibi Insulam nostram subjicere, & jus ordinandi contra Canones, & veterem consuetudinem sibi attribuere.* Concilium dixit: *an nemo est, qui unquam viderit Episcopum Constantiæ ab Episcopo Antiocheno ordinari?* Zenon dixit: *a tempore Apostolorum ostendi non potest, Episcopum Antiochenum, aut quemquam alium adveniisse, ut ordinaret.* Concilium dixit: *memores estote Canonis Nicæni, quo unicuique Ecclesiæ antiquam suam Dignitatem conservari præcipitur, probate igitur, Episcopo Antiocheno jus ordinandi apud vos non esse.* Zenon dixit: *jam semel ediximus, nunquam ad nos venit, nec unquam in Metropoli, aut aliis Civitatibus ordinavit; sed Concilium Provinciale Metropolitam constituebat. Rogamus vos, ut antiquam consuetudinem conservetis.* Concilium dixit: *edicite, ut sciamus; num Episcopus Troilus, qui modo fatis functus est, aut Sabinus antecessor ejus, aut Venerabilis Epiphanius, qui hos præcesserat, a Concilio ordinati fuerunt?* Zenon dixit: *omnes, quos jam nominastis, & omnes Catholici in Cypro, in Concilio ordinati fuere;*

Sæculum V. A. C. 431.

Cyprus.

Sæculum V. A.C. 431.

fuere; nec unquam Episcopo Antioch
no, aut cuiquam alii, jus ordinandi ap
nos fuit.

His exacte explicatis, Concilium se
p. 801. tentiam pronuntiavit in hunc modu
Si Episcopus Antiochenus jure consuetu
nis non fundatur, quo in Insula Cyp
ordinet, sicut Episcopi hujus Insulæ ser
pto, & viva voce declararunt, in libe
possessione conserventur, atque ipsi, excl
sis aliis, juxta Canones, & consuetu
nem Episcopos ordinent. Idem in om
bus aliis Provinciis observetur; null
Episcoporum in aliam Provinciam, s
nunquam subjectam, quidquam attente
& si quis vi adhibita quidquam molit
fuerit, juri læso satisfaciat; ne spe
cie Sacerdotii fastus, & potestas, Sæcula
ris Dominationis æmula, introducantu
nosque sensim Libertatem, quam Dom
nus Noster JEsus Christus sanguine s
nobis acquisivit, amittamus. Singuli Me
tropolitæ horum Actorum exemplum u
jurium suorum defensionem accipiant.
Aliam Sententiam Concilium pronunti
re non potuit, iis auditis, quæ Episco
pi Cypri affirmaverant, cum Joanne
Antiochenus, qui hoc Judicium recusa
verat, absens esset; si vero fuisset pre
sens, ostendisset, justam esse causam
suam, & jus possessionis ad ordinandos
Epis

Episcopos in Cypro solummodo occasione Arianorum fuisse impeditum, quod ex epistola S. Innocentii Papæ, ad Alexandrum Antiochenum ante annos ferme viginti data, apparet. Sæculum V. A. C. 431. *Innoc. ep. 18. n. 2. Sup. XXIII. §. 7.*

§. LVIII.

Aliæ causæ privatæ.

Aliæ etiam causæ privatæ in hac ultima Concilii Sessione compositæ putantur. Eustachius, Episcopus Sidæ, Pamphiliæ Metropoli, canonice ordinatus, cum postea litibus, quas ipsi aliqui adversarii excitarant, fatigaretur, etiamsi defendere causam suam potuisset, Episcopatu cedere maluit; agnoscens, quam parum, quod accepisset a Natura ingenium, litibus forensibus idoneum esset; igitur scripta formula renuntiavit. Concilium Provinciale in ejus locum ordinavit Theodorum, qui diu huic Ecclesiæ præfuit. Eustachius, coram Concilii Ephesini Patribus comparens, petiit, non equidem ut in Sedem suam restitueretur, sed tantum ut Nomen, & Honores Episcopi servare liceret, & sic in Patriam redire, ex qua a multo tempore abesset. Patres lacrymis Boni Senis condoluere, & reddidere Communionem, qua abdicationis suæ causa privatus

Sæculum V. A. C. 431.

vatus fuerat, quippe secundum Canones non licebat Episcopo unquam ab Ecclesia sua discedere. Concilium eidem quoque Nomen, & ut in ordine Episcoporum staret, concessit, addita conditione, ne ordinaret, aut quamcunque functionem sine mandato, aut Licentia Theodori susciperet. Hæc ex epistola, quam Concilium Ephesinum ad Concilium Provinciale Pamphiliæ dedit, discimus; in fine epistolæ additur: *si eum majori etiam Charitate fovere volueritis, id Concilio non displicebit.*

Conc. Ephes. p. 805.

p. 809. Episcopi Valerianus, & Amphilochus ex eadem Pamphiliæ Provincia, de Messalianis Hæreticis, in illa Regione degentibus, ad Concilium retulere. Valerianus Decretum Concilii, ante annos quatuor vel quinque Constantinopoli sub Sisinnio celebrati, Patribus prælegit, quod Concilium Ephesinum approbavit, atque Episcopis Valeriano, Amphilocho; omnibus Pamphiliæ, & Lycaoniæ Episcopis, ut id exequerentur, mandavit: nempe ut omnes Hæresi infecti, aut in quos suspicio caderet, errores anathematizare suo chirographo cogerentur; detrectantes, si Clerici essent, deponerentur, & excommunicarentur, si Laici, anathematizarentur.

Phot. eod. 52. p. 40.

Sup. XXIV §. 43.

De

De Hæresi convictis non liceret habere Monasteria. Liber istorum Hæreticorum, quem Ascēticum appellabant, ab Episcopo Valeriano Patribus præsentatus, omnesque huic similes, anathematizati. Sæculum V. A. C. 431.

Duo Episcopi ex Thracia, Euprepius Byzanus, & Cyrillus Celensis, Concilio Libellum tradiderunt, quo antiquam Provinciarum suarum consuetudinem exponebant, ut quisque Episcoporum duos, tresve Episcopatus haberet; Ita Episcopum Heracleensem regere Ecclesias Heracleensem, & Panionensem, Episcopum Byzanum Ecclesias Byzanam, & Arcadiopolitanam, Episcopum Celensem, Celensem, & Gallipolitanam, Episcopum Sabsadiensem, Sabsadiensem, & Aphrodisiadenam. Nunquam in istis Civitatibus proprii fuerant Episcopi, id est, hi Episcopatus alteri fuerant perpetuo uniti. *Nunc vero*, ajebant: *Fritilas, Episcopus Heracleensis, a Concilio defecit, & se junxit Nestorio, inde nobis timendi causa, ne vindictæ desiderio actus, in his Civitatibus Episcopos ordinare velit. Ut hanc Novationem antevertamus, rogamus vos, præcipite! ne nostris Ecclesiis, in quibus multum laboravimus, privemur; aut de antiqua Consuetudine quidquam* Episcopi ex Thracia.

Sæculum V. A.C. 431.

immutetur. Concilium decrevit, ne quidquam circa has Europæ Civitates contra Canones, Leges Civiles, & Consuetudinem, quæ habet vim legis, innovaretur.

Leo ep. 92. al. 62. ad Max. c. 4.

In eodem Concilio Ephesino Juvenalis Jerosolymitanus Primatum Palæstinæ sibi asserere adnitebatur, & jus suum productis litteris adulterinis probare. Hujus viri ambitioni se oppositit S. Cyrillus, & datis ad Papam epistolis, instanter rogavit, ne in hanc mutationem consentiret. Hoc ex Epistola S. Leonis, exinde post annos viginti duos scripta, cognoscimus. In actis vero Concilii nulla de Juvenalis Postulatione mentio fit, ex quo monstratur, ut diximus, ea nobis non integra supereſſe. Imo pleraque in ultima Sessione acta non nisi sermone latino habemus.

Sup. §. 45.

§. LIX.

Canones Concilii Ephesini.

Conc. Eph. p. 802.

In hoc Concilio aliqui Canones conditi. In fronte posita est Epistola Synodalis ad omnes Ecclesias, qua nomina Schismaticorum, Joanni Antiocheno adhærentium, numero triginta quinque notantur. Subjungitur deinde: Hos Sacrum Concilium communi consensu a Commu-

Sæculum V. A.C. 431.

Comunione Ecclesiastica rescidit, iisque omnem functionem Sacerdotalem interdixit. Postea ponuntur Canones, ut illis, qui Concilio interesse non potuerant, circa Schismaticos Decreta innotescerent. Primo Canone præcipitur, c. 1. ut Metropolita, qui relicto Concilio Oecumenico ad Conciliabulum Schismaticum defecerit, aut Celestii erroribus infectus fuerit, nihil, quod alicujus roboris sit, contra Episcopos suæ Provinciæ facere valeat, cum Excommunicationi, & Interdicto subsit, econtra iisdem Episcopis, & Metropolitis vicinis subjiciatur. Episcopi, qui vel statim, vel postquam depositioni Nestorii c. 3. subscripserunt, ad Schismaticos defecerunt, Sacerdotio privati sint, & depositi. Clerici, quos Nestorius, vel alii hujus factionis, interdixerint, eoquod c. 4. sententiam Catholicam tenerent, restituantur. Et generatim omnes Clerici, qui Concilio Oecumenico adhærent, Episcopis Schismaticis nullatenus subjiciantur; at Clerici qui Schismati adhærebunt, qui erroribus Nestorii, aut Celestii anathema non dicent, depositi sint. Qui propter sua delicta a Concilio, vel a suis Episcopis damnati fuerint, c. 6. & a Nestorio, vel ejus Assecliis restituti, hoc non obstante, pro depositis haben-

Sæculum V. A. C. 431.

di. Si quis ea, quæ in Sancto Concilio Epheſino conſtituta ſunt, quocunque demum modo labefactare audeat, ſi Epiſcopus eſt, aut Clericus, deponatur! ſi Laicus, excommunicetur! Ad iſtos ſex Canones in quibusdam Editionibus alii duo adduntur; nimirum de Definitione Concilii, ne quis Concilio Nicæno quidquam adjiciat, cui conſtitutioni condendæ falſum Symbolum Theodori anſam dedit, & de conſervatione jurium cujuslibet Provinciæ, occaſione querelæ ab Episcopis ex Cypro delatæ. Hæc omnia ſunt, quæ de Actis Concilii Univerſalis Epheſini Majores ad nos transmiſerunt.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXVI.

S. COELESTINUS, PAPA.

THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III. IMPERATORES.

§. I.

Comitis Joannis adventus in urbem Ephesinam.

Inter hæc Comes Joannes, strenue confecto itinere, Ephesum pervenit. Omni mora damnata, utriusque Partis Episcopos separatim invisit, simul enim omnibus loqui fervens contentio prohibebat. S. Cyrillus, & Memnon ab his colloquiis abfuere. Comes Joannes absentibus indicari jussit, quod ipse præsen- Sæculum V. A. C. 431. *Conc. Ephes. p. 723. Synod. Baluz. c. 16.*

Sæculum V. A.C. 431.

tibus edixit, ut sequenti die omnes in ejus ædes se conferrent. Interim, cum animos maxime exacerbatos videret, ut rixarum periculum amoveret, & occasionem, inter dissidentium Regiones militum cohortes stationes habere jussit. Altera die, quamprimum illuxit, Nestorius advenit, paulo post Joannes Antiochenus cum suæ Sectæ Episcopis adfuit. Secutus est S. Cyrillus cum omnibus aliis, solo Memnone excepto, Episcopis. Oritur maximus tumultus; quippe illi, qui cum S. Cyrillo venerant, nempe Catholici, Nestorii præsentiam ferre non poterant. Comes Joannes epistolam Imperatoris, quam attulerat, prælegi jubebat; at vero Catholici, non commissuros se, affirmabant, ut Nestorium, aut Orientales Schismaticos præsentes esse paterentur, aut S. Cyrillum cogi, ut discederet, quod Orientales petebant. Hinc ad ferventem disceptationem ventum, qua diei pars bona consumpta. Comitis Joannis opinio fuit, ut ambo, Cyrillus, & Nestorius discedere juberentur, eo magis, quod in Epistola Imperatoris non nominarentur. Resistebant Catholici, petentes, ut ne quidem Schismatici remanere sinerentur. Tandem, Joannis Comitis sententia obtinente, S. Cyrillus, & Nestorius ex Cœtu abiere.

Ergo

Sæculum V. A. C. 431.

Ergo Vespere, omnibus aliis Episcopis præsentibus, Imperatoris epistola prælecta. Ad Papam Cœlestinum directa erat, & Rufum Thessalonicensem, ac si præsentes essent, atque ad alios Episcopos; quinquaginta & unus, Summo Pontifice, & Rufo inclusis, nominatim memorantur, Catholici, Schismaticive promiscue ponuntur, sed Nestorii, Cyrilli & Memnonis nomina pertinaci silentio premuntur, quod æque omnes pro depositis haberentur; id enim epistola claris verbis indicat: *Depositionem Nestorii, Cyrilli, & Memnonis, quam Vestra Pietas nobis significavit, approbavimus.* Nec aliud alicujus momenti tota epistola ferebat. Mentionem faciebat cujusdam epistolæ, scriptæ ab Acacio Bereensi, qui, cum per ætatem decrepitam ad Concilium venire non potuisset, omnes Episcopos ad conservandam pacem hortabatur; has Acacii litteras Imperator ad Concilii Patres mittebat, & Comiti Joanni potestatem dabat faciendi, quod melius futurum existimaret.

Conc. Ephes. *p.* 721.

Lectionem epistolæ Cæsareæ Schismatici placide, & cum plausu excepere; at Catholicis displicuit, quod illegitimam depositionem Cyrilli, & Memnonis ratam haberet. Ut majores turbas caveret, Joannes Comes omnes tres Episcopos depositos custodiæ dari jussit.

p. 724.

Comes

Sæculum V. A. C. 431.

Comes Candidianus, qui omnibus deliberationibus, actisque Comitis Joannis adfuerat, Neſtorium in cuſtodiam recepit, &, ut pronum eſt credere, haud duriter habuit. S. Cyrillus Comiti Jacobo, quartæ cohortis Centurioni, traditus; quia Memnon abſens erat, Comes Joannes Oeconomo, Defenſori, & Archidiacono Eccleſiæ Epheſinæ accitis, damnationem Memnonis ſignificavit, juſſitque pecuniarum hujus Eccleſiæ maximam curam habere, quippe harum rationem ab ipſis exigendam. Nempe depoſitione Memnonis Sedem vacantem exiſtimabat.

Epiſtola Cæſarea.

His peractis Comes Joannes in magnam Eccleſiam oraturus deſcendit; cum comperiſſet Memnonem in Domo Epiſcopali eſſe, miſit ex familiaribus ſuis quemquam, qui quæreret, num ſibi loqui vellet, & ad ſe venire, an detrectaret? illico Memnon advenit: Joanni Comiti, cauſam poſtulanti, cur ante meridiem non adfuiſſet, reſpondit, ſe per ægritudinem non potuiſſe, utque oſtenderet, excuſationem non quæri, ultro ad Comitis Joannis ædes ſe contulit, mandatis Imperatoris obediens. Etiam ipſe in Comitis Jacobi manus datus eſt, & cum S. Cyrillo a militibus ejus, qui Scutarii, & Palatini dicebantur, cuſtoditus. Nulla mora interpoſita Joannes Comes ad Impera-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peratorem perſcripſit, quid prima die egiſſet, dicens, ſe, quantum poſſet, Episcopos ad concordiam hortari, & nullam viam intentatam relicturum, quamvis vix modica ſpes affulgeret reducendæ pacis, quod videret animos utrinque acerrime commotos. Sæculum V. A.C. 431.

§. II.

Catholicorum querelæ.

Epiſcopi Catholici, id eſt, pars Concilii magna, & ſana, Comitis Joannis facto offenſa, querelas ad Imperatorem detulerunt, data epiſtola, qua Schismaticorum contra Epiſcopos, Concilii Principes, molitiones aperiunt, & ſubjungunt, *Hanc depoſitionem Tibi notam fecerunt, ac ſi totius Concilii conſenſu fuiſſet probata; quo comperto, Majeſtas tua imperavit, ut rata haberetur, nam totius Concilii opus eſſe credebas, quod Neſtorii Sectatores, cupiditate vindictæ acti, quia ipſe depoſitus a nobis eſſet, fecerunt.* (*) *Hinc omnes ad tuam Pietatem confugimus, & rogamus, ut quæ contra Neſtorium, & Sectatores ejus, acta ſunt, firma, & rata conſiſtant, id vero, quod ipſi adverſus Concilii noſtri Capita auſi ſunt, nullum declaretur. Si enim Sententia Concilii in Neſtorium* Conc. Eph. p. 766.

(*) Alles, was nachfolget, bis auf §. 13. hat der Deutſche Ueberſetzer ausgelaſſen.

Sæculum V. A. C. 431.

storium jure lata est, & Majestati tuæ probatur, pro tua prudentia intelliges, ea, quæ Nestorii Clientes, vindictæ desiderio impulsi, egere, alicujus roboris esse non posse. Te igitur obtestamur, ut tandem tantis ærumnis nos liberes, & Synodi Capita, Sanctos Episcopos, Cyrillum, & Memnonem nobis reddi jubeas, æquum enim est, ut illis, qui nobiscum pro Religione decertarunt, honor habeatur, nullatenus vero cum illis damnentur, qui JEsum Christum blasphemasse convincuntur. Huic Epistolæ Juvenalis Jerosolymitanus, & omnes cœteri signum apposuere.

Epist. Cyr. ad C. P. Conc. Eph. p. 760.

Longe majoris mali metus Synodum perturbavit, cum comperissent Patres, Comiti Joanni, ad Imperatorem, quæ gesta essent, perscribenti, fidelitatem defuisse, jamque in Regia deliberari, an non expediret, S. Cyrillum, & Memnonem, quod eorum depositio a Concilio fuisset ratihabita, in exilium mittere. Ergo perterriti Catholici secundo, & multo instantius ad Imperatorem scripserunt: in hæc verba: *Epistola, quam modo nobis Comes Joannes prælegit, omnium animos mœrore implevit, dum videmus, quam falsa ad aures tuas delata sint. Quippe ita Majestas tua nobis respondet, ac si a nobis libellum de actis Depositionis Sanctorum Episcoporum Cyrilli, & Memnonis accepisses; hinc Majestati tuæ repræsentare*

Conc. Eph. p. 768.

tare audemus, quod Concilium Oecumenicum, cui universus Occidens cum Apostolica Sede Romana, tota Africa, totumque Illyricum consentit, hos Sanctos Episcopos non deposuerit, sed e contrario magnum eorum pro fide zelum plurimi faciat, dignosque censeat, qui ab hominibus maximas laudes, & a JEsu Christo Coronam gloriæ recipiant. Nos vero neminem, nisi Nestorium Hæreticum, quod & ad tuam Majestatem perscripsimus, deposuimus. Non parum quoque nos afflixit, cum cerneremus, nominibus nostris obreptitie fuisse immixta nomina Sectatorum Joannis Antiocheni, qui a Concilio discesserunt, itemque Sectatorum Celestii, depositorum, qui cum ipso sunt, quodque unam epistolam ad nos, ipsosque direxeris; cum tamen jam diu sit, ex quo per litteras Tibi significavimus, quod a Concilio seipsos separaverint, quam atrocem injuriam primis Synodi nostræ Episcopis intulerint, & latam a Concilio in eos excommunicationis sententiam. Edicimus igitur, hos viros in nostram Communionem recipi non posse, partim quod, auctoritate ad id destituti, Episcopos meliores se deponere attentaverint, partim quod hodieque Nestorium Hæreticum defendant, cum Depositioni subscribere tenerentur, & denique, quod Majestati Tuæ imponere impudenter ausi sint. Obsecramus Te! ut nobis Sanctos

Episco-

Sæculum V. A. C. 431.

Episcopos Cyrillum, & Memnonem reddas, & fidem salvam præstes, quæ in nostris contra Nestorium actis pura, & integra elucet. Si de iis, quæ inter nos, & Schismaticos gesta sunt, plenius edoceri te jubeas, rogamus, ut eos, quoscunque selegeris Ministros, ad Concilium mittas, qui rei veritatem viva voce referant.

§. III.

Aliæ Catholicorum epistolæ.

Conc. Eph. p. 767. Concilium ad Episcopos etiam, qui tunc Constantinopoli erant, ad Presbyteros, Diaconosque ejusdem Civitatis epistolas dedit in hunc modum: *Scitote, nos Ephesi tanquam in carcere inclusos tribus jam mensibus existere, nec terra, nec mari quemquam ad Regiam mittere secure possumus, aut quocunque alio. Quotiescunque enim misimus, qui certa de nobis referrent, non nisi per mille pericula, diversas vias ingressi, & sub alienis, ne proderentur, vestibus, inimicorum insidias evaserunt. In promptu causa est, cur tam arcte custodiamur, nempe falsa omnia de nobis ad Imperatorem detulerunt; sunt, qui dixerunt, nos seditiones commovere, alii, Cyrillum, & Memnonem a Concilio Oecumenico fuisse depositos, alii nos cum Schismaticis, quorum Caput est Joannes Antiochenus, amice transegisse. Ne autem Veritas in lucem emergat, includimur;*

mur, & peſſime affligimur. Extrema omnia patientes, ad vos convertimur, ad vos nempe fideles Concilii Oecumenici filios, & hortamur, ne fidem veram deſtituatis; ad pedes Imperatoris cum fletu vos proſternite, & omnia, ut ſunt, edocete! nunquam Cyrillum, nunquam Memnonem damnavimus, ab eorum Communione avelli non poſſumus, felices! ſi cum ipſis exilium ſubire liceat! id quoque apud nos ſtatutum, ne unquam Schismaticos ad noſtram Communionem admittamus, niſi errorem emendaverint. Stat ante, Eccleſias noſtras, quod Bonus Deus nolit, relinquere. Petite! ut Miſericordia moveri ſe Cæſar in nos miſeros patiatur, & ab iſto honeſto Exilio liberet! ſi Principis conſpectu digni ſumus, admittamur, ſi indigni judicamur, liceat ſaltem ad Eccleſias noſtras redire, ne hic ſimul omnes morbis, & ægritudine animi pereamus. Huic epiſtolæ junctus erat libellus in hæc verba: *Immodico calore, & inſalubri aere conficimur; vix ulla dies ſine funere! ægrotantes famuli domum revehuntur. Hoc vero vos non lateat; etiamſi hic mori omnes cogamur, nihil aliud nos facturos, quam quod Dominus noſter JEſus Chriſtus, noſtro Miniſterio uſus, decrevit.* Hic Libellus ſingillatim ad S. Dalmatium directus fuiſſe creditur.

Sæculum V. A. C. 431.

p. 770.

Sæculum V. A.C. 431.

S. Cyrillus ad Clericos, populumque Constantinopolitanum scripsit, has duas epistolas, ad Imperatorem a Concilio datas, memorans; tum subjungit: *Comes Joannes nihil omisit, quo Concilium cum Schismaticis communicare cogeret, sed hactenus surdas aures pulsavit, omnes animo constant, dicentes, rem impossibilem peti, nisi prius, quod contra Canones egerunt, damnent, veniam facinoris a Patribus rogent, atque datis litteris Nestorium, Doctrinamque ejus anathematizent. Cum istud Consilium Joanni Comiti non succesisset, ad aliud conversus est; petiit a Concilio scriptam fidei expositionem, quam nostris Adversariis, ut subscriberent, proponeret, & deinde diceret: ambas partes conciliavi; non fidei causa, sed pravis affectibus moti dividebantur. Hoc advertens Concilium virili fortitudine se opposuit; nullam ipsis injuriam facimus, diximus: non huc vocati sumus tanquam haeretici, sed ut fidem defendamus, quod & fecimus, nec opus est, ut Imperator fidem doceatur, quam tenet, & in qua baptizatus est. Ergo etiam hac ex parte Orientales spes sua fefellit. Tum ipsis consilium fuit, fidei expositionem conscribere; at super formula ita animis divisi sunt, ut ne hodie quidem litigandi finis sit. Quidam consentiunt, ut Sancta Virgo vocetur* THEOTOCOS, & ANTHROPOTOCOS, *contra*

Conc. Eph. p. 759.

alii

S. Cyrilli Epistolæ.

alii exclamant, malle, sibi digitos præscindi quam tali formulæ manu sua nomen apponere. Ita se omnium risui exponunt, & Hæreticos exhibent. Hæc omnibus nota facite, præprimis Abbatibus, prævidemus enim, Comitem Joannem, ubi reversus fuerit, gesta, aliter ac sunt, relaturum. Ne vos tædium pro nobis laborandi subeat; mementote, vos Deo, & hominibus gratum facturos. In hoc loco Episcopi, qui ante nunquam viderant vultus nostros, sanguinem pro nobis dare parati sunt; veniunt ad nos, & inter lacrymas affirmant, nihil magis sibi in votis esse, quam nobiscum aut in exilium, aut in mortem ire. Magna est vexatio, qua omnes premimur; milites nos, & me præ cæteris omnibus, arcte custodiunt, & ante cubiculi fores excubant. Reliqui de Concilio tristissima patiuntur, aliqui, fatis functi, miseriis exierunt, alii, ut creditoribus satisfacere valeant, quæ habent, vendere coguntur.

S. Cyrillus eodem tempore Theopempto, Danieli, & Potamoni, tribus Episcopis Ægyptiis, tunc Constantinopoli degentibus scripsit, Potamon ibi jam ab anno superiore morabatur; Theopemptus vero, & Daniel Ephesi præsentes, cum Nestorius deponeretur, fuerant; hinc conjectura est, ipsos, primas Concilii epistolas ferentes, Constantinopolim

Sup. XXV. §. 40.

Sæculum V. A.C. 431.

rediisse. S. Cyrillus ad eos scribit in hunc modum: *multæ contra me calumniæ hic in vulgus sparsæ; Balneatores me ab Alexandria huc usque secutos, Moniales claustris erupisse, meis conatibus, repugnante Concilio, Nestorium fuisse depositum; sed maximæ Salvatori sint Gratiæ convicti mendacii calumniatores fuere, & a Comite Joanne, ubi Ephesum advenit, damnati, cum omnia maligne conficta invenisset. Id quoque cognovit, totum Concilium, proprio zelo motum, quod Blasphemias Nestorii ferre non posset, eundem damnasse. Ex quo Imperatoris epistola lecta, qua omnium trium Depositio approbatur, custodimur, & quid nobis futurum sit, nescimus. Verumtamen Gratias Deo agimus, quod digni habeamur, pro ejus Nomine pati, nec etiam patientiæ merces deerit. Concilium adduci non potuit, ut cum Joanne Antiocheno communicaret, sed invicta constantia dixit: Ecce nos, Ecclesiæ nostræ, & Civitates nostræ in potestate vestra sunt; at cum Orientalibus communicare non possumus, nisi calumnias, in fratres nostros sparsas, retractent, & Fidem Catholicam confiteantur, quippe cum Nestorio sentiunt, nec id etiam negant.* Has Concilii, & S. Cyrilli epistolas quidam mendicus, in concava arundine, quam manu tenebat, inclusas, in viis stipem rogans, Constan-

Conc. Ephes. p. 772.

tinopo-

tinopolim detulit. Necessaria erat hæc industria, quod Nestoriani Constantinopoli portus, & vias custodirent, ne quisquam a Concilio missus intrare, aut illud aditurus egredi posset. Sæculum V. A. C. 431.

§. IV.

Epistolæ Schismaticorum.

Schismatici sua ex parte ad Imperatorem scripserunt, opera Joannis Comitis usi, sive is Constantinopolim rediit, sive litteras misit, fidei Nicænæ esse inhærendum, sicut Cæsaris Epistola præscripserat. Captata occasione, dicunt duodecim S. Cyrilli articulos sibi non probari, & imaginarios errores indicant. Epistolam Acacii Bereensis, ab Imperatore missam, citant, & addunt: *Hæc ipse optime novit, annum vitæ centesimum decimum agens, quam pro Evangelio pugnans exegit, qui pluribus Conciliis interfuit, semperque Apollinaristas sibi vicinos habuit.* Et quidem Berea in Syria sita erat æque ac Laodicea Apollinaris patria. Tum Orientales memorant, Comitem Joannem nomine Imperatoris sibi præcepisse, ut edicerent, quid de Voce: *Mater Dei* sentirent; suam igitur sententiam dicunt, & Fidei confessionem ponunt, quæ Catholica est, & ea ipsa, quam post hæc S. Cyrillus recepit. Simul ad Ecclesiam Antiochenam, id est, ad

Synod. Baluz. c. 17.

c. 18.

Sæculum V. A.C. 431.

Clericos, Monachos, & populum ſcripſerunt, ut, quid Comes Joannes Epheſi egiſſet, edocerent, videlicet Cyrilli, & Memnonis damnationem Imperatori probatam, eosque arcte cuſtodiri; eandem vero & Neſtorii ſortem eſſe, reticent. Hortantur Concionatores, ut contra creditum Cyrilli errorem perorent, & cæteros omnes, ut ab illis caveant, qui hæreſin iſtam Antiochiæ diſſeminare cuperent, ſed tanquam ſeditioſos homines in Judicum manus tradant. Hæc Epiſtola a Joanne Antiocheno, & duodecim aliis Epiſcopis ſignata. Ad Acacium Bereenſem quoque ſcripſerunt, & ſimiliter condemnationem, & detentionem Cyrilli, & Memnonis memorant, de Neſtorio ſilent. Queruntur, adverſarios ſuos undique Epiſtolas ſpargere, ut in Civitatibus, & Provinciis Seditiones commoveant.

c. 19.

§. V.

Litteræ S. Iſidori Peluſiotæ.

Evagr. l. 1. c. 15. Ephr. ap. Phot. c. 228. p. 777. Suid. Iſidor. Iſid. l. II. ep. 137. 228. *Lib. I. epiſt.* 310.

Epiſtolæ, quæ Epheſi contra S. Cyrillum ſcriptæ, afferebantur etiam S. Iſidoro Peluſiotæ, illuſtriſſimo illius ætatis Anachoretæ, fidem fecerunt. Is, quamvis natus eſſet Alexandriæ, reliquam vitam Peluſii egit. Sacerdos erat, & profundo Theologiæ ſtudio vitæ Monaſticæ rigorem jungebat. Plura opera, & inter hæc

hæc tractatum contra Gentiles edidit; at solæ nobis supersunt ejus Epistolæ, numero duo millia, & duodecim, stylo laconico, & eleganti scriptæ. Ea, quam memorata occasione ad S. Cyrillum dedit, sequentis est tenoris: *Eorum oculi, quorum mens præjudiciis occupatur, caligant, qui vero odio reguntur, cæci sunt. Si igitur utriusque vitii notam effugere vis; nullius condemnationem temere urgeas, sed causæ momenta longo examine pensa. Multi ex iis, qui Ephesi congregati sunt, accusant, potiorem tibi privatæ inimicitiæ rationem esse, quam sincere, quæ JEsu Christi sunt, quærere. Est, inquiunt: Theophili nepos, ejusdem mores imitatur. Et timeri vult, sicut avunculus ejus, qui Beatæ memoriæ Joannem furiose persecutus est, quamvis maximum inter accusatos discrimen intercedat.* epist. 311.

Sæculum V. A. C. 431.

S. Isidorus etiam ad Theodosium Imperatorem Epistolam dedit, in hæc verba: *Si tempus tibi sumeres, Cæsar! teque ipsum Ephesum conferas, quæcunque in Concilio agentur, fide integra fient; si vero suffragia humanis affectibus relinquas, nemo Synodum ab illusorum improbitate defendet. Remedium malo afferes, si, quos mittis Ministros, coerceas, ne docendi munus sibi arrogent; quippe tales non sunt, qui simul Principi serviant, &*

Sæculum V. A. C. 431.

Deo. Time! ne Imperium in ruinam impellant, dum illud Ecclesiæ, quæ est petra solida, & juxta Dei promissum inconcussa, allidunt. In alia ad S. Cyrillum Epistola S. Isidorus suam de Mysterio Incarnationis fidem, integre Catholicam, exponit.

1. ep. 323.

§. VI.

Libellus Catholicorum Civitatis Constantinopolitanæ.

Cont. Ephes. p. 778.

Mendicus, feliciter Constantinopolim delatus, Epistolas Concilii, quas ferebat, Clericis, Episcopis, Abbatibus & singulatim S. Dalmatio reddidit. His acceptis, Clerici Constantinopolitani Libellum supplicem obtulerunt, in quo Reverentia in Cæsarem, & pro Religione constantia jungebantur. Inquiunt: *Si Majestati Tuæ depositio Cyrilli, & Memnonis, a Schismaticis attentata, probatur, omnes, quotquot sumus, illa animi fortitudine, quæ Christianos decet, eadem cum sanctis his Viris pericula subibimus, nullo meliori modo congruas ipsis gratias, quod tanta pro fide tulerint, referemus. Igitur suppliciter tibi accidimus, ut illorum judicio accedas, qui numero superiores sunt, qui majorum Cathedrarum Auctoritate fulciuntur, & quibus, postquam sollicite fidem orthodoxam ad exa-*

men

men revocarunt, eadem, ac Viro ſancto ſententia ſtetit. (de Sancto Cyrillo loquitur.) *Ne totum terrarum orbem perturbes, falſa inducendæ pacis ſpecie, utque faveas parvo Orientalium Epiſcoporum numero, qui, ſi Canonibus obedire vellent, neutiquam ſe a toto corpore ſeparavent. Injuria, Concilii Oecumenici Capiti illata, omnes tangit, qui cum ipſo ſentiunt, jamque omnes totius orbis Epiſcopi unacum ſanctis his Viris deponendi erunt, orthodoxi nomen ſolis Ario, & Eunomio conveniet.* (*) *Ne igitur patiaris Eccleſiam, quæ te enutrivit, fœde dilacerari, vel feras, tua ætate Chriſti Martyres effici. Sed Majorum tuorum pietatem imitaberis, ſi Concilio obedias, & Decretorum ejus Auctoritatem tuis mandatis ſuffulcias.* (**)

Sæculum V. A. C. 431.

S. Dalmatius, cum pro felici Concilii œcumenici exitu ad orationem confugiſſet, allapſa de Cœlo voce, juſſus eſt e ſuo Monaſterio exire, quippe per annos quadraginta octo nunquam Monaſterii limi-

Conc. Epheſ. p. 751.

(*) Eben dieſes kann man einer jeden Kirche, die nicht Römiſch Katholiſch iſt, vorwerfen.

(**) Hier haben wir ein klares Zeugniß, und zwar von Conſtantinopel, wider die Herrn Proteſtanten, daß Könige, oder Kayſer in der Kirchen-Verſammlung, nämlich in der Kirche ſelbſt, nicht befehlen, ſondern gehorſamen ſollen.

Sæculum V. A.C. 431.

limine egredi voluerat, quamvis sæpe ab Imperatore rogaretur intereſſe precibus publicis, quas populus, terræ motibus perterritus, peragebat. Tunc vero cum omnibus Monachis omnium Monaſteriorum, Abbatibus præcedentibus, egreſſus eſt. Viam ad Regiam exorſi, alternis Choris, cantabant, magna inſequente populi Catholici multitudine. Cum illuc perveniſſent, Abbates, ab Imperatore vocati, Palatium intrarunt, Monachis cum populo inter Pſalmorum cantus foris ſtantibus. Dum Abbates, Reſponſo bono accepto, regrediuntur, exclamare populus: *Mandata Imperatoris:* Reſponderunt Abbates: *proceda-mus ad Eccleſiam S. Mocii, ibi vobis prælegetur Epiſtola, & etiam Imperatoris reſponſum audietis.* Omnes igitur Monachi, populusque, illuc greſſus movent; via ad S. Mocii Eccleſiam per ampliſſimam plateam ducebat, in extrema Civitatis parte prope portam auream ſitam. Ingrediebantur Monachi continuo cantantes, & portantes cereos, cumque ultimum Pſalmum abſolverent ad deſtinatum locum pervenerunt. Non nulli ex populo, ipſis prætereuntibus, Neſtorio maledicebant.

Abbates & Monachi.

Cang. C. P. lib. IV. n. 65.

Conc. Epheſ. p. 754.

Omnibus Eccleſiam S. Mocii ingreſſis, lecta eſt Concilii Epiſtola, populo una voce clamante: *Anathema Neſtorio!*

S. Dal-

S. Dalmatius ſuggeſtum conſcendit, & dixit: *Si nos audire vultis, vocem tenete, ne nos turbetis, & patientiam habete! Epiſtolam, quæ jam vobis recitata eſt, Imperator legit, perſuaſumque ei eſt, vera continere. Dixeram ei, quando ad me venit, ea ad S. Concilium eſſe perſcribenda, quæ ad ipſum delata fuerant, ſed nemo ſcripſit. Ne moleſtus fierem, reliqua omiſi, quæ etiam illi, qui retulerunt, ſilentio preſſerunt. Nunc autem dixi, quæ oportebat, & vobis jam referre non poſſum; tantum ne credatis, me quidquam per oſtentationem loqui. Quoniam Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent. Imperator, exacte omnia, quæ geſta ſunt, audivit, egit Deo gratias, & acta Concilii probavit, ut Imperatore dignum erat. Id ut faceret, non mea verba perſuaſerunt, ſed ſponte Patrum ſuorum fidem ſecutus eſt. Denique Epiſtolam clementiſſime accepit, legit, & fidem adhibuit, dicens: Si ita eſt, veniant Epiſcopi! reſpondi: Non ſinuntur venire. Nemo eſt, dixit: qui ipſos prohibeat. Dixi: a militibus cuſtodiuntur; qui adverſæ parti ſtudent, huc illucque libere commeare permittuntur, at, quid ſanctum Concilium agat, nemini ad te referre licet. Dixi etiam præſentibus omnibus, ut Cyrilli cauſam defenderem; an ſex millium Epiſcoporum vocem, vel unius impii, audire*

Sæculum V. A. C. 431.

Pſal. 52. 6.

tibi

Sæculum V. A. C. 431.

tibi expediat, dubitabis? ſex millia dixi, illis quoque comprehenſis, qui Metropolitis ſubordinantur. Hoc collimabat ad impetrandum mandatum, quo Epiſcopi venire juberentur; & venient aliqui, a Concilio miſſi, qui geſta narrabunt. Reſpondit Imperator: Bene dixiſti. Ora pro me! Scio, Imperatorem Deum timere, & ſacro Concilio favere; perverſis hominibus aures ultra non dabit. Ergo pro Imperatore, & pro nobis orate! Populus Conſtantinopolitanus exclamavit: *Anathema Neſtorio!*

§. VII.

Reſponſum Catholicorum Conſtantinopolitanorum ad Concilium datum.

Conc. Epheſ. p. 782. Imperator igitur utriusque partis Episcopis, nempe S. Cyrilli, & Joannis Antiocheni, mandavit, ab urbe Epheſo, quos vellent, delegarent, qui ſe Conſtantinopoli, quis rerum ſtatus eſſet, edocerent. Mandatum iſtud ad Comitem Joannem directum, & interim S. Cyrillo, & Memnoni in carcere manendum erat. Simul Epiſcopi, qui Conſtantinopoli erant, numero ſeptem, Concilii Patribus reſponderunt, *p. 772.* data Epiſtola 20. Mezori, Indictione 15. id eſt, 13tia Aug. anno 431. Gratulantur, quod ipſis datum ſit,

pro

pro bona causa pati. Paratos se dicunt, vel Constantinopoli remanere, vel Ephesum proficisci, si Concilium jubeat. Aliam Epistolam ad Concilium dedere Clerici Constantinopolitani; initio hujus Epistolæ visuntur nomina: *Dalmatius, Tigrius, Samson, & Maximianus,* qui erant inter Presbyteros præcipui. *Epistolam vestram, ad Imperatorem directam,* inquiunt: *& quæ de Nestorii Depositione agit, coram omnibus recitari jussimus. Totus nobiscum populus probavit, acclamavit. Laudibus vestris omnia insonuere. Jam rogamus, ut ad separandam Ecclesiam Constantinopolitanam animos intendatis, hoc enim unicum vobis faciendum restat, scilicet, ut Episcopum Civitati nostræ ordinetis.* Dalmatius, Presbyter Archimandrita, & Monasteriorum Pater, primus subscripserat, nihilominus suo etiam nomine ad Concilium scripsit, & gratulatur reportatam de Hæresi victoriam. Alypius quoque, Presbyter Apostolorum, hac super re ad S. Cyrillum dedit Epistolam, eumque ut Confessorem, & Martyrem honorat. In fine subjungit: *Candidianus Diaconus, qui has tibi reddet, omnia, quæ hic contigerunt, narrabit; dicet, quæ gessimus, quam libere, & pia audacia pro veritate locuti fuerimus.*

Sæculum V. A.C. 431.

p. 755.

Coll. Baluz. p. 653. *Conc. Ephes. p.* 785.

§. VIII.

Sæculum V.
A.C. 431.

§. VIII.

Concilium Legatos mittit ad Regiam.

Postquam Comes Joannes Ephesi mandata Imperatoris publica fecit, Concilium selegit octo Legatos, nempe Presbyterum Philippum, Papæ Legatum, & Episcopos septem, Arcadium ex Legatis Occidentis alterum, Juvenalem Jerosolymitanum, Flavianum ex Macedonia, Firmum ex Cappadocia, Theodotum Ancyranum, Acacium Melitinensem, & Evoptium Ptolemaidenum. His mandata tradita, primo ne ullatenus cum Joanne Antiocheno, & Schismatico ejus Conciliabulo communicent; *Si vero Imperator*, addunt Patres: *cum iis communicare vos jubeat, non obedietis, nisi positis conditionibus, si Depositioni Nestorii subscripserint, si a Concilio exaratis sua manu litteris veniam petierint, quod Synodi nostræ Præfectos atroci injuria afecerint, si Doctrinam Nestorii anathematizaverint, si nobiscum operam junxerint, ut Sanctissimorum Archiepiscoporum Cyrilli, & Memnonis libertatem impetremus; tunc vobis licentiam facimus, ut iis vestram Communionem promittatis; sed ad nos prius scribite, sic enim communicatis consiliis pacem solidam cum iis inire poterimus. Præprimis vestram Communionem nolite promittere, nisi prius*

Cons. Ephes. p. 130.

Con-

Concilio sui Præsides sint restituti. Cæterum scitote, si mandatorum istorum aliquod neglexeritis, sacrum Concilium ea, quæ gesseritis, non habiturum rata, nec vos ad Communionem admissurum. Berinianus Episcopus Pergensis primus signum apposuit, deinde cœteri Episcopi omnes. Concilium iisdem Legatis commentarios tradidit, *p.* 784. ut Orientalium postulatis resisterent. Item ad Imperatorem Epistolam, qua præprimis Cyrilli, & Memnonis liberationem petunt, & ad suas Ecclesias redeundi facultatem. Credibile est, iisdem Legatis responsa deferenda tradidisse ad septem Episcopos, & ad S. Dalmatium, qui ad illos Constantinopoli scripserant; Concilium pro bono in se *Conc. Ephes.* affectu Gratias agit, hortaturque, ut *p.* 773. Constantinopoli remaneant, & Orientalium fraudes Imperatori notas faciant. Tum dicunt: *Cum credamus, ea, quæ pridem ad vos perscripsimus, vobis nunquam reddita, illorum exempla jam mittimus, rogamus quoque, ut nos certiores faciatis, num libelli nostri Imperatori fuerint traditi, ut si non acceperit, saltem malas adversariorum nostrorum artes non nesciat.* In Epistola ad S. Dal- *Coll. Baluz.* matium, fatetur Concilium, ipsi soli de- *p.* 653. beri, quod veritas usque ad aures Imperatoris pervenisset, & addunt: *Scimus,*

jam

Sæculum V. A. C. 431.

jam antequam Nestorius Constantinopolim advenisset, Deum tibi revelasse, quid in corde gereret, teque dixisse ad omnes, qui tuam cellam adibant: Cavete vobis, fratres mei! mala Bestia in hanc urbem delata est, quæ sua Doctrina plurimis hominibus nocebit.

Orientales quoque sua ex parte octo Episcopos elegerunt delegandos; Joannem Antiochenum, Joannem Damascenum, Himerium Nicomediensem, Paulum Emesenum, tanquam Acacii Bereensis Vicarium, Macarium Laodicenum, Cyri Tyriensis Vicarium, Apringium Chalcidenum, Alexandri Apamiensis Vicarium, Theodoretum Cyrensem, Alexandri Hierapolitani Vicarium, & Helladium de Ptolemaide. Mandata his Legatis data amplissima, facerent omnia, sive coram Imperatore, seu in Consistorio, aut Senatu, aut in Concilio, quæcunque ipsis ad rem viderentur, promittunt, omnia se rata habituros, quæ egerint, & eorumdem conventiones etiam Synodice signaturos. Una est exceptio contra S. Cyrilli capitula, quæ recipi prohibentur. Alexander Hierapolitanus cum eadem restrictione primus subscripsit, & deinde Dorotheus Marcianopolitanus. Præter hæc mandata, Legatis libellus, Imperatori tradendus, commissus, in quo, dissimulata Nestorii, alio-

Conc. Ephes. 725.

Concilium Ephesinum.

aliorumque Depositione, atque actis Concilii, magna se sollicitudine teneri ob Cyrilli articulos, dicunt, & Imperatorem, per quidquid Sanctum est, adjurant, ut invigilet conservandæ fidei, cujus Judicem ipsum constituunt, & Adversariis eorum præcipiat, ut, se præsente, scriptis hac super materia tractetur, nam affirmabant, quod quidem verum, in Ecclesia duas discrepantes Doctrinas tolerari non posse. De Juvenalis Jerosolymitani molitionibus in Phœnicen, & Arabiam occupata occasione conquerentur, & libertatem ad Ecclesias suas remeandi petunt, si quæstio fidei tunc definiri non posset. Sæculum V. A. C. 431.

Legatis iter ingressis, ab Imperatore mandatum advenit, quo Nestorius Epheso discedere jubebatur, adjuncta facultate, quocunque vellet, eundi. Petiit, ut ad Monasterium S. Euprepii prope Antiochiam, ubi adolescens educatus fuerat, sibi liceret secedere, quod obtinuit, eique vehiculum, & omnia itineranti non necessaria modo, sed & commoda concessa. Habemus Epistolam, a Præfecto Prætorio Antiocho ad ipsum datam, & Nestorii responsoriam, Gratias maximas agentis, dicentisque, nil aliud magis sibi honori esse posse, quam Religionis causa exulare. Id solum rogabat, ut scripta Cyrilli (nempe duodecim præcipue *Evagr. l. c. 7*

Baluz. Syn. c. 24. & 25.

Sæculum V. A C. 431.

articuli) litteris, ab Imperatore datis, notentur, ne ſimplices animi decipiantur. (*)

§. IX.

Legati Calcedone audiuntur.

Conc. Epheſ. p. 731. Ubi utriusque partis Legati Calcedonem pervenerunt, ibi morari juſſi ſunt, nec his nec illis Conſtantinopolim ingredi licuit, ne excitaretur ſeditio. Orientalibus, qui Calcedonem venerant, fama allapſa, Neſtorium Epheſo diſcedere juſſum; idque maxime affligebat, quod ipſius Depoſitionem viderent confirmari. Hoc eſt, quod ad ſuæ factionis homines undecima menſis Macedoniani *Gorpiee*, id eſt, quarta Septembris, ſcribebant, rurſusque eadem die ſe Imperatorem exſpectare, in ædes Rufini prope Calcedonem venturum, ut ibi partes audi-

(*) Hier wären Beyſpiele, daß man den Kayſer in Glaubensfragen zum Richter angenommen, daß man Klagen wider den Biſchof zu Jeruſalem vor Ihm gebracht, welche nach den Grundſätzen der Katholicken unter die weltliche Gerichtsbarkeit nicht gehören, und daß man ſich an Ihn gewendet, damit er durch Kayſerliche Edict die Artickel des heil. Cyrillus verdammen ſollte. Schade für diejenigen, welche eine Folge daraus ziehen wollten, daß dieſes Abtrünnige, oder Ketzer gethan!

audiret. Episcopus Himerius necdum advenerat, itaque utrinque septem Episcopi aderant. Sæculum V. A. C. 431.

Advenit Imperator, utramque partem benigne audivit, statimque Orientalibus videbatur ad se inclinare Victoriam. Catholici instabant, ut S. Cyrillus libertati restitueretur, & postulabant, ut ei venire liceret, & suam ipsius Defensionem suscipere. Orientales asserebant, ante omnia fidei articulos esse definiendos. Jussit Imperator, ut ambæ partes suam fidei confessionem porrigerent; dixerunt Orientales, sibi non esse possibile, ut aliam, quam Nicænam ederent, quod Imperatori probabatur. Ergo ad suos exemplar expositionis fidei, quod Epheso attulerant, remisere, rogantes, ut duo nova, appositis suis signis, mitterent. Addunt: *Omnis populus Constantinopolitanus continuo ad nos veniens, animos ad defendendam fidem erigit, ægre hominum impetum continemus, ne calumniandi occasionem adversariis præbeamus.* *Conc. Ephes. p. 736.* *Synod. Balsam. c. 27.* *Sup. XXV. §. 54.*

Idem Theodoretus ad suum Metropolitam perscripsit, Alexandrum Hierapolitanum; sed id verosimiliter posteriori tempore factum, quippe nihil boni pro causa suorum sperare videtur. *Nihil omisimus*, inquit: *nec blanditias, nec constantiam, nec preces, quibus Principem* *Conc. Ephes. p. 732.* *Synod. Bal. c. 30.*

Sæculum V. A. C. 431.

excitaremus, ejusque Consistorium, ne causam fidei, quam aliqui corrumpere satagunt, negligant, hactenus vero effecimus nihil. Coram Imperatore juramento affirmavimus, nos Cyrillum, & Memnonem restituere non posse, & cum alio communicare, antequam articulos Hæreticos rejecissent. At illi, qui magis, quæ sua sunt, quærunt, quam quæ JEsu Christi, cum ipsis reconciliari, etiam nobis invitis, volunt. Nempe jam tunc fuere ex Orientalibus aliqui, qui de pace cogitarent. *Quantum ad amicum nostrum* (scilicet Nestorium) *attinet, scito, quotiescunque de eo sive coram Principe sive Consistorio meminimus, in pejorem partem versum fuisse; id vero summa mali, quod nemo magis ipso Imperatore virum aversetur. Is dixit ad nos: Nemo ultra de ipso ad me quidquam; causa ejus finita est. Jam adlaboramus, ut nos ex ista, vos ex illa civitate liberemus, nihil quippe est, quod hic speremus. Neminem non pecunia corrupit, omnes defendunt, unam esse Divinitatis Humanitatisque Naturam.* (*)

Populi quidem Religio, Deo sint laudes! bene habet; veniunt plurimi ad nos quoti-

(*) Mirum! quod Theodoretus, qui bona fide scripsisse creditur, adeo manifeste falsa affirmet.

quotidie. Pro concione dicere cæpimus, Sæculum V.
& cætus majores celebrare, tantaque in A. C. 431.
plebe nos audiendi delectatio fuit, ut usque ad horam unam post meridiem mansuri fuissent, si solis ardores potuissent tolerare; congregati erant in magna area, quam porticus quatuor circumdant, nos autem ex altiore domus contignatione perorabamus. At omnes Clerici, & boni isti Monachi, acerrime nos persequuntur. Cum ex Rufinianis ædibus rediremus, ubi primo ad conspectum Principis admissi fuimus, ad conflictum ventum est, Theodoretus.
multi tam ex Laicis, qui nobiscum erant, quam ex istis Pseudo-Monachis sauciati. Comperit Imperator, populum nobiscum congregari, cumque aliquando mihi soli occurrisset, inquit: relatum mihi, vos agere cætus prohibitos. Respondi: Cum libertatem loquendi facias, clementer me audi! num æquum sit, hos Hæreticos, excommunicatos, officiis Ecclesiasticis fungi, dum nobis, qui pro fide pugnamus, Ecclesiam ingredi non licet? Dixit: Quid vis, ut faciam? Respondi: Quod Comes Joannes fecit, cum Ephesum venit, nam videns, ipsos conventus agere, & nos cessare, prohibuit, dicens; donec pacem communem inieritis, non concedam, ut vel ista, vel altera pars cætus cogat. Idem hujus Civitatis Episcopo præcipere debueras, ut nec ipsis, nec nobis separa-

Sæculum V. A C 431.

tim convenire licitum esset, donec concordia reduceretur. (*) *Respondit Imperator: Non est meum Episcopis præcipere.* (**) *Respondi: Ergo nec nobis quidquam prohibeas. Ecclesiam seligemus unam, agemus conventus, & videbis, majorem longe populi partem nobis, quam illis consentire. Addidi: in nostro cœtu nec Sacræ Scripturæ leguntur, nec oblationes fiunt, sed tantum preces pro fide, pro tua Majestate, & pii sermones. Hæc approbavit, nec in hanc usque diem prohibuit. Major in dies ad cœtus nostros homi-*

(*) Bonum consilium! Mi Theodorete! si remedium, si modus, si spes reducendæ inter dissidentes Episcopos concordiæ esset. Edice enim! quæ via tentanda sit. Tu Sanctum Cyrillum, & Patres Concilii Ephesini, dissimulata Romanæ Sedis Auctoritate, Hæreticos pronuntias, & illi te; quis Judex erit? Imperator? at vero ad Principum Sæcularium neminem dixit Christus: Confirma fratres tuos! Luc. 22. An Sacra Scriptura? hanc pars utraque sibi favere contendit. An major Sectatorum numerus? at fallibile est hoc signum, nec ipsis Hæreticis probatum. Quid ergo supereſt? profecto nisi ad Cathedram Petri, cujus Auctoritate S. Cyrillus Synodo Ephesinæ præfuit, respiciamus, aternæ erunt lites, & tota Christi Ecclesia, contra quam ipse promisit, rupto charitatis vinculo, in varias Sectas dissolvetur.

(**) Egregium testimonium!

hominum concursus est, sed & periculum nostrum crescit, & timor; quippe Monachorum, Clericorumque furore nihil violentius, & Procerum aures in sua potestate habent. Exstat una Oratio Theodoreti, illo tempore dicta, & alia Joannis Antiocheni, in eodem cœtu pronuntiata, qua auditoribus valedicit. Sæculum V. A. C. 431. *Conc. Ephes. p. 733. p. 755.*

Schismatici Epheso Legatis suis fidei Professionem, quam petebant, miserunt, & Epistolas, quibus adhucdum instabant, ut duodecim S. Cyrilli articuli damnarentur, dicebantque, iisdem multum Auctoritatis accessurum, si Depositio Nestorii confirmaretur. Simul etiam illorum duodecim articulorum expositionem, quam S. Cyrillus Ephesi, a Concilio rogatus, scripserat, miserunt. *p. 743. 744. Part. 3. Conc. Ephes. c. 1.*

Imperator Episcoporum Delegatos, de hac causa differentes, quinquies audivit; tandem Constantinopolim rediens, Schismaticis Calcedone relictis, Catholicorum Legatos Constantinopolim venire jussit, & Episcopum ordinare. Schismatici oblato Libello hac super re conquesti sunt; atque iste pro secundo habetur, nam primus ille fuit, qui ipsis, cum Epheso proficiscerentur, commissus. In isto autem Legati, Calcedone remanentes, coram Deo testantur, si Hæresis Sectatores (ita Catholicos appellant) Episcopum Constantinopoli ordinent, *ep. p. 745. Conc. Ephes. p. 730. p. 728. Baluz. Syn. c. 34.* Schismatici.

Sæculum V. A. C. 431.

dinent, antequam Doctrina fuisset definita, necessario Schisma oriturum, quo tota Ecclesia scinderetur; *Nos enim*, inquiunt: *& omnes Provinciæ Orientis, Ponti, Asiæ, Thraciæ, Illyrici, & Italia, nunquam patiemur, ut Cyrilli Dogmata recipiantur. Librum quoque S. Ambrosii, huic Doctrinæ contrarium, ad te miserunt.* Ita ad Imperatorem loquuntur.

Conc. Ephes. p. 736.

Eodem tempore ad Rufum, Episcopum Thessalonicensem, dederunt Epistolam, ut viri animum tentarent, num adversus Concilium irritari se sineret, ea arte ad suas partes pertraherent, & relatis a Flaviano Philippensi, suo ad Synodum Ephesinam Subdelegato, fidem non adhiberet. Rursus in hac Epistola fit mentio de libro S. Ambrosii, ad Imperatorem, per Episcopum Mediolanensem misso; hunc Episcopum Martinum nominant; sed melius Martinianum dicerent. De hoc Episcopo in sua Epistola ajunt, quod sibi scripserit, & inde inferunt, sua ex parte stare Italiam. At vero mense Septembri, quo scripta est hæc Epistola, necdum sufficiens temporis spatium effluxerat, quo divisiones, quæ Epheſi sub finem Junii arsere, Mediolanum deferri potuissent, iterumque responsoriæ litteræ Ephesum pervenire; itaque conjectura est, Martinianum ad

Syno-

Synodum Ephesinam generatim dedisse Epistolam, quæ præter mittentis voluntatem in manus Schismaticorum inciderit. Quippe totam Italiam, omnemque Occidentem, cum Papa, & S. Cyrillo stetisse exploratissimum est. Sæculum V. A. C. 431.

§. X.

Concilii Ephesini Finis.

Interim Theodosius Imperator ad Concilium scripsit in hæc verba: *Cum nihil æque ac Ecclesiarum pax nobis cordi sit, non adhibita modo Ministrorum nostrorum opera, sed etiam proprio conatu concordiam inter vos reducere sategimus. Quia vero id efficere non potuimus, imo de quæstionibus controversis nequidem colloqui voluistis, mandavimus, ut Episcopi Orientis domum, & ad suam quisque Ecclesiam revertantur, Concilium Ephesinum solvatur, Cyrillus Alexandriam redeat, Memnon Ephesi remaneat. Cæterum declaramus, nos, quamdiu victuri sumus, Orientales damnare non posse, cum nullius erroris coram nobis convicti fuerint, vobisque cum ipsis nec disserere placuerit. Si ergo bona fide pacem quæritis, id nobis aperite, sin vero sine cunctatione discessum parate! nihil nostra ex parte omisimus, quin conciliaremini, si culpa est, nostra non est, cujus sit, Deus novit.* Ex hac Imperatoris Epistola sicut etiam *Coll. Baluz. p. 156.*

Sæculum V. A.C. 431.

ex ea, quam Schismatici scripserunt, dispicitur, Catholicorum Legatos de Doctrina, quasi dubia videri posset, coram Imperatore noluisse disputare, quod existimarent, satius esse, si a Concilio acta defenderent, & depositionem Nestorii secundum jus, & Canones fuisse decretam, econtra Cyrilli, & Memnonis irritam esse, & nulla ratione tolerabilem ostenderent.

Conc Eph. p. 730. *Synod. 35.* *Act. 18, 6.* *Conc. Eph. p. 745.* *Synod. c. 31.*

Hoc fulmine perculsi Schismaticorum Legati spem omnem abjecerunt. Tertium ad Imperatorem dedere libellum, quo factum exprobrant, obtestantur, Dei judicium minitantur: *nisi his nostris precibus cesseris*, inquiunt: *excutiemus pulverem a pedibus nostris, & cum Sancto Paulo exclamabimus: mundi sumus a sanguine tuo!* Ad suos quoque Ephesum scripsere, etiamsi quinquies ad Imperatoris colloquium fuissent admissi, omnes tamen conatus suos incassum cecidisse, nunquam Cyrillum permoveri potuisse, ut duodecim articulorum suorum examen admitteret, nec adduci Judices, ut id fideri juberent, aut de Nestorio mentionem injici paterentur. De Cyrilli Tyrannide conqueruntur: *qui omnes*, ut ajunt: *sollicitationibus, adulationibus, & largitionibus corrupit, ita ut jam ipsi, & Memnoni in suis sedere Cathedris liceat, dum vir innocens* (Nestorius) *in suum Monaste-*

nasterium detruditur. Hic fuit Concilii Ephesini exitus. S. Cyrillus Alexandriam triumphans pervenit, tertia die *Athyr*, id est, trigesima Octobris, & summa omnium lætitia exceptus est. (*)

Sæculum V. A. C. 431.

Conc. Ephes. p. 107. *Coll. Baluz. pag.* 581. *c.* 70.

Interim

(*) Hier saget der deutsche Uebersetzer: man wird es inzwischen nicht übel nehmen, wenn wir die Gedanken des gelehrten *Du Pin* hersetzen, die er über dieses *Concilium* in seiner *Nouvelle Bibliotheque Ecclesiastique Tom. IV. p.* 319. zurücke gelassen hat. Denn, wenn er in einigen Schriftstellern etwas findet, das der Päbstlichen Hoheit zu widersprechen scheinet, so vermeynet er im Koth seines Gold gefunden zu haben. Er bringet 4 Abschnitt aus dem *Du Pin*. Im ersten saget dieser, allerdings gelehrte, aber nicht in allen untadelhafte Schriftsteller; man könne nicht sagen, daß der Pabst diese Kirchen-Versammlung berufen habe, sondern der Kayser. Genug, daß man zu Ephesus zuförderst dasjenige vollzogen, was der H. Cœlestinus in seinem Briefe an den H. Cyrillus befohlen hatte. Man erinnere sich nur, daß kurz vorher die Katholicken von Constantinopel in ihrer Bittschrift an den Kayser Theodosius gesaget: Majorum tuorum Pietatem imitaberis, si Concilio obedias. Wenn du dem Beyspiele deiner Voreltern folgen willst, so gehorsame der Versammlung! so wird man leicht erkennen, in was für einem Verstande man es nehmen müsse, wenn die Kayser Concilia zusammen berufen haben.

In dem zweyten Abschnitt saget Herr Du Pin: der Heil. Cyrillus habe nicht als Legat des Pabstes

Sæculum V. A.C. 431.

Interim de Electione alterius Episcopi Constantinopolitani actum, cui Episcopi, qui ibi cum Legatis Sacræ Sedis, aliisque Concilii Ephesini Delegatis versabantur, præfuerunt. Iterum Philip-

Socr. VII. c. 35.

pus,

stes, sondern als erster Patriarch beym Concilio den Vorsitz gehabt, sonderlich, weil in seiner Abwesenheit Juvenalis von Jerusalem seinen Platz eingenommen, und nicht die andern Päbstlichen Legaten. Diese Einwendung hat nur einigen Schein, und nichts gründliches an sich. Als die Vätter der Ephesinischen Versammlung das Urtheil wider den Nestorius sprachen, sageten sie: reduits à cette necessité par les Canons, & par la lettre de Notre tres Saint Pere, & Collegue Celestin Evêque de l'Eglise Romaine. Zu deutsch: weil wir hierzu durch die Canones, und das Schreiben unsers heiligsten Vatters, und Collegæ Celestin, der Römischen Kirche Bischofes, genöthiget werden. Wiederum, in der zweyten Sitzung, nachdem die Päbstlichen Legaten angekommen waren, redete Firmus von Cappadocien folgender gestalt: *Le saint Siege de Celestin a deja reglé l'affaire, & donné sa sentence par les lettres addressées à Cyrille d'Alexandrie, à Juvenal de Jerusalem, à Rufus de Thessalonique, & aux Eglises de Constantinople & d'Antioche. En consequence, & en execution de cette sentence nous avons prononcé contre Nestorius un jugement Canonique.* Zu deutsch: der heil. Stuhl, auf welchem *Cælestinus* sitzet, hat diese Sache schon ausgemachet, und in den abgelassenen Briefen an den *Cyrillus* von *Alexandria*,

Lib. XXV. f. 42.

Lib. XXV. f. 47.

pus, & Proclus, ſicut & ante Neſtorii Electionem, inter eligendos propoſiti, & profecto viciſſet Proclus, niſi Potentiſſimorum aliqui ſe oppoſuiſſent, cauſati, fuiſſe Epiſcopum Cyzici electum; quod quidem

Sæculum V. A. C. 431.

Sup. XXIV §. 54.

---

xandria, an den *Juvenalis* von Jeruſalem, *Rufus* von *Theſſalonica*, wie auch an die Kirchen zu *Conſtantinopel* und *Antiochia* das Urtheil geſprochen. Dieſem zufolge, und dieſes Urtheil zu vollziehen, haben wir den Kirchen-Geſetzen gemäß wider den *Neſtorius* geſprochen. Iſt das nicht Zeugniß genug, daß die Verſammlung zu Epheſus, welcher der H. Cyrillus vorgeſtanden, (denn dieſes leugnet Dupinus nicht) nicht etwan ein Nebending, ſondern die Hauptſache, und nicht nur allein dasjenige, zu welchem der Heil. Cyrillus vom Pabſte ſchon vor dem Concilio bevollmächtiget war, ſondern auch zu folge dieſer Vollmacht, vollzogen habe? Wie kann man alſo noch zweifeln, ob der H. Cyrillus in des Pabſtes, oder in ſeinem eigenen Namen zu Epheſus gehandelt? Dupinus ſaget ferner, man erſehe aus dem, weil in Abweſenheit des H. Cyrillus nicht die andern Päbſtlichen Legaten, ſondern Juvenalis Biſchof zu Jeruſalem in der Verſammlung den Vorſitz gehabt, Cyrillus in ſeinem Namen, nicht aber als des Pabſtes Vicarius vorgeſtanden; allein dieſes folget nicht daraus, denn die nachgeſchickten Legaten hatten nur den Befehl, ſich an den Heil. Cyrillus zu halten, welcher im Namen des Pabſtes handelte, und nicht vorzuſtehen, um ſo viel weniger, als der H. Cœleſtinus nicht hat vorſehen können, daß der H. Cyrillus

dis

Sæculum V. A. C. 431.

dem verum, sed nunquam ab illis civibus fuerat receptus. Tandem electus est Maximianus, Presbyter, & Monachus, qui jam diu magnæ pietatis fama florebat, quod suis sumptibus sepulchra condendis

Electio Maximiani.

die Person eines Vorstehers auf eine Zeit abgelegt werde, um die Stelle eines Klägers zu vertreten. Endlich schliesset Dupinus, der H. Cyrillus sey als der erste Patriarch dem Concilio vorgestanden. Der Herr Fleury saget, er habe presidiret als Päbstlicher Vicarius, er hätte aber auch presidiren können wegen des Ranges seines Stuhles; dieses lässet sich noch sagen nach der Ordnung, welche man im Occident wollte gehalten wissen, aber nicht in dem Verstande des Dupin, denn in der Constantinopolitanischen allgemeinen Versammlung hatte man den ersten Rang nach dem Pabste nicht mehr dem Bischofe zu Alexandria, sondern dem zu Constantinopel eingeraumet; wenn nun der H. Cyrillus zu Ephesus nicht als Bevollmächtigter des Römischen Stuhles, sondern als Bischof zu Alexandria der Versammlung hätte vorstehen wollen, so ist es gar nicht wahrscheinlich, daß weder Nestorius und seine Anhänger, noch die Orientalischen Bischöfe, welche sich von der Ephesinischen Versammlung getrennet, den Nestorius für unschuldig hielten, und so wohl wider die Person, als das Verfahren des Cyrillus gar vieles eingewendet, ihm den Vorwurf niemal sollten gemachet haben, daß nicht ihm, sondern dem Nestorius, als Bischofe zu Constantinopel, das ist, des ersten Stuhles nach Rom der Vorsitz gebühre.

Im

dendis piorum hominum corporibus extruxisset. Cœterum nec doctus, nec gerendis rebus assuetus, sed Papæ Legatis acceptissimus, quod in Ecclesia Romana fuisset educatus. Is igitur die Dominica 25. Octobr. ejusdem anni 431. elapsis post depositionem Nestorii quatuor mensibus, ordinatus est. *Ep. Cœlest. Conc. Eph. 3. p. c. 23. p. 1080.*

Illico

Im dritten Abschnitt aus dem Dupin wird der Heil. Cyrillus, und alles, was er gethan, vollkommen gerechtfertiget. Wenn ich der Protestantische Uebersetzer gewesen wäre, hätte ich solchen lieber ausgelassen, weil ich geglaubet hätte, nicht berufen zu seyn, den H. Cyrillus so gut zu vertheydigen.

Im vierten Abschnitt verwundert sich der Uebersetzer wiederum selbst, wie ein Kind, wenn es ungefehr ein Messer in die Hände bekommen; denn ob schon Dupinus zuletzt hinzu setzet, daß viele dafür halten, bey dieser Streitigkeit wäre es blos auf Worte angekommen, so saget er doch in seiner eigenen Meynung: 437. S. dieses alles gab sattsamen Beweis, daß er (Nestorius) die Vereinigung der Naturen nicht aufrichtig glaubete. Hingegen von dem H. Cyrillus: Er hat die Irrthümer (des Apollinaris) so oft verworfen, und die Beschuldigung so stark von sich abgelehnet, daß man ihm nicht beymessen können, als ob er entweder die Wirklichkeit der menschlichen Seele Christi geläugnet, oder Ihr den Verstand abgesprochen hätte. Eben so wenig kann man sagen, daß er beyde Naturen untereinander gemenget hätte.

Sæculum V. A.C. 431.

Illico Episcopi, qui ad hanc ordinationem in Concilium convenerant, harem Papam, S. Cyrillum, aliosque majorum Sedium Episcopos, pro more per epistolas docuere. Ex his epistolis illam solam habemus, quæ ad Episcopos Epir directa est, nam his etiam Schismatici sicut & cœteris imponere quærebant, cum Concilio Ephesino Communionem sibi esse. Ne igitur fraudi locus esse possit, Patres Concilii Constantinopolitani iisdem Concilii Ephesini epistolam mittunt, ubi Schismaticorum nomina erant consignata. Illa quoque Epistola ad nostram usque ætatem pervenit, quam Maximianus suo nomine ad S. Cyrillum dedit; ab eo orationem, & consilium petit. Sunt nobis etiam S. Cyrilli responsoriæ tam ad Concilium, quam ad Maximianum, in quibus fidem de Incarnatione explicat, iterumque Apollinarem anathematizat.

Socr. VII. c. 37.

Conc. Eph. 3. part. c. 16.

Conc. Ephes. p. 801.

Sup. XXV. §. 59. 3. p. c. 17.

ibid. c. 19. 18.

§. XI.

Epistola S. Cœlestini Papæ Doctrinæ S. Augustini favens.

Sup. XXIV §. 58. 59.

to. 2. Conc. 1611.

Cœlest. ep. 1.

Epistolas ad S. Cœlestinum Papam de Maximiani Ordinatione datas Joannes Presbyter, & Epictetus Diaconus, qui circa Festa Domini Natalitia urbem attigerunt, attulere. Sub id ferme tempus Papa, S. Augustini Defensionem suscipiens,

piens, ad Episcopos Galliæ scripsit, nam aliqui Presbyteri Galli Doctrinam jam defuncti oppugnabant. Prosper, & Hilarius, qui hæc ad S. Augustinum perscripserant, Romam profecti, querelas ad S. Cœlestinum Papam deferunt; hinc epistolam istam scribendi nata occasio; data est ad Venerium, Episcopum Massiliensem, Leontium Forojulienſem, Marinum, Auxonium, Arcadium, Filtanium, aliosque Galliarum Episcopos. Papa his Episcopis acriter exprobrat, quod scandalum tollere neglexerint. *Presbyteri nihil doceant*, inquit; *quod vestræ Pietati noceat; silentium vestrum noxiæ conniventiæ suspectos reddit, nos quoque, si taceamus, suspicionem meritam non effugiemus. Quicunque male docent, sciant, ipsos magis discere oportere. Quid ergo Episcopi in Ecclesiis agitis, si Presbyteris auctoritas prædicandi est? nisi forte aliqui Episcoporum, nuper ex Laicis assumpti, jura sua ignorent;* de S. Augustino ita loquitur: *Augustinus, Sanctæ memoriæ vir, semper suo merito in nostra Communione fuit, nec unquam, vel minimi erroris suspicio in tanti viri nomen cecidit. Ea erat Scientia, memini! ut ipsum Prædecessores mei inter præcipuos Doctores haberent. Amabatur ab omnibus, ab omnibus colebatur. Itaque resistite illis, qui viri memoriæ labem inferre audent, & silentium imponite.* c. 2.

Sæculum V. A.C. 431.

Sæculum V. A. C. 431.

Huic S. Cœleſtini Papæ epiſtolæ adjuncti ſunt novem articuli de Gratia, quos, tanquam ejusdem epiſtolæ partem, non nemo initio ſequentis Sæculi citavit. (*)

Ap. Leon. Quesn. p. 73.

Iisdem articulis præponitur admonitio: *non nulli, qui Catholici nomine gloriantur, atque Pelagium, Celeſtiumque anathematizant, nihilominus Magiſtros noſtros arguunt, quod nulla neceſſitate limites transgreſſi ſint, & profiteantur, nihil ſe, niſi quod a Sacra Sede definitum, approbare; ideo viſum, colligenda eſſe illa, quæ jam Papæ in materia de Gratia adverſus nocuos liberi Arbitrii Defenſores pronuntiarunt, & non nulla Conciliorum Africæ Decreta ſubjungenda, quæ Papæ approbando ſua fecerunt.*

v. Not. Sirm. p. 1618. & Diſſ. Quesn. 3.

§. XII.

Articuli de Gratia.

1. Per peccatum Adami omnes homines naturæ potentiam, (**) & innocentiam amiſerunt, & nemo ex iſtius ruinæ abyſſo per liberum arbitrium eluctari poteſt, niſi ipſum Dei Gratia extrahat.

2. Ne-

(*) Veroſimilius eſt S. Proſperum, quam Cœleſtinum Papam, horum Articulorum Auctorem eſſe.

(*) Nempe illam potentiam, quæ ante peccatum ad Bonum erat expeditior. Sicut Fleurius inferius explicat.

2. Nemo seipso bonus; sed necessarium, ut, qui solus bonus, se ipsum homini communicet. 3. Nemo, etiam per Gratiam Baptismi renovatus, tentationes Diaboli, & Desideria carnis vincere potest, nisi per quotidianum Dei auxilium donum in bono perseverandi accipiat. Hi tres articuli ex epistola Papæ, S. Innocentii, ad Concilium Carthaginense, anno 417. data, excerpti. In primo articulo in voce: Naturæ potentia, illa potentia accipienda, quam homo in justitia originali constitutus habebat. 4. Nemo bene libero arbitrio utitur, nisi per Gratiam JEsu Christi. Istud extractum ex epistola ejusdem Papæ, ad Concilium Milevitanum data. 5. Omnia desideria, opera, & merita Sanctorum ad Dei Gloriam referenda, quia nemo Deo gratus, nisi per Dona a Deo accepta. (*) Istud ex epistola Zosimi Papæ ad omnes Mundi Episcopos, adjuncta Episcoporum Africæ reflexione, sumptum. 6. Deus in cordibus hominum, & in ipso libero arbitrio

ep. 24. *to.* 2. *Conc. pag.* 1284.

ep. 25.

(*) Aus dieser Stelle hätte der Protestantische Uebersetzer lernen sollen, daß man auch im fünften Jahrhundert die Lehre von den menschlichen Verdiensten in eben dem Verstande, als noch heut zu Tage geschiehet, angenommen, und zugelassen habe. Diese Lehre, weil er sie nicht verstehet, nennet er ein Verderben.

Sæculum V. A.C. 431.

ita operatur, ut ſancta cogitatio, pium deſiderium, omnis bonæ voluntatis motus, ab ipſo ſit. Si enim quidquam boni poſſumus, illius auxilio poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ex ejusdem Zoſimi Papæ epiſtola, quæ hodie deſideratur. 7. Gratia JEſu Chriſti, per quam juſtificamur, non tantum datur ad remiſſionem peccatorum commiſſorum, ſed ut nos adjuvet, ne impoſterum committamus, idque non ſolum dando nobis præceptorum intellectum, ut ſciamus, quæ deſiderare, aut vitare oporteat, ſed dum facit, ut amemus, & facere poſſimus, quod faciendum cognoſcimus, rurſusque non tantum ut facilius, ſed ut abſolute faciamus. Excerptum ex Canonibus tertio, quarto, & quinto Concilii Carthaginenſis, prima Maji anno 418. celebrati. 8. Diſcimus quoque, quid credere debeamus ex orandi ratione, ab Apoſtolis in totum Mundum inducta, & æqualiter in tota Eccleſia Catholica obſervata, qua Deum precamur, ut Fides Infidelibus, Idololatris, Judæis, Hæreticis, Charitas Schismaticis, Pœnitentia peccatoribus, (*) Gratia Baptismi Catechumenis detur.

Sup. XXIII f. 50.

Sup. XXIII f. 48.

(*) Es heiſſet im Herrn Fleury: La penitence aux pecheurs. Pœnitentia peccatoribus. Allein unſer übergelehrte Dollmetſcher hat ein Wort hineingeflicket: Den ärgerlichen Sündern Buß-Muth-

detur. Hujusmodi preces non sunt va- Sæculum V.
næ formulæ, cum earum effectum in mu- A.C. 431.
torum conversione experiamur, & inde Gratias Deo reddamus. 9. Exorcizandi, & insufflandi Ceremoniæ, quas tota Ecclesia observat, ut tam infantes, quam adulti ad Baptismum disponantur, satis ostendunt, ipsam credere, eos sub potestate Dæmonis teneri.

Ergo confiteamur, necesse est, Gratiam meritis hominum priorem esse; liberum arbitrium non tollere, sed illud liberare, illuminare, erigere, & sanare. Deus vult, nempe optimus Deus! ut dona ejus merita nostra fiant, eisque mercedem æternam concedit. (*) Ipse in nobis facit, ut velimus, & faciamus, quod vult. Sed dona Dei in nobis otiosa non

 sunt.

Muthmaßlich darum, weil nach seiner verderbten Gottesgelahrtheit nur diejenigen Sünder Buß zu thun schuldig sind, welche der Gemeinde Aergerniß gegeben. Für die Sünden, welche vor den Augen der Menschen verborgen bleiben, giebt es keine.

(*) Unser Uebersetzer hat sich einmal vorgesetzet, die Verdienste des Menschen zu vertilgen, es koste was es wolle; sollte er auch der unschuldigen, und so schön gebildeten Wahrheit Ohren und Nasen abschneiden müssen; darum hat er diese Worte in seiner Uebersetzung auf der 440. Seite also verfälschet: GOtt ist zwar so gütig, daß seine Gaben unser Schmuck, und unser Vorzug seyn ollen.

Sæculum V. A.C. 431.

c. 13.

sunt, Gratiæ ejus cooperamur, & si tempor irrepat, infirmitatis nostræ effectus, confestim ad eum recurrimus. Quantum attinet ad quæstiones profundas, & difficiliores, ab iis fuse tractatas, qui Hæreticos oppugnarunt, non eas contemnendas existimamus, sed opus non est, ut de iis agamus. Satis est nobis, aperuisse, quid de Fide Catholica esse credamus.

§. XIII.

S. Patritius in Hibernia.

Sup. XXV. §. 15. Bolland. 17. Mart. to. 7. p. 522. §. 7.

Sanctus Cœlestinus Papa comperto obitu S. Palladii, quem in Scotiam miserat, eidem S. Patritium substituit, ordinavit Episcopum, & in Irlandiam misit, ut ibi Fidem prædicaret. Tunc temporis S. Patritius annum ætatis agebat circiter quinquagesimum quintum, in Scotia in territorio civitatis Acludensis, quam hodie Dumbrittonensem vocant, circa ann. 377. natus. Cum esset sexdecim annorum, captivus in Hiberniam abductus, ibique quinque vel sex annos versatus, illius populi mores, & linguam didicit. Circa annum deinde 400, a Piratis in Galliam devectus, Monasterium S. Martini adiit, acceptaque tonsura Monastica, tres annos ibi moratus est. In magnam Britanniam reversus, indeque in Italiam navigans, septem annos illius Regionis, & vici-

vicinarum Insularum Monasteria visitando transegit. Presbyter ordinatus, tres annos cum Sancto Seniore, quem Episcopum Pisanum fuisse credunt, permansit. Interim Divinitus sibi imperatum credidit, ut convertendis Hibernis adlaboraret. Illuc delatus nihil egit, Barbaris prædicantem audire nolentibus. Ergo in Galliam rediit, & annis septem apud S. Germanum Antissiodorensem expletis, in Insulam Arelatensem, id est, Lerinensem se contulit, ibique novem annos perseveravit. Saeculum V. A. C. 431.

Tunc, suadente S. Germano, Romam perrexit, atque S. Cœlestinus Papa Episcopum ordinatum circa annum 432. misit in Irlandiam. Jam vero Prædicationis suæ uberrimos fructus tulit, zelum ejus fulcientibus miraculis. Hinc tanquam illius Insulæ Apostolus colitur. Uno ferme, postquam advenisset, anno, Monasterium Sabaliense prope Civitatem Dunensem fundavit, & S. Dunnium, Discipulum suum, Abbatem constituit. Ipse quoque Ecclesiæ Armacanæ, totius Regionis Metropolis, fundator est. S. Patritius vitam ducebat admodum rigidam, omnia sua itinera usque ad annum ætatis quinquagesimum primum, id est, usque ad susceptum Episcopatum, pedes confecit; exinde deterrimæ in Irlandia viæ coegerunt, ut vehiculo uteretur.

Sæculum V. A. C. 432.

Idem ipse apud Hibernos litterarum usum invexit; antea nulla ibi monumenta publica, nisi versus leonini ab illius gentis Poetis, quos Bardes appellabant, compositi; his Patriæ Historia referebatur. S. Patritius bis præterea Romam iter suscepit, nempe anno 444. & 455. & circa annum 460. annos vitæ numerans octoginta tres, vivere desiit.

§. XIV.

S. Cælestini Epistolæ Constantinopolim datæ.

Sanctus Cœlestinus Papa, acceptis in Natalitiis Domini an. 431. epistolis, quibus Nestorii damnatio, & Maximiani Electio in Episcopum Constantinopolitanum nuntiabantur, eas in Ecclesia S. Petri recitari jussit, ut confirmaretur fides de Incarnatione, quod Mysterium illis festis commemoratur. Hanc lectionem universi populi plausus exceperunt. Papa deinde quatuor scripsit responsorias eadem die, Idibus Martii, Aetio, & Valerio Consulibus, nempe decima quinta Martii, anno 432. datas. Prima ad Concilium Ephesinum, scilicet ad Episcopos, qui interfuerant, dirigitur, sextus quippe mensis effluxerat, ex quo Concilium solutum fuerat. Papa Patribus gratulatur victoriam de Hæresi, Nestorii Depositionem, & ordinationem Maximiani, quem summo-

Tom. 3. Conc. Eph. p. 1069. p. 3. c. 20.

Sæculum V. A. C. 432.

ſummopere laudat. Dicit, quod eum tanquam proximum Siſinnii Succeſſorem habeat, ſibique Sedes ſub Pontificatu Neſtorii vacaſſe videatur. Dicit, ſe, ſicut omnes Epiſcopos Catholicos, ordinationi Maximiani Spiritu interfuiſſe. Queritur Neſtorium Antiochiam rediiſſe, cujus Epiſcopum in ſuas partes traxiſſet, hortaturque Patres, ut, ſi poſſint, efficiant, ipſum penitus amoveri, & in quamdam ſolitudinem relegari. Loquens deinde de Neſtorii complicibus, dicit, in ejusmodi caſu admodum circumſpecte agendum. *Si convertuntur, libertas iis ſit redeundi, quæ illis negatur, qui cum Hæreſis Auctoribus damnati. Hi interim excommunicati ſint, & Sedibus ſuis pulſi, donec ſe Catholicos profiteantur, quamvis, Gratia ab Imperatore ſubreptitie obtenta, fuiſſent reſtituti. In cauſa Epiſcopi Antiocheni, ſi ſpes emendationis affulgeat, cupimus, ut ei ſcribatis, niſi novellam Hæreſin, litteris ſua manu ſignatis, damnet, fore, ut Eccleſia de ipſo, quod fidei bonum exigit, decernat.* (*)

Altera epiſtola ad Imperatorem Theodoſium directa eſt. In ea Summus Pontifex laudat ejus pro fide zelum, probat *ibid. c. 21.*

(*) Ex his tam Communio Eccleſiarum Orientalium cum Romana, quam Summi Pontificis in easdem Auctoritas comprobatur.

Sæculum V. A.C. 432.

ordinationem Maximiani, quem tanquam Ecclesiæ Romanæ membrum agnoscit; præcipue id urget, ut removeatur Nestorius, quo ipsa Hæresis radicitus evellatur. Sub finem epistolæ causæ privatæ curam Imperatori commendat; scilicet ut Illustris Dominæ Probæ constitutionem assereret; hæc cuidam agros, quos in Asia possidebat, reliquerat hac conditione, ut major pars reddituum alendis pauperibus Clericis, & Monachis impenderetur, quod ille integra fide non exequebatur. In tertia epistola ad Maximianum data, hortatur, ut post tot ærumnas Ecclesiæ Constantinopolitanæ statum repararet, Joannis in prædicando fortitudinem, Attici adversus Hæreticos vigilantiam, Sanctamque Sisinnii in moribus Simplicitatem imitaretur. Sigillatim monet Pontifex, ut vigorem sacerdotalem objiciat Hæresi Celestii, id est, Pelagii, quorum Sectatores in dies novos, ut resurgerent, conatus adhibebant. Epistola quarta ad Clericos, & populum Constantinopolitanum data. Papa totum hujus causæ ordinem refert, periculum, quod evaserant, memorat, sollicitudinem, quæ ipsius pectus presserat, S. Cyrilli zelum, ejusdemque, ut Nestorium ad saniora reduceret, conatus; quæcunque ipse Papa fecisset, postulatum a Nestorio Concilium, cui tamen se sistere non esset ausus,

c. 22.

&

& denique auxilium a Pelagianis quæsi- Sæculum V.
tum. Deinde Papa Ecclesiam Constanti- A.C. 432.
nopolitanam hortatur, ut bono affectu audiant Maximianum, non nisi antiquam Doctrinam, quam in sinu Ecclesiæ Romanæ hausisset, prædicaturum, & in fide constantes permaneant. Quatuor istæ epistolæ per Joannem Presbyterum, & Epictetum Diaconum, qui epistolas Constantinopoli scriptas, Romam attulerant, missæ. Cum vero Romam ad Christi Nativitatem pervenerint, conjectura est, ipsos circa festum Resurrectionis, quod hoc anno 432. in tertiam Aprilis incidebat, Constantinopolim attigisse.

§. XV.

S. Cœlestini obitus. Sixtus III. Papa.

Sanctus Cœlestinus Papa datis his epi- *Sup. XXIV §. 32.*
stolis haud ultra tres septimanas su- *II. Retract. c. 2.*
perstes fuit. Obiit sexta Aprilis, ejusdem anni, cum Sacram Sedem annis novem, & decem mensibus tenuisset. Ab ipso institutum dicitur, ut ante Missæ Sacrificium Psalmi canerentur, cum prius solum Epistolæ S. Pauli, & Evangelium legerentur; ex his haud dubie colligendum, hunc Papam jussisse, ut Psalmus in Introitu Missæ recitaretur, sicut S. Augustinus testatur, suo ævo Carthagine morem invectum, ut ad Offertorium, & Communionem Psalmi canerentur. S. Cœlesti-

nus

Sæculum V. A. C. 432.

nus Basilicam Julianam dedicavit, & ma ta ibi vasa argentea, rursusque ad S. P trum obtulit, universim 1136. Libras R manas, nempe 1704. Marcas, quod qui quaginta & uni millibus, atque centu viginti libris nostris æquivalet. Idem P pa tres ordinationes fecit Mense Dece bri, quibus Presbyteros triginta duo Diaconos duodecim, & Episcopos qu draginta sex ordinavit. Sepultus est Cœmeterio Priscillæ. Et Sacra Sedes v ginti diebus vacavit. Successorem h buit Sixtum, Nomine isto tertium, R mæ natum, qui 26. Aprilis, anno 432. o dinatus, Sacram Sedem ferme annos oc tenuit. Is antea Ecclesiæ Romanæ Pre byter fuit, idemque, ad quem S. Augusti nus celebrem illam de Gratia epistolam dedit.

Chro. Prosp. & Marcell. Sup. XXIII §. 57.

S. Sixti ordinatio omnibus consentientibus facta; præsentibus duobus Episcopis ex Oriente, Hermogene Rhinocorurano ex Ægypto, & Lampetio Cassiensi ab Episcopis, qui Concilio Ephesino adfuerant, cum epistolis commendatitiis S. Cyrilli missis. His S. Sixtus Responsorias ad S. Cyrillum, aliosque Episcopos ferendas credidit, quamvis jam, quid sentiret, satis declarasset per epistolas, quas Clericis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & uni S. Cyrilli Diacono commiserat reddendas. Ambas epistolas, quas Episco-

p

pi Hermogenes, & Lampetius detule- Sæculum V.
runt, habemus; prima ad S. Cyril- A. C. 432.
lum ſpeciatim data; altera erat circularis ad omnes Epiſcopos, a quibus fuerant delegati. Hæc duo præcipue continet; nam primo Papa Epiſcopis ordinationem ſuam notam facit, ſicut more receptum erat; deinde Eccleſias Orientis ad concordiam reducere conatur. Laudat zelum S. Cyrilli, qui depoſito vindictæ ſpiritu, & acceptarum injuriarum immemor, unice Eccleſiarum paci reſtituendæ ſtudet. Papa eandem ſibi eſſe ſententiam pronuntiat; omnes, qui ſponte in viam bonam regrederentur, eſſe recipiendos, Eccleſiis vero illorum, qui pacem reſpuent, de alio Paſtore providendum. Nominatim de Joannis Antiocheni cauſa edicit, ſi pro Epiſcopo Catholico haberi velit, ipſi eſſe damnanda, quæcunque Eccleſia damnaſſet.

§. XIV.

Diviſio in Oriente.

Revera in Oriente animi acriter diſſen- *Synod. Batiebant.* Joannes Antiochenus a *lux. c.* 38.
Concilio Epheſino rediens, cum eſſet Ancyræ, ad Antiochum, Præfectum Prætorio, ſcripſit, nec ſe, nec ſuæ Partis Epiſcopos pro Epiſcopo agnoſcere Maximianum Conſtantinopolitanum, nec eos, qui ipſum ordinarunt, nec illos, qui ab ipſis

in

Sæculum V. A. C. 432.

in aliis locis ordinati, rogans ut ista Imperatori, & Consistorio ejus referat. Tarsi c. 66. 141. 174. Joannes, & Sectatores ejus, in Concilium congregati, de novo S. Cyrillum, & septem Episcopos, qui in ordinatione Maximiani Constantinopoli fuerant, nempe Arcadium, Papæ Legatum, Juvenalem Jerosolymitanum, Flavianum Philippensem, Firmum Cæsarienſem ex Cappadocia, Theodotum Ancyranum, Acacium Melitinensem, & Evoptium Ptolemaidenum deposuerunt. Joannes, ubi Antiochiam pervenit, rursus Concilium convocat, in quo Orientales denuo Depositionem S. Cyrilli, & omnia, quæ egerant, confirmarunt. Ad Imperatorem etiam scripserunt, ut declararent, se articulos S. Cyrilli detestari, & rogarent, ne in ulla Ecclesia hos doceri pateretur.

Socr. V. c. 34. *Liberat.* c. 6.

Baluz. Synod. c. 39.

Joannes Antiochenus, ejusque Concilium a sua Communione rejecerunt etiam Rabbulam, Episcopum Edessenum, cujus conversionem meminimus; is in Concilio Ephesino præsens, & initio Orientalium factionem secutus, postmodum S. Cyrilli Doctrinam tanquam solam veram cognoverat, & Theodorum Mopsuestenum, ejusque libros legentes anathematizaverat. Libros etiam Andreæ Samosateni, & Theodoreti contra Cyrillum damnaverat. Ergo, accusante Andrea, Concilium Antiochenum Episcopis Osroenes

Sup. XXV. §. 27.

Synod. c. 43.

Schisma in Oriente.

Sæculum V. A. C. 432.

nes præcepit, ne cum Rabbula communicarent, donec, in judicium vocatus, examen ſubiiſſet. Sub idem tempus Theodoretus, ſuis ſemper præjudiciis occupatus, quinque libros de Incarnatione ſcripſit, quibus S. Cyrilli, & Concilii Epheſini Doctrinam oppugnabat. De iis non niſi Extracta habemus. Scripſit quoque conſolatorias ad populum Conſtantinopolitanum, cujus magna pars ſemper Neſtorio favebat.

c. 44.

Merc. Garn. p. 265. Auct. Theod. Baluz. Synod. c. 40. 47.

At Catholici ſuis partibus non deerant, ſed ſtrenue contra Schiſmaticos agebant, Imperatoris Auctoritati innixi. Firmus Epiſcopus Cæſarienſis in Cappadocia Thyanam venit, Epiſcopum alium in locum Eutherii ordinaturus, ſed Comes Longras Iſauros miſit, qui Eutherio auxiliarentur; itaque Eutherius, viribus ſuperior, præter alios illum ipſum, quem pro ſe Firmus in Epiſcopum ordinaverat, inter captivos ſuos numeravit; is in excuſationem attulit, ſe vi adhibita invitum fuiſſe ordinatum, &, aſſumpto pallio militari, ad Theatrum proceſſit, expectans, donec Spectatores venirent. Marcianopoli, Mœſiæ Metropoli, in locum Dorothei, Neſtoriani, ordinatus eſt Saturninus, quo Plintha, Magiſter militum, ſe contulit, ut novum Epiſcopum in poſſeſſionem mitteret; acriter reſiſtebat populus, nihilominus ad ultimum vicit, & Epiſco-

c. 45.

c. 46.

Conc. C. P. to. 4. p. 183. 230.

Sæculum V. A. C. 432.

Episcopus Marcianopolitanæ urbis fu
Helladium Tarsensem quoque, quod n
men Maximiani Dypticis inscribere n
nueret, Sede sua pellere nitebantur. Pl
res alii Episcopi ejecti.

Synod. c. 48. 49. c. 47.

§. XVII.

Aristolaus pro pace Legatus.

Ut his malis remedium ferret, Imper
tor Theodosius Maximianum, & plu
res alios Episcopos, qui post ejus Ordina
tionem Constantinopoli manserant, ad
accersit, & quo pacto Ecclesiæ pax redi
posset, consulit. Responderunt: *Am*
omnia necessarium, ut in materia fidei con
sentiant. Joannes Antiochenus Doctri
nam Nestorii anathematizet, ejusque De
positionem probet. Cyrillus sua ex par
te, omnia, quæ Ephesi acta, oblivioni tra
dat. Imperator, laudato consilio, epistо
lam ad Joannem Antiochenum dedit, se
quentis tenoris: *Absque omni mora Nico*
mediam te conferas, nullum Episcopum te
cum habeas, verum solummodo paucos Cle
ricos, qui tibi ministrent. Sanctissimo
Episcopo Cyrillo quoque mandavimus, ut
illuc eat, nolumus vero, vel unum vel alte
rum in nostrum conspectum venire, donec
collocuti, & plene reconciliati fueritis. In
terim circa depositiones, & ordinationes
Episcoporum nihil mutabitur. Omnia sic
ut sunt, ita erunt. Sufficiunt Clerici

Ep. Cyr. ad Acac. Conc. Ephes. p. 3. c. 35.

ibid. c. 24.

gus

qui Ecclesiis serviant, donec firma pax redierit. Hæc Epistola de Papa Cœlestino, ac si in vivis ageret, mentionem facit, unde colligendum, scriptam esse, antequam de obitu ejus nuncium Constantinopolim afferretur, id est, ante finem mensis Aprilis, anno 432. Simul Imperator ad Acacium Bereensem scripsit, inter Episcopos Syriæ Seniorem, qui in animum Joannis Antiocheni plurimum poterat. Scripsit etiam ad S. Simeonem Stilitem, cui vita, miraculis clara, haud parum auctoritatis tribuebat. Aristolaus Tribunus, & Notarius, has Epistolas ferre jussus; & Plinthæ, Magistro Militiæ, mandatum, ut, si res posceret, militare auxilium eidem præberet. Sæculum V. A. C. 432. c. 26. c. 25.

Cum hæc comperisset Joannes Antiochenus, timuit, ne vi Constantinopolim raperetur, scripsitque ad Alexandrum Hierapolitanum, Schismaticorum zelosissimum, in hunc modum: *Si in mea potestate est, ire, vel non ire, communi consilio deliberandum, quid respondeam; si vi res agitur, saltem ultimum vale vobis dicam. Sed rursus ea est valetudinis meæ infirmitas, ut quantumcunque urgeat Cyrillus, iter ingredi non sufficiam. Non nulli etiam amicorum per Epistolas monuerunt, esse, qui vitæ meæ, si in via fuero, insidientur. Hinc rogo vos, ut post* Synod. Baluz. c. 50.

Sæculum V. A. C. 432.

conventum, qui sub id temporis Cyri a
solet, cum S. Episcopo Theodoreto, &
mnibus, quos adducere poteritis, celer
ter ad me veniatis; veniendi causam pr
texetis, Magistro militum debitum D
gnitati ejus obsequium præstandum.

Alexander Antiochiam venire n
omisit, habens secum Macarium Laod
cenum, Andream Samosatenum, The
doretum, &, ut verosimile est, quosda
alios. Rumorem in vulgus sparsu
quod Joanni Antiocheno vis pararetu
falsum esse cognoverunt; ipse Aris
laus abitum Nicomediam non urgeb
sed spatium Joanni concessit, quo Anti
chiæ Concilium ageret; in eo Orient
les sex propositiones conscripserun
quas ut S. Cyrillus approbaret, exig
Syn. Baluz. bant. Ex his prima tantum nobis s
pereſt, quæ disputationis summam exh
bet, in hunc modum: *Fidei Nicænæ in*
hæremus, & explicationi, quam Beat
Athanasius in Epistola sua ad Epictetum
dedit; sed nova dogmata quibusdam E
pistolis, aut articulis inserta rejicimus,
quod turbarum causa sint. His S. Cy
rilli scripta, & præsertim duodecim ar
ticulos denotabant. Acacius Bereensis
ad S. Cyrillum scripsit, ad pacem horta
tus, & has sex propositiones transmittens.
Hæc ipse Aristolaus ferenda suscepit, &
c. 55. Alexandriæ reddidit; inde S. Cyrilli re
sponsum

sponsum ad Acacium per militum Ducis manus, cui nomen Maximus, remisit. Sæculum V. A. C. 432.

§. XVIII.

S. Cyrilli Epistola ad Acacium Bereensem.

Sanctus Cyrillus in sua Responsoria dicit, Orientales petere, quod sibi facere esset impossibile, cum velint, ut ea omnia, quæ ante Concilium Ephesinum scripsisset, damnet. *In eo ipsis consentio*, inquit: *Symbolum Nicænum sufficere; ea vero, quæ ego scripsi, solum contra novos Nestorii errores pugnant, hæc si modo retractem, consequens erit, ipsum vera docuisse, nosque errasse, dum damnavimus, & deposuimus. Vides igitur, quam longe absint, ut pacem velint, dum nos ad Divisionis originem revocent. Satius fuisset, si cum Ephesum venerunt, nobiscum damnassent Nestorium. Si vero tardius adfuerunt, nihil obstabat, quo minus acta sibi communicari peterent, & ea, quæ alii omnes judicaverant, approbarent. Et si in aliquo errassemus, num tantus error fuit, ut ne quidem alloquio digni videri potuerimus? tres omnino anni effluxerant, ex quo Nestorii Blasphemias utcunque tolerabamus; omnes autem nitebamur, & tu nobiscum, ut menti ejus saniora ingereremus. Tandem cum Concilio* c. 56.

Sæculum V. A. C. 432.

constaret, ipsum etiam Ephesi in erro perseverare, cum videret, virum nec co rigi posse, nec flecti, nec ad pœnitentia adigi, contumacem Sacerdotio privavit at simul Concilium fidem Nicænam co firmavit. Ego vero contumelias, qu pertuli, propter amorem Dei, Revere tiam Imperatoris, id cupientis, & Eccl siæ utilitatem, libentissime obliviscor, & Fratribus meis ignosco. Interim D voluntas est, & Imperatoris, ut condemn tionem Nestorii probent, & ejus Blasph mias anathemate persequantur. Ex h unico Ecclesiarum Pax pendet.

Quia autem sunt, qui mihi imprude ter errores Apollinaris, Arii, aut Eun mii affingunt, edico, me per Gratiam Sa vatoris semper fuisse Orthodoxum. A pollinarem, & omnes alios Hæreticos a nathematizo. Confiteor, JEsu Chris corpus anima rationali vivere, nullam na turarum esse confusionem, Verbum divi num secundum suam Naturam esse immu tabile, & impassibile. Verum etiam af firmo, Christum, & Dominum, Filium Dei unicum, illum ipsum esse, qui in car

1. Petr. 4. 7.

ne sua passus est, sicut Petrus dicit. Quan tum attinet ad duodecim articulos, solum modo contra errores Nestorii positi sunt, postquam pax Ecclesiis reddita fuerit, & nos alter alteri libere, & fraterne scri bemus, facillime omnibus dubitantibus circ

circa hos articulos satisfaciam. Quippe Sæculum V. A. C. 432.
Doctrina nostra, & mores nostri omnibus per totum Romanum Imperium probantur; puto autem, quod cum istis maxima sollicitudine pacem conservare debeamus. Cæterum Clericorum Alexandrinorum, & omnium Episcoporum Ægypti animos, ob ea, quæ Orientales contra me egerunt, vehementer afflictos, Tribunus Aristolaus ita mitigavit, ut mihi multo faciliorem ad pacem viam aperuerit. Hæc sunt, quæ S. Cyrillus ad Epistolam Acacii Bereensis respondit. S. Sixtus Papa eodem tempore Acacio scripsit, & verosimile est, eundem ad procurandam hanc pacem fuisse hortatum. S. Cyrilli Epistola

S. Cyrilli Epistola diversis inter Orientales effectibus excepta. Ea Joanni Antiocheno, & Acacio Bereensi satisfecit; cognoscebant salvam esse Doctrinam, & S. Cyrillum duas in JEsu Christo Naturas satis confiteri; cœtera videbantur dissimulanda. Acacius ergo ad Alexandrum Hierapolitanum scripsit; si posset, Antiochiam veniret, ut responsum, quod Joannes, & alii Episcopi præsentes, ad S. Cyrillum missuri erant, ratum haberet, si venire non posset, saltem datis litteris approbaret. Idem scripsit ad Theodoretum, ambobus S. Cyrilli Epistolam transmittens. Theodoretus Doctrinam probavit, crediditque, S. Cyrillum

S. Cyrilli Epistola. *Synod. c. 55.* *d. c. 55.* *c. 60. 61. 66. 70. 71.*

Sæculum V. A. C. 432.

lum errorem emendasse, quem in duodecim articulis defenderat; at condemnationi Nestorii subscribere recusavit, dicens, non posse se damnare hominem in cujus causa judex non sedisset, Orthodoxum, & solummodo ex falsis librorum suorum excerptis damnatum.

c. 57. 58. 64. 65. 69. Verum Alexander Hierapolitanus S. Cyrilli Epistolam simpliciter rejecit; pristinos in ea se videre errores dicebat, volebatque, ut ante omnia duodecim suos articulos damnaret; *Nihil*, ajebat: *in materia fidei cuiquam indulgendum.*

c. 58. 64. *Quando vidi Acacium, & Joannem mentem mutasse, optavi, ut dehiscens terra me vivum absorberet, & nisi me timor Dei continuisset, relictis omnibus, in desertum auffugissem. Dextrum mihimetipsi oculum prius eruam, & manum amputem, quam in tantum nefas consentiam!*

c. 69. Nihilominus consilium dabat; ut duo, tresve ex Orientalibus in Ægyptum proficiscerentur, & quæ S. Cyrillus sentiret, certius explorarent. Maximinus Anazarbensis, Helladius Tarsensis, & Eutherius Thyanæus, (*) cum Alexandro sentiebant,

(*) Hier saget der Uebersetzer in seiner Anmerkung: Dieser *Eutherius* hat eine sehr schöne Schrift hinterlassen. So lasset uns sehen, warum sie ihm so sehr schön vorkomme. Eutherius war einer von den hartnäckigsten Schismaticis, welche

tiebant, & S. Cyrilli Epistolam absolute rejiciebant. Andreas Samosatenus in Q 4 eo

che, ob sie schon sehr wenig, sich niemal bewegen lassen die Ketzerey des Nestorius zu verdammen; als man ihm vorstellete, daß Nestorius gleichwohl von den allermeisten verdammet worden, sagete er unter andern in dieser Schrift: Ich verachte nicht eine jegliche grosse Anzahl, aber ich ehre nur diejenige, die mich lehret, nicht aber die, so einen blinden Gehorsam von mir fordert. Und dergleichen Schönheiten setzete er mehr hinzu. Allein, wer hat von ihm einen blinden Gehorsam verlanget, oder daß er den Nestorius blos darum verdammen sollte, weil ihn die grössere Anzahl verdammet hätte? Hätte er nur seinen harten Sinn fahren lassen, und die Augen eröffnet, so würde er gesehen, und erkannt haben, daß die Lehre Nestorii von der Menschwerdung Christi auf keine Weise mit der Lehre der heil. Schrift vereinbarlich sey. Ferner saget Eutherius: Wenn ihr mir nun eine solche Menge entgegen stellet, um die Lügen zu unterstützen, so thut ihr nichts anders, als daß ihr mir die Grösse des Uebels, und die Menge miserabler Leute zeiget. Die ganze christliche Welt, welche damal den Nestorius verdammete, wäre wohl werth gewesen, daß Eutherius mit Bescheidenheit davon geredet hätte; aber es ist eine sehr schöne Schrift, es hat sie ein Abtrünniger von der Römischen Kirche verfasset, sie gefällt unserm Uebersetzer sehr wohl. Was Eutherius von dem Lesen der heil. Schrift meldet, gefällt dem Uebersetzer nicht weniger, denn er saget: In dem

zweyten

Sæculum V. A. C. 432

eo cum Alexandro ejusdem erat sentiæ, quod crederet, S. Cyrillum in errore perseverare, sed cum Theodoreto putabat, propter bonam pacem dissimulare posse, & suffecturum, si generatim illi damnarentur, qui duos Filios admitterent, aut JEsum Christum purum hominem dicerent.

c. 62. 63.

§. XIX.

Paulus Emesenus Alexandriæ.

c. 76.

Joanni Antiocheno satis videbatur, si Sanctus Cyrillus errorem Apollinaris & Naturarum confusionem clare damnaret; hinc, cum pacem cuperet, Beream se contulit, bonum Senem Acacium visurus, Episcopum, quem omnes alii venerabantur, ut Patrem; is totis viribus reducendæ paci adlaborabat. Omnibus mature in deliberationem vocatis, statue-

zweyten Capitel zeuget er (nämlich Eutherius,) sehr nachdrücklich wider diejenigen, welche damals schon anfiengen zu lehren, daß es unnöthig sey, die heil. Schrift selbst, und fleißig zu lesen. ꝛc. Unter den Katholicken ist die heil. Schrift, wenigstens das Neue Testament, fast in einer jeden Bauerhütte zu finden, und wird jedermann alle Sonn- und Feyertäge in der Kirche deutsch vorgelesen, und ausgeleget; das Alte Testament zu lesen ist niemand verbothen. Wer mit diesem nicht zufrieden seyn will, verlanget mehr von uns, als Christus der HErr befohlen hat.

tuerunt, Paulum, Episcopum Emesenum, rogandum, ut profectionem in Ægyptum susciperet, & S. Cyrillo coram loqueretur; cum scirent, viva voce omnia melius peragi. Paulus, vir erat, gerendis rebus par, notissimæ fidei, qui nomine Acacii Bereensis in Concilio Ephesino subscripserat. Iter ergo ingressus est. Joannes Antiochenus, quid simul decrevissent, Alexandro Hierapolitano perscripsit, exhortans, ut consentiret; temporum rationem non permittere, ut omnia summo rigore tractarentur, nec victoriam, majori, quam expediret, impendio quærendam; non hic subesse causam omnia relinquendi, & Martyrii periculum subeundi. Præstare, si Ecclesiæ tranquillitatem redderent. His Alexander nihil motus pervicaciam nunquam exuit. Dorotheo vero Marcianopolitano, aliisque Mœsiæ Episcopis placuit decreta Pauli Legatio, monebantque, a Cyrillo exigendum, ut in JEsu Christo duas naturas sine confusione agnosceret.

Sæculum V. A. C. 432.

c. 77. 136.

Paulo Emeseno, Alexandriam delato, expectandum fuit, donec morbus gravissimus, in quem S. Cyrillus inciderat, remitteret; post hæc S. Cyrillus cum eo longos sermones texuit de his, quæ contra se Ephesi acta fuerant, sed volens istorum memoriam deleri, ut ad magis necessaria deflecterent, interrogavit, num

Cyr. ep. ad Acac. 3. part. Conc. Ephes. c. 35. Syn. c. 80.

Sæculum V. A. C. 432.

a Joanne Antiocheno Epistolas attulisset: tunc Paulus Epistolam ei reddidit, in qua Joannes dicebat: *Magna semper in te propensione animi fui, etiam nunquam visum, sed hi articuli divisionis causa extitere. Initio hos opus tuum esse nobis persuaderi non poterat, quod ab Ecclesiæ Doctrina remotissimi viderentur; jam vero pleraque correxisti, nobisque spem optimam, data ad Acacium Epistola, fecisti, quæ omnibus pacem Ecclesiæ amantibus, summum gaudium attulit; ubi hæc confirmata fuerit, quæ adhuc sunt dubia, dissipabuntur. Porro id nobis maximæ lætitiæ causa fuit, quod Epistolam, communis nostrum omnium Patris, Beati Athanasii, gratanter receperis; hæc sola omnibus litibus dirimendis sufficit.* Deinde Joannes Antiochenus S. Cyrillum hortabatur, ut, quæ ipsius essent, ad pacem firmandam conferret, sic anathematizandi finem futurum, sic fore, ut mutuæ Episcoporum persecutiones, populorum discordia, Judæorum, Paganorumque insultus cessent. (*) Tandem Pauli Emesen-

(*) Der mit Galle gegen den heil. Cyrillus angefüllte Uebersetzer henket hier eine Anmerkung an, die sich her reimet, wie eine Faust auf ein Auge. Er suchet die Mordthat der Hypatia hervor, und saget: Die grausame, und unnatürliche Hinrichtung der *Hypatiæ* bleibet für ihn ein ewi-ge

seni fidem commendabat, rogans, ut cum ipso, ea, quæ sibi ipsi, si venisset, locuturus esset, fiducia ageret. Sæculum V. A. C. 432.

Hæc

ger Schandfleck ꝛc. Er nennet den Damascius, welcher ihn als den vornehmsten Urheber dieser That soll angegeben haben, und setzet hinzu mit einer verstellten Gottesfurcht: Wollte GOtt! daß er gelogen hätte! Ey Ey! Herr Uebersetzer! dieser Wunsch kömmt aus keinem aufrichtigen Herzen her, viel mehr ist es ihm ganz lieb, daß er auch nur einen falschen Schein gefunden, den heil. Cyrillus zu verleumden. Es ist nicht genug, wenn ein Damascius, ein Heyd, und eben darum schon verdächtig, welcher das Leben Isidori, der gelehrten Hypatiæ Mann, beschrieben, ohne Probe diese That dem heil. Cyrillus, einem Katholischen Bischoffe, nach seiner Einbildung zugeschrieben. Es ist unbillig, dem heil. Cyrillus alles das beymessen, was ein wütender Pöbel zu Alexandria ausgeübet. Was der Uebersetzer von dem mit Geld nach Rom geschickten Diaconus, Edesius, saget, ist auch ohne Erweis, und Citation hingeschrieben. Socrates saget sonst nichts, als daß diese That dem heil. Cyrillus, und der Alexandrinischen Kirche einen schweren Vorwurf zugezogen. Fleury tom. V. p. 19. Wo ist aber ein Zeugniß, daß der heil. Cyrillus solches befohlen, oder daß es nur mit seinem Wissen, und Willen geschehen. Socrates saget ja, man habe solches auch der Alexandrinischen Kirche zur Last geleget; Wer soll aber glauben, daß darum die ganze Gemeinde daran schuldig gewesen? Fleury, der sonst niemandes verschonet, saget es nicht, welches

Sæculum V. A.C. 432.

Hæc Joannis Antiocheni Epistola S. Cyrillo displicuit, quod exprobrationi esset proxima, atque exacerbandis animis aptior;

Ep. ad Acac. p. 1115. ep. ad Don. c. 38. p. 1152.

ches er nicht würde unterlassen haben, wenn er den Damascius für einen glaubenswürdigen Zeugen gehalten hätte. Nestorius hat den heil. Cyrillus, wie Herr Fleury erzählet Tom. VI. p. 8. bey dem Kayser durch einige Uebelthäter verleumden lassen. Aber eine Verleumdung ist keine rechtmäßige Klage, und man weiß nicht, was dieses für Klagen gewesen sind; von der Beschuldigung einer Mordthat lieset man nirgend etwas. Der Joannes von Antiochia, und viele andere Feinde des heil. Cyrillus, haben ihn einer Ketzerey, aber niemal eines Todtschlages beschuldiget. Nur unser Uebersetzer saget unverschämt; daß er seine Hände mit dem Blute dieser gelehrten, und unschuldigen *Dame* befleckt habe, und saget hinzu: wie gelinde erinnert ihn *Joannes* von Antiochien daran. Das ist eine neue Lüge! der ehrliebende Leser merke nur, wie schändlich er hier die Worte Joannis von Antiochia, und des Fleury verfälschet. Herr Fleury erzählet hier die Worte des Joannes also: *Jean d' Antioche exhortoit ensuite Saint Cyrille à concourir à la paix, pour faire cesser les Anathemes, & les persecutions reciproques des Evêques, la division des peuples, & les insultes des Juifs, & des Payens.* Zu deutsch hätte man es geben sollen: Damit die gegeneinander gesprochene *Excommunicationes*, und Gegenverfolgungen der Bischöffe aufhören möchten. Aber unser Uebersetzer hat es also gegeben im 4ten Theile,

ptior, quam placandis; itaque quamvis hæc Epistola restaurandæ Communionis index esset, & testimonium, eam recipere nolebat, dicens: *Num qui ob facta præterita veniam a nobis petere deberent, novas injurias addere cogitant? aliud expectabam, & tale, quod mihi solatium ferre posset.* Paulus Emesenus juramento affirmavit, Joannem simplici animo ista scripsisse, & zelo pro vera Doctrina impulsum. Tunc vero S. Cyrillus charitatis studio dissimulandum censuit, & huic excusationi acquiescendum. (*) Ante-

Sæculum V. A. C. 432.

450. Seite: *Joannes* von Antiochien ermahnete hierauf *Cyrillum*, das Seinige zum Frieden mit beyzutragen, die ausgestossenen *Anathemata* zuruck zu nehmen, die Verfolgungen der Bischöffe abzustellen. Erstlich ist hier der Ausdruck: die ausgestossenen Anathemata, zweydeutig, weil die 12. Artickel des heil. Cyrillus auch Anathemata genennet wurden, und einige von ihm verlangeten, daß er solche widerrufen sollte; und dann hat er das Wörtlein: gegeneinander, *reciproques*, ausgelassen, um den heil. Cyrillus allein verhasset vorzustellen. Seine Bosheit ist auch mit Dummheit vermenget, denn obschon die Worte des Bischoffes Joannes also lauteten, wie er sie fälschlich übersetzet, so folgete gleichwohl nicht daraus, daß er den heil. Cyrillus eines begangenen Todtschlages erinnere.

(*) Hier hat der Uebersetzer die Worte: *Charitatis studio.* aus lauter Liebe zum heil. Cyrillus

Sæculum V. A. C. 432.

tequam autem Paulum ad Communionem orationis Ecclesiæ admitteret, petiit, ut data charta declararet, se Schismati renuntiare. Scripsit, quod petebatur, per modum Epistolæ ad S. Cyrillum præsentem directæ; dicit igitur Paulus in hac charta, se, ut Epistolæ Imperatoris fieret satis, a Joanne Antiocheno, & Acacio Bereensi ad S. Cyrillum missum, quem ad pacem ineundam paratum, & promptum invenisset, eique in manus tradidisse libellum, qui fidem Catholicam integerrimam complecteretur; *Hoc enim*, subjungit, *erat rei caput. Et quia de iis etiam statuendum, quæ Nestorium tangunt, edico, nos ordinationem Sanctissimi Episcopi Maximiani recipere, & Nestorium, olim Episcopum Constantinopolitanum, inter Depositos habere, Doctrinam impiam, quam tradidit, nos anathematizare, & sincera mente tuam Communionem amplecti, juxta eam explanationem fidei, quam de Incarnatione Verbi*

Conc. Ephes. 3. p. c. 28.

De Pace tractatur.

rillus ausgelassen. Wenn man diesem Uebersetzer, so oft als er den Fleury verderbet, ein schwartzes Strichlein mit seiner Dinte ins Angesicht angeschmieret hätte, würde jedermann schwören, er müste in Mauritanien gebohren seyn. Unzählige andere Fehler, womit Fleury unverständlich wird, die ich nur in diesem XXVI. Buch beobachtet, melde ich nur überhaupt, um dem Leser nicht verdrüßlich zu fallen.

Sæculum V. A.C. 432.

bi dedimus, quam tanquam propriam tuam confessionem recepisti, & cujus descriptum exemplum huic libello adjunctum. Hac inita Communione turbas, utrinque excitatas, componere, & Ecclesias ad pristinam tranquillitatem reducere cupimus. Fidei expositio huic libello inserta hodie non visitur, sed eandem esse conjicere licet, quæ postea Joannis Antiocheni Epistolæ subjuncta.

Hoc libello tradito, Paulus ad preces Ecclesiasticas admissus, locum inter Episcopos in magna Ecclesia Alexandrina accepit. Ad populum quoque, S. Cyrillo præsente, dixit, scilicet Die Nativitatis Domini, 25. Dec. & secundum Ægyptios 29. *Choïac*, eodem anno 432. in sermonis exordio, cum Angelis pacem annuntiavit; tum de Mysterio illius festi loquens, clarissime dicit: *Maria, Mater Dei, parit Emmanuel.* Tum populus exclamare: *Hæc est fides nostra! hæc est! hoc est Donum Dei! Cyrillus Orthodoxus! hoc est, quod audire in votis erat! qui aliter docet, anathema sit!* Paulus Emesenus subjunxit: *Qui non ita loquitur, & non ita sentit, anathema sit, & ab Ecclesia rejectus!* Tum sermonem prosecutus, & Mysterii explicationem, præter alia dixit: *Nam duarum Naturarum perfectarum conjunctio, volo dicere, Divinitatis, & Humanitatis, unum solum*

Epist. ad Theogn. 5. p. 2. Cyr. p. 152. Conc. Eph. p. 3. c. 31.

Sæculum V. A. C. 432.

lum Filium, unum solum Christum, unum solum Dominum effecit. Ad hæc verba populus iterum dicentis orationem interrupit, exclamando: *Bonis avibus advenisti, Episcope Orthodoxe! Cyrillo digne! Donum Dei!* Paulus paucis deinde verbis orationem absolvit, expresse anathema dicens illis, qui duos filios affirmabant, aut Emmanuel esse purum hominem; Confessionem etiam S. Petri attulit, unicum Filium Dei vivi agnoscentis. Tum pro more spatium eloquendi Cyrillo dedit.

Matth. 16. 16

ibid. c. 32.

Cum hac die Paulo sufficiens temporis spatium non fuisset, ut omnia explicaret, altera vice post dies octo, in magna Ecclesia Alexandrina nempe sexta *Tibi*, seu prima Januarii, anno 433. orationem ad populum habuit. Longior sermo fuit, quo Mysterium Incarnationis contra errores Nestorii, & Apollinaris exposuit. Tunc quoque populus bis faventi plausu orationis filum interrupit, & S. Cyrillus postmodum pauca de eadem materia subjunxit.

Paulus Emesenus.

c. 33.

Cyr. ep. ad Acac. Mal.

Volebat Paulus, ut fidei explicatio, quam scriptam tradiderat, ipsius Joannis Antiocheni, omniumque Episcoporum Orientalium esse censeretur, utpote ipsorum nomine data, nec alia exigeretur. Sed S. Cyrillus adduci non potuit, ut consentiret, dicens, confessionem

Pauli

Pauli ipsi soli prodesse, & constanter petiit, ut etiam Joannes Antiochenus fidei suæ expositionem scriptam daret. Id quoque a S. Cyrillo obtineri non potuit, ut Episcopi quatuor depositi, in quorum favorem Paulus jam a colloquii principio sollicitabat ejus animum, restitui permitteret. Hi erant Helladius Tarsensis, Eutherius Thyanæus, Himerius Nicomedienſis, & Dorotheus Marcianopolitanus. De istis S. Cyrillus edixit, nunquam se consensurum, ut inter Episcopos haberentur. Hinc etiam ab inita pace excluſi. Sæculum V. A. C. 433. *Epist. ad Don. p. 1153.*

S. Cyrillus, inito cum Paulo Emeseno consilio, fidei explanationem, cui Joannes Antiochenus subscriberet, dictavit, eamque duobus ex suis Clericis, unacum Epistola Communionis ad eundem, tradidit, at prohibuit, ne prius Epistolam redderent, quam explicationi subscripsisset. Duo hi Clerici comitati sunt Tribunum Aristolaum, Antiochiam redeuntem, cui tam longæ moræ tœdium pariebant. S. Cyrillo promisit, addito juramento, commissam sibi Declarationis formulam neutiquam perditum iri; *Et si Episcopus Joannes*, subjunxit: *subscribere renuat, recta Constantinopolim pergam, dicam Imperatori, nullam, quin pax ineatur, in Ecclesia Alexandrina, sed in Episcopo Antiocheno moram esse.* In hac *Epist. ad Theogn. to. 5. p. 158.*

Sæculum V. A. C. 433. formula Depositio Nestorii & dogmatum ejus condemnatio confirmabatur.

§. XX.

Quid urgente S. Cyrillo Constantinopoli actum.

Ep. Epiph. Synod. c. 203 Interim S. Cyrillus hanc causam Constantinopoli per suos valide agebat. Præcipue urgebat, ut Aristolaus huic negotio finem cito imponere juberetur, & Joannes Antiochenus Nestorium rejicere. Hinc ad S. Pulcheriam, ad Paulum Cubiculariis Præfectum, ad Romanum Cubicularium, ad illustres fœminas Marcellam, & Droseriam, Epistolas dedit, & Benedictiones, id est, munera misit; aliquoque Præfecto, cui nomen Chrysoreto, dona dedit, quod ipsum Ecclesiæ Bono contrarium sciret; eundem per alios duos Ministros, ad quos dona misit, sollicitari mandavit, ut a molitionibus imposterum abstineret. Hæc cognoscimus ex Epistola Epiphanii, S. Cyrilli Archidiaconi, & Syncelli, ad Maximianum Constantinopolitanum data, qua vehementer instat, ut ad maturandum hujus negotii exitum suis partibus non desit. *Imperatricem Pulcheriam*, inquit: *supplex roga, ut datis litteris ad Joannem fortissime urgeat, ne istius impii ultra mentio fiat;* nempe Nestorii. Ad Aristolaum etiam

etiam litteræ dentur, ut Joannem acrius urgeat. Roga Sanctum Abbatem Dalmatium, ut verbis, terrorem ferentibus, Imperatorem, atque Cubicularios Proceres adjuret, ne ultra Nestorii nomen memoretur. Roga etiam S. Virum Eutichem, ut pro nobis decertet. (Is est, quem posteriori tempore Ecclesia Hæresiarcham damnavit) Epiphanius subjungit: *Ex adjuncto hic commentario dispicies eorum nomina, quibus dona missa, & quantum Ecclesia Alexandrina tibi præstiterit; nam Clericos nostros non parum affligit, Ecclesiam nostram ob has turbas spoliari, & Comiti Ammonio mille quingentas libras deberi, præter illa, quæ ex hac urbe illuc missa. Eidem quoque per litteras mandatum, ut Ecclesiæ vestræ sumptibus dona ferat quibusdam, quos lucri avidos noveritis, ne Ecclesia Alexandrina nimis ære alieno gravetur. Pulcheriam roga, ut curet Lausum in locum Chrysoreti substitui, sicque ejus potentia subruatur, quod nisi fiat, male semper habebimus.* Ex hac Epistola illarum rerum partem, quæ Constantinopoli agebantur, discimus.

Erant, qui ob transactionem inchoatam murmurarent, & in vulgus spargerent, S. Cyrillum articulos suos retractasse, & ea, quæ adversus Nestorium scripsisset, damnasse. Nam Nestoriani illi,

Sæculum V. A.C. 433.

qui ad Ecclesiam redire cupiebant, i hunc modum S. Cyrilli Epistolam ad A cacium Bereensem explicabant. Ha S. Cyrillum coegerunt, ut ad Presbyte ros Theognostum, & Charmosynum, & ad Diaconum Leontium, suos Constan tinopoli Apocrisarios, id est, Procurato res, qui suæ Ecclesiæ causas agerent, E pistolam daret; in ea ipsis omnia narrat quæ hucusque acta fuerant ab illo tem pore, quo sibi Acacius Bereensis, ut ami cæ compositioni aures daret, scripsisset. Ultima Epistolæ verba sunt: *Omnibus ergo hanc de me suspicionem eximas. Non adeo imprudens sum, ut ea, quæ scripsi, a nathematizem. Imo in eadem sententia persisto, quia bona est, atque Scripturæ & Patrum nostrorum fidei consentanea.*

Epist. to. 5. ap. Cyr. p. 152.

Sup. n. 18.

§. XXI.

Joannes Antiochenus reconciliatur.

Conc. Ephes. p. 3. c. 30.

Cessit tandem Joannes Antiochenus, & ad S. Cyrillum dedit Epistolam, qua dicit; se propter utilitatem Ecclesiæ, ut que Imperatoris voluntati pareret, Pau lo Emeseno mandata dedisse, ut pacem iniret, & suo nomine traderet fidei ex positionem, quam communi consilio con cinnassent in hæc verba: *Quantum per tinet ad Virginem Mariam, Matrem Dei, & Incarnationis modum, quæ in mente habemus dicere tenemur, non ut, qualecun-*

que

que id sit, Fidei Nicænæ addamus, aut quod Mysteria ineffabilia explicare præsumamus, sed ut iis, qui nos lacessunt, os obstruamus. Confitemur igitur, Dominum nostrum JEsum Christum esse unicum Dei Filium, Deum perfectum, & perfectum hominem, ex anima rationali, & corpore compositum, a Patre ante Sæcula secundum Divinitatem genitum, & eundem in novissimis diebus propter nostram Salutem ex Virgine Maria secundum humanitatem genitum; eundem consubstantialem Patri, secundum Divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, nam duæ Naturæ fuere unitæ; ideo confitemur unum Christum, unum Filium, unum Dominum. Secundum hujus unionis Ideam sine confusione, confitemur, Sanctam Virginem esse Matrem Dei, quia Verbum Deus incarnatus est, & homo factus, & per eandem conceptionem Templum, quod ex ipsa sumpsit, sibi univit. Quantum vero spectat ad modos loquendi Apostolorum, & Evangelistarum de Domino nostro, scimus, Theologos aliqua, tanquam jure communi, uni Personæ tribuere, alia seperatim tanquam duabus Naturis, JEsu Christo ea, quæ digna Deo sunt, secundum Divinitatem, & humilia, secundum Humanitatem dantes.

Sæculum V. A. C. 433.

Postquam hanc fidei confessionem acceptavimus, inter nos convenit, quo pacem

Sæculum V. A. C. 433.

universæ Ecclesiæ redderemus, & scandala tolleremus, Nestorium, olim Episcopum Constantinopolitanum, pro depositio habere; novos ejus, & profanos loquendi modos anathematizamus, quia Ecclesiæ nostræ sanam, & rectam fidem, sicut Sanctitas tua, tenent. Etiam Ordinationem Sanctissimi Episcopi Maximiani in Ecclesia Constantinopolitana approbamus, & vivimus in Communione omnium totius Mundi Episcoporum, qui fidem puram, & orthodoxam tenent, & docent.

Conc. Ephes. p. 3. c. 29. Pace in hunc modum reducta, S. Cyrillus felix nuntium brevi sermone populo promulgavit, vigesima octava *Pharmouthi*, indictione prima, nempe vigesima tertia Aprilis, anno 433. jussit deinde in Ecclesia Joannis Antiocheni Epistolam legi, & responsum suum, quod Paulo Emeseno ferendum tradidit; in eo præter lætitiæ, & amicitiæ testimonia etiam Joannis Antiocheni Declaratio referebatur, & aliquæ in S. Cyrilli Doctrinam explicationes legebantur, quibus ex Orientalium mentibus omnem scrupulum evelleret. *Accusor*, inquit: *quod dicam, Sacrum JEsu Christi Corpus e cælo allatum, non vero ex Sancta Virgine assumptum. Mirum! quod hæc cogitatio cuiquam in mentem venire potuerit, cum ferme tota nostra disceptatio in eo fuerit versata, quod defenderem, Mariam esse*

ibid. c. 34.

p. 1108.

S. Cyrillus.

Matrem

Matrem Dei; quomodo autem Mater esset, & quem peperisset, si Christi Corpus de cælo venisset? dum vero dicimus, JEsum Christum descendisse de cælo, loquimur sicut S. Paulus, qui dicit: Primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cælo, cælestis. Et sicut ipse Salvator: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, Filius hominis. Nam quamvis Verbum proprie e cælo venerit, id tamen etiam Homini propter unitatem Personæ tribuitur. 1. Cor. 15. 47. Joan. 3. 13.

Rursus S. Cyrillo objiciebatur, quod commixtionem, seu confusionem Verbi, & carnis admitteret. *Tantum ab ea opinione*, inquit: *absum, ut a sana ratione abiisse illos existimem, qui cogitent, Verbo Divino vel minimam mutationis umbram tribui posse. Illud enim semper, quod est, sine mutatione manet. Omnes etiam confitemur, Verbum esse impassibile, quamvis sibi infirmitates carnis attribuat, sicut S. Petrus sapientissime dixit: JEsu Christo passo in carne. Non dixit in sua Divinitate.* S. Cyrillus etiam declarat, quod sequatur in omnibus Doctrinam Patrum, præsertim S. Athanasii, & Symbolum Nicænum, nec ulla Syllaba mutata, quod a S. Spiritu dictatum fuerit. Ad calcem hæc subjungit: *Quia comperi, quosdam Patris nostri Athanasii Epistolam ad Epictetum corrupisse, quod multis* p. 1109. 1. Pet. 4. 1.

Sæculum V. A. C. 433.

nocuit, neceſſarium duximus, ut vobis exemplum ex antiquis Authographis, quæ habemus, deſcriptum mitteremus.

p. 1112.

Ep. ad Acac. Melit. in fine

Nempe cum Paulus Emeſenus cum S. Cyrillo aliquando de fide colloqueretur, ſerio quæſierat, an ea teneret, quæ S. Athanaſius ad Epictetum ſcripſiſſet? S. Cyrillus reſpondit: *Habesne hanc Epiſtolam incorruptam? nam veritatis inimici multa mutarunt. Ego vero in omnibus, & per omnia huic Epiſtolæ conſentio. Habeo Epiſtolam*, repoſuit Paulus: *ſed ex exemplis, quæ habes, diſpicere cuperem, an ſincera ſit. Ergo accepta exempla antiqua cum iis, quæ ipſe attulerat, contulit, atque iſta fuiſſe adulterata cognovit.* Rogavit S. Cyrillum, ut ſibi aliqua ex antiquis exſcripta traderet, Antiochiam mittenda.

§. XXII.

Quæ reconciliationem ſecuta ſint.

Baluz. Syn. c. 86.

Ubi ad Joannem Antiochenum relatum, ratam eſſe concordiam, rem Theodoreto præſcripſit, clariorem omnium actorum expoſitionem pollicitus, poſtquam Paulus Emeſenus, qui ex Ægypto in itinere eſſet, adveniſſet. Sed ſuſpectum erat Theodoreto nomen pacis, &

c. 87.

antequam de ea ſermo eſſet, poſcebat, illos ſuis Eccleſiis reſtitui, quos ob bonam cauſam contra jus depoſitos arbitrabatur.

Joan-

Joannes Antiochenus deinde ad omnes Orientis Episcopos scripsit, ut pacem annuntiaret. *Jam Cyrillus, & nos*, inquit: *unius sententiæ sumus; eandem tenemus fidem. Nulla supereſt discordia, nec de pace dubitandi causa. In ea, quam ad nos dedit Epistola, omnia clara sunt, omnia his, quæ proposueramus, conformia. Verba, quibus fidem nostram exprimimus, probat, & explicat Patrum traditionem, quæ, ut ita dicam, periculum subibat, ne ex hominum memoria deleretur. Distinctionem Naturarum, cum unitate Personæ in Dei Filio docet. Itaque istud omnibus, qui bona voluntate sunt, satis esse debet, & confundere incredulos, qui errorem Apollinaris reducunt. Ipsam Cyrilli Epistolam, qua nobis satisfecit, ad vos mitto, eamque, quam ad eundem dedi, ut sciatis, me in hac tractatione nihil servile, aut erubescendum admisisse.* Sæculum V. A. C. 433. c. 2.

Aristolaus, re feliciter gesta, Constantinopolim rediit, cum Joannis Antiocheni ad Imperatorem Epistola, qua edocet, initam esse pacem, Sanctum Cyrillum, seque alterum cum altero contentum esse. Se ordinationem Maximiani approbare, & Depositionem Nestorii, atque ejusdem perversam Doctrinam anathematizare. Subjungit: *Rogamus te, quo plenum fiat totius orbis gaudium, & nulla Civitas felicitatis istius expers sit,* c. 91.

Sæculum V. A. C. 433.

ut jubeas, Episcopos, per has turbas Ec-
clesiis suis pulsos, restitui, ne ullum f
multatis vestigium remaneat. Hujus r
exempla Tibi non desunt; similibus cir-
cumstantiis pristinis Episcopis in Sede
suas redire permissum, & illi, qui divi-
sionis tempore ordinati fuere, a functio-
nibus Sacerdotalibus abstinere jussi, dom
priores decessissent. Conjecturæ locu

c. 87. est, Joannem Antiochenum hæc scri
psisse, ut Theodoreto serviret, & quibus-
dam aliis, pacem nolentibus, nisi depo-
sitis Episcopis liceret ad suas Sedes re-
dire.

Conc. Eph. Joannes Antiochenus etiam Episto-
p. 3. c. 27. lam Communionis suo, aliorumque E
piscoporum, qui cum ipso erant, nomi-
ne ad S. Sixtum Papam, S. Cyrillum, &
Maximianum Constantinopolitanum, de-
dit, qua sententiam latam Concilii E
phesini contra Nestorium approbat, de-
positum agnoscit, impiis ejus dogmati-
bus anathema dicit, Ordinationem Ma-
ximiani recipit, & communionem om-
nium Episcoporum in universo Mundo
ibid. c. 41. Catholicorum amplectitur. S. Cyrillus
init. c. 39. suo loco ad Papam Sixtum scripsit, & ad
Maximianum Constantinopolitanum, ut
hujus pacis certiores redderet. (*)

Epistola

(*) Der Uebersetzer hat schon zur Zeit des heil.
Joan

Epistolæ S. Cyrilli maturius, quam cæteræ, Romam delatæ; & tunc Papa Concilium cum Episcopis, qui ad celebrandum Ordinationis ejus anniversarium advenerant, agebat. Universo populo, in Ecclesia S. Petri congregato, felix nuntium sonuit. Papa ad S. Cyrillum, & Joannem Antiochenum gratulatorias scripsit, ambas eadem die, decimo quinto Kalendas Octobris, Theodosio decimo quarto, & Maximo, Consulibus, id est, decima septima Septembr. anno 433. datas. Dies vero Ordinationis S. Sixti, erat vigesima sexta Aprilis; ergo vel Episcopi diu post hanc diem primum advenerant, vel multo tempore Concilium duraverat. In Epistola ad S. Cyrillum dicit Papa, non credere se, Joannem Antiochenum unquam Nestorii errorem secutum, sed suspendisse sententiam.

Sæculum V. A. C. 433. c. 41. c. 41. c. 42. p. 1177.

In Hispania Nestoriani inventi sunt, non ferentes, ut quisquam diceret, Deum esse natum, sed purum hominem ex Virgine natum, & in Cruce passum affirmabant. Duo Fideles viri, nomine Vitalis, &

Joannes Chrysostomus in einer Anmerkung gesaget, daß die Gemeinschaft mit der Römischen Kirche damals aufgehöret, und nimmer sey hergestellet worden. Was soll man entweder von seiner Aufrichtigkeit, oder von seiner Wissenschaft in der Kirchenhistorie gedenken?

Sæculum V. A.C. 433.

Edit. Sirm. an. 1630.

& Tonantius, seu Constantius, postquam eos, ut poterant, refutassent, hac super re ad Capreolum Episcopum Carthaginensem scripserunt, rogantes, ut se in hac quæstione veram fidem edocere vellet. (*) Capreolus ipsis respondit, data prolixa epistola, in cujus exordio certiores reddit, Hæresin istam in Oriente in Concilio Ephesino damnatam, postea tamen fidem Catholicam de hoc Mysterio exponit, & credendi necessitatem asserit, unicam in JEsu Christo esse Personam.

§. XXIII.

Vincentii Lerinensis monita.

Eandem Hæresin Nestorii in Gallia Vincentius Lerinensis, sub idem tempus editis adversus Hæreses admonitionibus, oppugnavit. In fine moniti secundi dicit, Concilium Ephesinum ante annos trec fuisse celebratum. Vincentius, S. Lup Trecen

(*) Hier ergetzet sich der Uebersetzer nach sei ner schweren Arbeit, und schreibet aus dem Dupin diese Worte heraus: *que ne diroient point les Theologiens de la Cour de Rome, si cette Consultation etoit addressée à l'Evêque de Rome? Quelles consequences ne tireroient-ils point d'une semblable consultation, en faveur des Pretentions de la Cour de Rome?* Was folget aber da daraus als daß man die Unbescheidenheit des Dupin, und die böse Art des Uebersetzers erkennet?

Trecensis frater, postquam vitæ partem in Militia sæculari consumpsisset, id est, verosimiliter in muneribus publicis, ad Monasterium Lerinense se recepit, ubi, otio monastico utiliter usus, sibi ipsi duos conscripsit commentarios, in quibus eximias Regulas ab omni Hæresi præcavendi tradit. Se ipsum in hoc opere non nominat, sed sub nomine Peregrini latere voluit. Fundamentum suæ Doctrinæ ponit; Legis Divinæ Auctoritati, & deinde Ecclesiæ Catholicæ Traditioni standum. (*) Scripturam non sufficere, cum diversa ratione explicetur, & omnes Hæretici eandem pro se interpretentur. Ergo ab Ecclesia Catholica verum Scripturæ sensum discere oportere, (**) & in ipsa Ecclesia

Sæculum V. A. C. 433.

Edit. Baluz. p. 374. *Common. init.*

p. 325.

(*) Eximium contra Protestantes testimonium! dicit alicubi Interpres noster, Papistas per Traditionem intelligere quosdam usus, aut Doctrinam, Doctrinæ Sacræ Scripturæ contrariam. Quid ad hoc respondendum? jam nihil aliud placet, quam istud; Domine Interpres! impudentissime mentiris. Omnis Traditio in Ecclesia Catholica, si fidem tangat, in Sacra Scriptura fundatur.

(**) Hier hätte unser Vielwisser an statt der Lästerungen wider den H. Cyrillus, und die Römischen Päbste, eine Anmerkung hersetzen sollen, und zeigen, was denn für eine Kirche Vincentius für die wahre, und Katholische gehalten, und wenn es eine andere als

Sæculum V. A. C. 433.

clesia illud tenendum, quod semper, ubique, & ab omnibus creditum; enim proprie dici, aliquem esse Catholicum seu universale. Itaque jure ipsum, si aliqua Ecclesiæ pars ab ea se paret, ejusque Communione, totius corporis, non vero abscissi membri habenda est ratio, & si novus error totam Ecclesiam inficere adnitatur, inhærendum antiquitati. Doctores probati consulantur, qui diversis locis, diversisque temporibus in communione Ecclesiæ vixerunt, illudque certissimum habeatur, quod

als die Römische gewesen seyn soll, müßte er ermessen, in was für einem Lande diese rechtglaubige, und von der Römischen Kirche abgesonderte Leute sich befunden. Das wäre ein Meisterstück für ein breites Maul, wie unser Uebersetzer hat. Die sind vielleicht unter so vielen Millionen der Papisten, das ist, verderbter Christen, in Europa, Asia und Africa, dem Versprechen JEsu Christi zuwider, nur einzele, und unkenntliche Protestanten herum gewandert? In diesem Spho hat der Uebersetzer hinzugesetzet, und ausgelassen nach Belieben; endlich setzet er eine Anmerkung auf seiner 458. Seite, in welcher er sich selbst handgreiflich widerspricht; Man muß die alten Ketzereyen nicht durch die Tradition, sondern nur aus der heil. Schrift, und durch die alten Concilien der rechtgläubigen Kirche bestreiten; als wenn die Lehre der alten Kirchen-Versammlungen keine Tradition wäre.

quod omnes clare, concorditer, sine va- Sæculum V.
riatione docuerunt. A.C. 433.

Affert deinde exemplum Donatistarum, at reliquo Ecclesiæ Corpore separatorum, & Arianorum, qui ferme omnes Occidentis Episcopos vel seduxerant, vel oppressérant. Donatistis major numerus, Arianis antiquitas opponebatur. Huic præcipue Regulæ innititur Vincen- *p.* 333. 336.
tius; in Doctrina Religionis nunquam licere quidquam novi afferre, & si permittente Deo non nunquam viri in Ecclesia spectabiles nova doceant, id accidere, ut fides nostra probetur. In hujus rei exemplum adducit Nestorium, *qui sibi*, inquit: Vincentius
magnam apud Episcopos opinionem, & po- Lerinensis.
puli amorem conciliaverat. Qui quotidie prædicans, Judæos, Gentiles, Hæreticos refutabat. Quamvis hujus viri facundia magis admirationi, quam utilitati serviret, & fama vero major esset. Exempla quoque Photini, & Apollinaris memorat, omnium horum errores explicat, & summatim refellit; præcipue contra Nestorium probare contendit, unam esse JEsu Christi Personam, salva Naturarum distinctione. *In Deo*, inquit: *una est substantia in tribus Personis, in JEsu Christo sunt* *p.* 343.
duæ substantiæ in una Persona. Illud repre- *p.* 345.
hendit, quod non nulli voce: *Persona*, abuterentur, accipientes eam in significatione originali nominis latini, pro Per-

sona

Sæculum V. A.C. 433.

ſona ficta, quales in Theatris exhiberi lent; itaque quoties dicebant, Deum h minem factum eſſe in Perſona, voleb dicere, in ſola ſpecie externa factum, in errorem Manichæorum relabebantur.

p. 350. Poſt hanc digreſſionem, iterum refe exemplum Tertulliani, & Origenis, u oſtendat, nunquam unius Doctoris priva Auctoritati fidendum, rurſusque comme

p. 555. dat uſum Regulæ; Doctrinæ antiquæ eſſ inſiſtendum, & omnia excludenda, qu ſapiunt novitatem, infallibilem Hæreſ Notam, cum Religio non ingenii huma ni inventum ſit, ſed Depoſitum, quo

p. 357. Deus Eccleſiæ ſuæ commiſit.

Licitum quidem, inquit: *ſed & utili*

p. 359. *in Doctrina Religionis erudiri, verum in eum tantum finem, ut explicetur, & confirmetur, nihil autem mutetur; rurſus ut*

p. 367. *traditio ſummatim litteris conſignetur, & nova voce fides antiqua exprimatur.* Diverſos deinde modos tradit, quibus Hæreſes tam novæ, quam antiquæ oppugnentur. Hæc in primo Vincentii Lerinenſis monito leguntur. In ſecundo traditarum in primo Regularum applicatio practica docebatur, & modus, quo Auctoritas Patrum, Concilii Epheſini exemplo, adhibenda; at vero ſecundum hunc commentarium Vincentio ſuffuratus eſt non nemo, antequam ultimam manum addidiſſet; hinc omiſſo ſecundo, ad calcem primi

Gennad. catal. c. 63.

mi moniti totius operis summarium po- Sæculum V.
suit. Ultimo Auctoritatem duorum Sum- A.C. 433.
morum Pontificum, S. Sixti, & S. Cœlestini subjunxit.

§. XXIV.

S. Prosperi Opera.

Etiamsi Vincentius in suo opere de Pelagianis, tanquam Hæreticis damnatis, mentionem sæpe ingerat, suspicionem tamen non effugit, eundem ipsum Vincentium (*) objectionum Auctorem esse, quibus S. Prosper respondit. Suspicioni locum dat conveniens nomen, & Vicinia Cassiani, aliorumque Presbyterorum Massilienſium, qui sub idem tempus impugnabant S. Augustini Doctrinam de Gratia, quod modum non teneret, essetque periculosa, ob consequentia, quæ inde deducebant; erant autem propositiones, ut ipsi prætexebant, inde sequentes sexdecim, falsæ, & scandalum moventes, quæ omnes eo collineant; Deum non omnes homines velle salvare, majorem numerum ad damnationem prædestinasse, iisque salutem suam operari esse impossibile, & Deum esse Auctorem peccati. S. Prosper singulis objectionibus singillatim respon-

(*) Anonymus I. non incongrue arguit, alium esse ab isto Vincentium, qui objectiones scripsit,

Sæculum V. A.C. 433.

reſpondet, monſtratque, quantum Doctrinæ Eccleſiæ adverſentur. Inter alia docet, Prædeſtinationem Dei non eſſe cuiquam cauſam lapſus, nec Deum derelinquere eum, qui lapſurus eſt, antequam ipſe Deum derelinquat. *Sæpe*, dicit: *hominem cohibet, ne ſe derelinquat, ſæpe facit, ut poſtquam ſe dereliquerit, redeat.*

ad 12.

S. Proſper ad alios quoque quindecim articulos, quos Galli contra Doctrinam S. Auguſtini afferebant, reſpondit; qui ad illorum ferme ſenſum, quos Vincentius objiciebat, reducuntur; ſcilicet, Prædeſtinationem fatalem hominibus peccandi neceſſitatem imponere, liberum arbitrium nihil eſſe, Deum nolle omnes homines ſalvare, & JEſum Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus. S. Proſper, poſtquam ſingulis propoſitionibus reſpondit, easdem in fine repetit, & digna quamque cenſura caſtigat. In eodem opere dicit,

ad 14.

eos, qui labuntur, non ideo a Deo derelinqui, ut & ipſi eum relinquant, ſed: *ipſi receſſerunt, & derelicti ſunt, ex bonis mali propria ſua voluntate facti.* Et de-

ad 3.

de: *ſi, Deus facit, ut, qui bene currit, labatur, ergo malum pro bono reddit, & injuſte punit id, ad quod faciendum impellit. Quid cogitari poſſit abſurdum magis?* Et rurſus: *Quamvis Dei omnipotentia iis, qui lapſuri erant, vires perſeverandi dare potuiſſet, nihilominus Gratia eos non deſti-*

ad 12.

deſtituit, priusquam ipſi Gratiam repulerint. Et iterum: *ſi quis dicat, aquibusdam juſtis obedientiam aufferri, de Bonitate, & Juſtitia Dei male ſentit.* S. Proſper affirmat, dici poſſe, non omnes homines vocari ad Gratiam, cum ſit populos invenire, quibus Evangelium necdum prædicatum, & parvulos, qui ſine Baptismo moriuntur. Deus nihilominus omnium hominum curam gerit, & nemo eſt, quem non vel prædicatione Evangelii, vel Legis teſtimonio, vel per ipſam naturam moneat. Sed infidelitas ab hominibus eſt, & eorum fides Dono Dei adſcribenda. Quamvis JEſus Chriſtus pro omnibus mortuus ſit, tamen mors ejus illis tantum prodeſt, quibus ſpeciatim applicatur. † Camillus, & Theodorus, Presbyteri, ad Sanctum Proſperum ex urbe Genuenſi miſerunt novem textus, ex Libro S. Auguſtini de Prædeſtinatione, itemque de Perſeverantia excerptos, quos cum vera Doctrina conciliare non poterant; is, datis reſponſis, oſtendit, nihil in his libris inveniri, quod non Catholicæ Doctrinæ ad amuſſim congrueret.

Sæculum V. A. C. 433.

Sent. 7.

Sent. 12.

ad 4. S. Proſper.

ad 8.

ad 9.

† *nempe per Prædeſtinationem.*

At vero inter cœtera S. Proſperi opera, quibus S. Auguſtini defenſionem ſuſcepit, eminet liber contra Collatorem, ſeu Caſſianum, Collationum Auctorem. Hunc librum circa annum 432. ſcripſit, nam dicit, annos effluxiſſe plusquam viginti, ex

Sup. XXIII. §. 3.

Sæculum V. A.C 433.

quo Ecclesia, Ductore S. Augustino, in Pelagianos pugnet. Id de primis S. Augustini libris, ad Marcellinum anno 412. directis, intelligi oportet. S. Prosper in suo libro duodecim Cassiani propositiones, ex decima tertia Collatione, ubi Abbatem Cheremonem loquentem inducit, extractas, ad examen revocat. Prima Catholica est, tradens regulam, Deum non solum boni operis, sed præterea omnis bonæ cogitationis principium esse.(*) In cœteris propositionibus Cassianus Pelagianis favet, dicens; multos ad Gratiam pervenire sine Gratia. Hominem quandoque suis viribus in virtutem ferri posse. Tam unum quam alterum Auctoritate Scripturæ fundari. Liberum Arbitrium ad Salutem tantum conferre, quantum Gratia. Adamum peccando non amisisse scientiam Boni. Omnia Sanctorum merita non ita ad Deum referenda, ut solum malum naturæ tribuatur. Om-

Sup. XX. §. 3. XXIV. §. 56.

ni

(*) Non ita certum, & constans est, sicut affirmat Fleurius, primæ propositionis sensum esse Catholicum; nam disputantes cum Catholicis Pelagiani haud difficulter admittebant, Deum omnis bonæ cogitationis esse Principium, sed quomodo? nempe non per Gratiam, sed quod homini liberum arbitrium contulisset, & bonæ cogitandi facultatem naturalem. Nolim etiam hic Cassiani Judicem agere, & simpliciter negare, Catholice fuisse locutum.

ni animæ ſua natura quædam virtutis ſe- Sæculum V.
mina ineſſe. Denique Deum quorum- A.C. 431.
dam Salutem totam operari, aliquos vero ſolummodo adjuvare. S. Proſper oſtendit, Caſſianum in omnibus his favere Pelagianis, & ſibimetipſi contradicere. Sub finem hujus operis optare ſe dicit, ut S. Sixtus Papa Pelagianos occultos ejiceret, ſicut Anteceſſores ejus apertos expulerant; additque ſe eos Chriſtiana Charitate toleraturum, quamdiu ab Eccleſia ſeparati non fuerint. Caſſianus ſemper in Communione Eccleſiæ vixit, & iſta cenſura, licet æquitate nitatur, non obſtante, collationes ejus, aliique libri ſemper in manibus Monachorum, aliorumque hominum, pietatem amantium, fuere, quod in omnibus reliquis ſanam Doctrinam, & ſublimem Aſceſin ſpirent.

§. XXV.

Libri Mercatoris.

Circa illud etiam tempus Marius Mercator librum ſuum, ſeu Annotationes, ſcripſit. Cum libros Juliani contra S. Auguſtinum, & S. Auguſtini Reſponſiones accepiſſet, ad pleraque loca in Juliani ſcriptis annotationes adjecit, ut errores manifeſtaret, quos deinde, ad preces cujusdam Presbyteri, cui nomen Pientius, collegit. In capite brevem ad Lectorem admonitionem poſuit, qua ſummatim ſta-

Sæculum V. A.C. 433.

tum quæstionis, & hujus Hæresis historiam explicat, cujus Auctores Theodorum Mopsuestenum, & Rufinum Syrum dicit. De Sancto Augustino loquitur tanquam defuncto; unde conjiciendum, opus istud non ante annum 432. ab ipso editum, nempe soluto Concilio Ephesino, quando a Diacono Bassula ultimos S. Augustini libros accepisse poterat. In hoc opere Mercator primo in singulis articulis verba Juliani ponit, tum S. Augustini responsionem, & tertio, quæ sibi confirmandis S. Augustini dictis idonea videbantur.

Sup. XXIII §. 1.

Scripsit quoque Mercator, ut refelleret aliqua opera Theodori Mopsuesteni, quem ipse tanquam Auctorem utriusque Hæresis Nestorii, & Pelagii habebat. Symbolum Theodori refutavit, nempe ejusdem, qui in Concilio Ephesino, Actore Presbytero Charisio, damnatus fuerat. Excerpta cujusdam operis Theodori contra S. Augustinum, & Doctrinam de peccato originali, & alterius operis de Mysterio Incarnationis traduxit. His excerptis, latine redditis, Mercator Notas, quibus ea refutabat, subjunxit.

Edit. Garn. p. 2. p. 249.

Sup. XXV. §. 56.

§. XXVI.

Schismatici in Oriente.

Fuere, qui paci, inter Joannem Antiochenum, & S. Cyrillum initæ, repugnarent

narent. Multi, qui in Concilio Ephesino ex parte Nestorii steterant, ægerrime ferebant, quod Joannes causam amici destituisset; inter eos cœteris celebriores erant Theodoretus, & Alexander Hierapolitanus, ejus Metropolita. Theodoretus super Doctrina consentiebat, & S. Cyrillum esse Catholicum fatebatur, postquam in epistolis, ad Acacium Bereensem, & Joannem Antiochenum datis, fidem suam explicasset, & clare duas in JEsu Christo Naturas agnovisset, omnem confusionem rejecisset, & Apollinaris Hæresi Anathema dixisset; *retractavit Cyrillus suam opinionem*, ajebat, *& suos ipse duodecim articulos destruxit;* sed adduci non poterat, ut ipsum Nestorium desereret, quem contra jus damnatum, cum Doctrina ejus non satis esset intellecta, credebat. Ita hac de re ad ipsum Nestorium scripsit. Alexandro Hierapolitano inita reconciliatio secundum nullam partem probabatur. Is moveri non poterat, vel ut damnaret Nestorium, cujus Doctrinam sanæ rationi, & Scripturis conformem existimabat, vel communicaret S. Cyrillo, quem semper tanquam Hæreticum aversabatur; imo etiam a Communione Joannis Antiocheni, omniumque illorum, qui pacem inierant, recessit; *certissime scito!* ajebat ad Andream Samosatenum, *nolle me, cum ipsis mihi partem esse, etiamsi*

Sæculum V. A. C. 433.

Synod. Baluz. c. 88. 95. 110.

c. 120.

c. 96.

c. 100. 104.

Sæculum V. A.C. 433.

exilium, mortem, præcipitia, ignes, a
Beſtias mihi objecerint; Deo juvan
c. 93. *omnia potius feram, quam cum ipſis co*
municem! ad Theodoretum dicebat:
c. 94. *ea, quæ a Paulo propoſita, & ab Ægypt*
acceptata, nunquam conſentiam, &
millies mori cogerer, & ſi totus terrar
orbis conſentiret! præprimis hæret i
Nomine Matris Dei, quod non niſi, ſicu
Neſtorius, cum Nomine Matris Chriſ
conjunctum admittit.

Inter hunc Alexandrum, Theodore-
c. 97.98.99. 101. 103. tum, & Andream Samoſatenum conve-
nerat, ut Zeugmate colloquerentur, &
hac ſuper cauſa deliberarent. Uterque
Alexandrum hortabatur, ut reconciliari
vellet; ipſe vero Theodoreto reſpondit;
c. 100. nihil profuturum colloqui, ſi ipſi Joannis
Antiocheni facto non eſſent offenſi, qui fi-
dem prodidiſſet, & Neſtorium damnaſſet,
cum ſciret innocentem, & orthodoxum.
Andreæ reſpondit: *fruſtra jam hac ſuper*
Alexander Hierapolitanus. *re ad te ſcriberem, vel tu ad me. Non*
ante ab Eccleſia mea diſcedam, quamvis
diſcedendum mihi prævideam, niſi vi ſæcu-
c. 104. *lari depulſus, ne ſponte derelinquere Je-*
ſu Chriſti gregem videar. Et in alia epi-
ſtola: *non amplius communico nec tecum,*
nec cum Cyrillo, feciſti, quod tuum erat,
ovem errantem quæſiviſti, hæc autem re-
dire non vult; jam quieſce! coram terri-
bili Tribunali alter alterius vultum vide-
bimus.

bimus. Andreas videns, Alexandrum acerrime contra se commotum, ad œconomos Ecclesiæ Hierapolitanæ scripsit, velle se in communione non solum Joannis Antiocheni, sed etiam omnium Episcoporum Catholicorum, Sixti, Cyrilli, Maximiani, Rabbulæ Edessæni, Acacii Melitinensis, aliorumque vivere. Joannes Germaniciensis quoque pacem amplexus est. Joannes Antiochenus Theodoreto mandatum dedit scriptum, sed secreto, ut suo nomine omnia, quæ sibi viderentur, faceret, quo pertinacissimos ad unionem reduceret. Sæculum V. A. C. 433. c. 106. c. 105. 109.

Maximinus Anazarbensis, & Episcopi secundæ Ciliciæ, Suffraganei ejus, Nestorio adhærebant. Hi Concilium Anazarbe celebrarunt, cui Maximinus præfuit. Depositionem S. Cyrilli in Concilio Ephesino, suo judicio legitimam, confirmarunt, omnesque illos excommunicatos pronuntiarunt, qui eundem in suam Communionem recepissent, donec duodecim ejus articulos damnaverint. *Etiamsi*, ajunt: *nos propterea ignem, ferrumque, sustinere, & Bestiis tradi oporteret.* Helladius Tarsensis, primæ Ciliciæ Metropolita, actis hujus Concilii accessit. c. 122. c. 111. 112. c. 113.

Eutherius Thyanæus, secundæ Cappadociæ Metropolita, & Helladius Tarsensis, consilium cepere, ut Episcoporum c. 114. c. 116.

Sæculum V. A. C. 433.

Occidentis auxilium implorarent; ro-
garuntque Alexandrum, & Theodore-
tum, ut operam jungerent. Ergo prol-
xam epistolam ad S. Sixtum Papam scri-
pserunt, in qua totam Historiam de acti-
in Concilio Ephesino, de erroribus, ut ipsi
loquuntur, S. Cyrilli, & de Joannis An-
tiocheni reconciliatione texunt. Hi
subjungunt: *Pedibus tuis advolvimur*
supplices, ut nobis manum porrigas, ju-
beasque, in hæc omnia inquiri, Pastores
per nefas pulsos, revocari, congregari ove
dispersas, de æterna Salute periclitantes,
cum a manibus Hæreticorum recipere
nolint Baptismum, vel Communionem My-
sticam, quam a manibus Orthodoxorum
accipere non sinuntur. Nos ipsi, diversa-
rum Provinciarum Episcopi, nempe Eu-
phratesianæ, utriusque Ciliciæ, Secundæ
Cappadociæ, Bithyniæ, Thessaliæ, & Mæ-
siæ, jam diu iviſſemus, querelas nostras
inter lacrymarum torrentes in sinum tuum
deposituri, nisi nos metus luporum, gre-
gibus nostris imminentium, retinuisset.
Hinc Clericos, Monachosque mittimus, qui
nostro nomine zelum tuum excitent, &
permoveant, ut celeriter ad opem nobis
ferendam venias! Missa fuit hæc epistola:
sed pronum est, judicare, eam Romæ ni-
hil potuisse efficere, postquam illa Sedes
S. Cyrilli Doctrinam, Acta Concilii Ephe-
sini, & Joannis Antiocheni reconciliatio-
nem

c. 117.

c. 119.

nem ſolemniter approbaſſet. Verumtamen non caret ſua utilitate hæc epiſtola, quia argumento eſt, Epiſcopos usque ad extremos Orientis angulos perſuaſum ſibi habuiſſe, omnibus jus competere, ut, ſi ſe a ſuis Superioribus vexari, & Eccleſiam affligi crederent, ad Papam poſſent recurrere. (*)

Sæculum V. A. C. 434.

§. XXVII.

Obitus Maximiani. Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

Interea Maximianus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſubito fatis functus eſt, 12ma Aprilis anno 434. cum Aſpar, & Areobindus Conſulatum gererent, poſtquam hanc Eccleſiam annis duobus, & menſibus quinque in pace rexiſſet. Obiit in Cœna Domini. Neſtoriani, quorum non exiguus Conſtantinopoli erat numerus, in diverſis Civitatis plateis concurrentes, magno clamore poſtulabant, ut Neſtorius revocaretur, auſique, minas adjicere, ipſam urbem ruinæ proximam eſſe, ſeque Eccleſiam concrematuros. Theodoſius Imperator, ut tumultum aver-

Socr. VII. c. 40. Col. Lup. al. Synod. Baluz. cap. 150.

(*) Fidele Fleurii Teſtimonium, quo Anonymus II. abunde refutatur. Interpres quoque Acatholicus hæc fideliter transtulit, & cum hic loqui oportuiſſet, & teſtimonium luculentiſſimum refellere, ſilet, ut piſcis.

Sæculum V. A. C. 434.

averteret, illico Proclum eligi, eumque possessionem capere curavit, antequam Maximiani corpus terræ mandaretur.

Socr. c. 41. igitur Proclus Maximiano justa persolvit. Novus Episcopus ad Lectoratum adhuc admodum juvenis promotus fuerat, & sub Magistris Rhetoricæ operam navaverat. Virili jam ætate, Episcopo Attico se addixit, cui ab epistolis fuit; cum multum proficeret, Atticus eundem Diaconum ordinavit; ad Presbyteratum deinde evectus, & a Sisinnio, ut dictum, in Episcopum Cyzicenum ordinatus, quia populus recipere eum noluit, Constantinopoli remansit, & Presbyterorum officio fungebatur. Nihilominus ordinatio ejus ad Sedem Constantinopolitanam pro translatione ab una sede ad aliam habita; (*) verum in medium adductæ epistolæ S. Cœlestini Papæ ad S. Cyrillum, ad Joannem Antiochenum, & ad Rufum Thessalonicensem datæ, quæ difficultatem tollebant, & probabant, nihil esse, quod ejusmodi translationibus obstet. Conjectura est, epistolas istas ante annos duos fuisse missas, cum in locum Nestorii, depositi,

(*) Auctoritas Papæ in Translatione Episcoporum hic dispicitur. Interpres Protestans in hac una pagina quater verba Fleurii ineptissime transtulit, v. g. *Melanius*, pro *Melania junior*. Supina negligentia!

depositi, alius Constantinopoli Episcopus esset eligendus. Hujus Translationis occasione, Socrates quatuordecim Episcoporum, ob Ecclesiæ utilitatem translatorum, exempla recenset. Sæculum V. A. C. 434. *Socr. VII. c. 36.*

Episcopi, qui Proclum elegerant, epistolam Synodicam dederunt, in Orientem missam, ab omnibus Episcopis signandam, nisi in pœnam, tanquam Schismatici, deponi mallent. Proclus optimam Attici indolem, cujus Discipulus fuerat, moribus retulit, imo mansuetudine, & patientia erga ipsos etiam Hæreticos superavit, credebat enim, hanc viam illis reducendis aptiorem, quam si rigor adhiberetur. Procli Episcopi tempore Sancta Melania junior Constantinopolim venit, a propinquo suo Volusiano rogata, qui cum Romæ Præfectus esset, Constantinopolim publicæ Legationis munere missus fuerat. Ille est Volusianus, Tribuni Marcellini amicus, ad quem olim S. Augustinus scripserat. Is in Gentilitate permanserat, tunc vero Neptis suæ hortatu, & Episcopo Proclo fidem docente, conversus est; in morbum deinde lapsus, baptizatur, & haud diu postea vitam cum morte mutavit. Eodem anno 434. Procli primo, Imperator Theodosius legem edidit, ut bona Clericorum, & Monachorum, sine Hærede decedentium, Ecclesiæ, aut Monasterio propria fierent. *Lup. c. 150. vit. S. Mel. ap. Sur. 31. Jan. Phot. cod. 53. Sup. XXII. §. 51. Sup. XXIV §. 21. L. 1. C. Theo. de bon. Cler. lib. 5.*

§. XXVIII.

Sæculum V.
A.C. 434.

§. XXVIII.

Lex contra Schismaticos.

Lup. c. 123. Joannes Antiochenus, per epistolam Tauri, Prætorio Præfecti, de ordinatione Procli certior factus, haud modicum gaudium testatus est, quod speciatim viri hujus virtutem sibi perspectam haberet. *At vero*, dicit in suis responsoriis: *postquam bonum hoc opus perfeciſtis, rogo vos, ut etiam de pace in has Regiones reducenda cogitetis; paucos enim invenire est refractarios, qui pacem, quam nobis Deus Imperatoris Ministerio dedit, injuriam putant, & qui vestra Bonitate, nostraque abuntur.* Nec satis id scripsisse Joanni Anti-
c. 124. cheno visum, sed etiam virum, cui nomen Verius, Constantinopolim misit, qui petiit, obtinuitque a Cæsare mandatum, quo omnes Episcopi Orientis, vel cum Joanne communicare, vel ab Ecclesiis suis discedere jubebantur. Hoc mandatum directum ad Domitianum Quæstorem, qui illud Helladio Tarsensi insinuavit, exhortans, ut ultro obediret, atque cum omnibus primæ, & secundæ Ciliciæ Epis-
c. 125. copis Joanni reconciliaretur, antequam ipse accepta mandata in publicum edere teneretur.

Aliud etiam Imperatoris mandatum emanavit; ne Episcopi Orientales ad aulam proficiscerentur, aut omnino ex suis Eccle-

Ecclesiis exirent. Id Joannes Antiochenus ad Alexandrum Hierapolitanum misit, ut suis Suffraganeis notum faceret; at Alexander, qui cum Joanne non communicabat, epistolam a suo Notario recipi jussit, & responsoriam ad Imperatoris Ministrum, qui sibi Joannis epistolam attulerat, direxit. Sæculum V. A.C. 434. c. 126.

Cœterum promisit, imperata se facturum, nempe ad Regiam non ire, & sua Ecclesia non excedere. Interim ipse, & sex ipsius Provinciæ Episcopi ad Episcopos Syriæ, primæ, & secundæ Ciliciæ, & secundæ Cappadociæ, epistolas dederunt, ut eorum animos adversus Joannem Antiochenum irritarent; queruntur, Ecclesiam ordinationibus illicitis turbari, venale jam esse Sacerdotium, quod infamis vitæ hominibus prostitueretur. In subscriptione notat Alexander, plus annum effluxisse, ex quo cum Joanne Antiocheno non communicet, quod ann. 434. indicat. Meletius Mopsuestenus, & tres alii ex secunda Cilicia, edixerunt, firmos se adversus Joannem Antiochenum persistere. Aliarum Provinciarum Episcopi nihil responderunt, quod constantis animi indicium esset. Duæ erant ordinationes illicitæ, de quibus queruntur Schismatici, præsertim ordinatio Athanasii, Presbyteri, & œconomi Dolichii, in ejusdem Ecclesiæ Episcopum in locum c. 127. c. 129. c. 130. c. 132. c. 133. 135. 165. Schismatici.

Sæculum V. A.C. 435. locum Abib consecrati, & Mariniani Episcopi Barbalissæ, in Acilini locum constituti. Novorum istorum Episcoporum vita irreprehensibilis non erat; praterea objiciebatur, has ordinationes absente Metropolita, & illius Provinciæ Episcopis, factas. Verum cum id ipsum ageretur, ut Schismatici suis Ecclesiis pellerentur, haud dubie nemini in mentem veniebat, ipsorum consensum exquirere. Alexander Hierapolitanus, & Suffraganei ejus, ut nullam viam relinquerent intentatam, Principes Regias, nempe Pulcheriam, & Sorores ejus in suas partes trahere conati sunt. Ad has ergo
c. 135. Clericos, & Monachos miserunt, ferentes epistolam, qua Joannis Antiocheni persecutionem se pati gravantur, ipsum in eorum Provincia duos Episcopos, quorum mores Fidelibus scandalo essent, ordinasse; alii recentissime in Ecclesia Martyris S. Sergii, in Diœcesi Hierapolitana sita, manus imposuisse. Rogant Principes, ut hæc mala ad Imperatorem deferant, qui Auctoritate Cæsarea remedium ferat. Non invenimus, hanc epistolam quid-
c. 165. quam Schismaticis profuisse. Alias quoque Alexander queritur, istam S. Sergii Ecclesiam sibi fuisse ereptam, in quam se dicit, prope trecentas auri libras impendisse, suamque Ecclesiam multo ære alieno gravasse. Nempe illam Ecclesiam magnifice reparaverat.

Ex

Ex alia parte Proclus Dorotheum Marcianopoli ejicere adlaborabat, Mœsiæ Metropolitam; & hunc in finem Clericis, populoque illius Ecclesiæ scripsit; ipsi vero chariſſimum sibi Episcopum fortiter tuebantur. Dorotheus, cum hæc nova ad Alexandrum Hierapolitanum perscriberet, eundem invitabat, ut Constantinopolim proficiscereturque, & Cæsaris alloquium peteret. Hæc forte causa mandati fuit, ne Orientales ad Regiam venirent. Sæculum V. A. C. 434.

§. XXIX.

S. Cyrilli Defensio.

Econtra fuere ex Catholicis non nulli, qui S. Cyrillum reprehenderent, dicerentque, ipsum in illa Reconciliatione Orientalibus nimium concessisse. Verba expositionis eorum rursus examini subjiciebant, & quærebant: *quare Cyrillus permiſit, imo & probavit, ut duas Naturas nominarent? jam Neſtoriani dicunt, Cyrillum ſibi aſſentiri, & illis, qui veritatem non perſpiciunt, imponunt.* Ejusmodi falsum rumorem Constantinopoli quoque sparsum fuisse, colligimus ex iis, quæ S. Cyrillus dicit in epistola, ad Presbyterum Eulogium, suum in ea urbe mandatarium, data; docet enim, quomodo his objectionibus respondendum, & Doctrinam Catholicam in hoc puncto ex- *Conc. Eph. p. 3. c. 37.*

Sæculum V. A. C. 434. exacte explicat. Ad Donatum etiam, Epi-
copum Nicopolitanum in Epiro, scripsi-
Ibid. c.386. ut ejusmodi criminationes anteverteret
retractasse se, quæ contra Nestorium
scripsisset, & omnia, quæ in hac conven-
tione acta, atque Pauli Emeseni tracta-
tionem enarrat.

Rursus S. Cyrillus hujus rei rationem
reddit Acacio Melitinensi, antiquo suo
amico, & postquam factum recensuit,
subjungit: *Nestorii Sectatores in desper-
tionem acti, quod ab omnibus deserantur,
similes videntur hominibus natantibus,
jamjamque submergendis, qui, quodcunque*
p. 1115. *occurrerit, manibus arripiunt. Famam
virorum, a se dissentientium, nequiter
proscindunt. Dicunt, Orientales errori-
bus Nestorii non renuntiasse, meque ipsum
accusant, quod contraria sentiam ab iis,
quæ scripsi, & novum Symbolum, quasi
spreto antiquo, receperim. Sed quæso! si
ipse Nestorius suos errores damnasset, &
scriptam Confessionem fidei Catholicam
tradidisset, quis diceret, eundem novum
Symbolum condidisse?* Explicat deinde,
quantum Expositio fidei, quam ab Orien-
talibus acceperat, a Doctrina Nestorii
differat.

Cum idem Acacius a S. Cyrillo petiis-
*Levit.*16,5. set, ut sibi explicaret, quid Hircus Mysti-
Cyr. op. p. cus emissarius, cujus in Levitico mentio
121. fit, significet; S. Cyrillus longam ad eum
dedit

dedit epistolam, in qua dicit, fuisse figuram JEsu Christi, æque ac alterum, qui eodem tempore immolabatur. Hunc JEsu Christi Humanitatem exhibere, secundum quam pro nobis passus est, emissarium vero Divinitatem, secundum quam liber, & a morte exemptus fuit. Eodem modo cæremoniam explicat de duabus avibus, quas Leprosus in suam emundationem offerre tenebatur. Arrepta hac occasione fusius de Mysterio Incarnationis differit, & unitatem Personæ in duabus Naturis exponit. S. Cyrillus aliam epistolam apologeticam scripsit ad Successum, Episcopum Diocæsarienſem in Isauria, qui ipsum consuluerat, num dicere oporteret, duas in JEsu Christo esse Naturas. In ea primum contra Nestorium asserit, JEsum Christum tam ante quam post Incarnationem unum esse, & ulterius probat, hanc unionem ex duarum Naturarum concursu oriri; nos easdem post unionem non amplius dividere, sed cum Patribus dicere, unam Naturam Dei Verbi incarnatam, quod statim explicat, dicendo, duas adesse Naturas unitas, sed JEsum Christum unum esse. Exemplum adducit Naturæ humanæ, in qua homo quilibet unus est, quamvis compositus ex anima, & corpore, quæ diversissimæ sunt naturæ. Ad aliam postea Quæstionem respondet; quomodo JEsu Christi

Sæculum V. A. C. 434.

Conc. Eph. 3. *p.* 6. 36.

Epist. p. 127.

Levit. 14, 4. *&c.*

S. Cyrillus. *Ep. Cyr. p.* 135.

p. 137.

Sæculum V. A.C. 434. Corpus post Resurrectionem sit Divinum nempe non quia natura aliud est, sed quo ab infirmitatibus humanis liberum sit.

Successus, accepta hac explicatione quasdam contra objectiones misit, quibus *Epist. p. 141.* S. Cyrillus longiore iterum, quam prius fuerat, epistola respondit. Probat, si dum unam dicit Naturam, nullam ideo admittere confusionem, aut commixtionem, quia Divinitas immutabilis est, & Humanitas integra in JEsu Christo remanet, nam non est simpliciter una Natura sed una Natura incarnata. Notat, in Sacra Scriptura tres de JEsu Christo loquendi modos occurrere; quædam soli Divinitati congruere, quædam soli Humanitati, & alia utrique. Has duas epistolas, sicut & præcedentes, S. Cyrillus eum in finem scripsit, ut objecta sibi ob Reconciliationem cum Orientalibus dilueret.

Conc. Ephes. 3. p. c. 40. Similem ferme epistolam dedit ad Valerianum, Episcopum Iconiensem, qui fidem Catholicam de Incarnatione explicat; sub finem addit: *ajunt, eam ejus aliquorum temeritatem, ut in vulgus edicant, errorem Nestorii apud Episcopos Orientis obtinuisse, ideo necessarium duxi, ut te hac super re veritatem edocerem.* Narrat deinde, quomodo Joannes, & cæteri clare mentem suam exposuerint, & subjungit: *si ergo aliud sentire insimulentur*

ne credas; eos, qui talia dicunt, rejicias, tanquam mendaces, & si epistolæ ipsorum nomine scriptæ producantur, falsas esse scias. Rursus similia scripsit ad Maximum, Diaconum Antiochenum, qui gravabatur, cum Joanne Episcopo communicare, quod is in Communionem suam recepisset Nestorianos, quorum conversionem parum sinceram Maximus credebat. Huic S. Cyrillus suadet, ut abjuratione externa contentus, in intima conscientiæ eorum penetrare nolit.

Sæculum V. A. C. 434.

Ep. ad Max. to. 5. p. 192.

§. XXX.

Epistola S. Isidori Pelusiaci.

Sanctus Isidorus Pelusiota S. Cyrillum reprehenderat, quod ipsum crederet animorum dissensionem alere. *S. Scripturæ exempla me terrent,* inquiebat: *& ut tibi scribam, quæ necessaria videntur, cogunt. Si Pater tuus sum, ut dicis, exemplum Heli horreo; si Filius tuus, quod verius est, nam S. Marci vicem geris, Jonathæ sortem timeo, qui Parentem non cohibuit, ne Pythonissam consuleret. Ne igitur uterque damnemur, fac contentionis finem! noli privatæ injuriæ ultionem cum Ecclesiæ detrimento urgere, nec sub Religionis specie inimicitias æternas fove.* Cum vero deinde ad ejus notitiam deveniissent ea, quæ S. Cyrillus scripserat, ut Orientalibus satisfaceret, iterum S. Isi-

Lib. 1. epist. 370.

Sæculum V. A. C. 434.

dorus, ratus ipsum adversariis nimium indulsisse, rescripsit in hunc modum:

L. 1. p. 324.

Semper constantem te esse oportet; nunquam ita te timor occupet, ut Dei causam prodere audeas, & tibimetipsi adversus videaris; si enim ea, quæ novissime scripsisti, cum epistolis prioribus conferas, agnoces, te vel adulationis, vel levitatis, vel certe inconstantiæ notam mereri; observabis, inquam: neutiquam te illustres illos athletas imitari, qui totam vitam in tristi exilio agere maluerunt, quam opinioni erroneæ, vel a longe, aurem præbere.

Ex prima istarum epistolarum videmus, S. Isidorum fuisse tunc admodum Senem, quem S. Cyrillus, maximæ Sedis Episcopus, Patrem appellaret. Ex utraque libertas apparet, qua scribere solebat, & in omnibus ejus notatur epistolis; earum quippe maximus est numerus, præsertim dogmaticarum, quibus vel loca Sacræ Scripturæ difficiliora explanat, vel Religionis Doctrinam confirmat. Aliæ Disciplinam respiciunt, & in iis viros Ecclesiasticos, ipsos Episcopos, & speciatim Monachos instruit. Tandem aliquæ Doctrinam Moralem tractant, atque omnis status, & conditionis hominibus laicis erudiendis scriptæ sunt.

Lib. III. ep. 195.

Cum non nemo S. Isidorum per litteras consultasset, quid sentiendum de efficacia Baptismi in infantes? respondit; vilem

vilem valde Ideam de hoc Sacramento illos sibi fingere, qui putarent, nulli alii Bono esse, quam ut animam a macula, per peccatum Adami contracta, purget; dicit præterea, excellentes Baptismi virtutes esse, quod gratias plurimas supernaturales per regenerationem, Sanctificationem, & Adoptionem conferat, hominem idem cum JEsu Christi corpore effici, & participatione Sacrorum Mysteriorum Carni ejus uniri. (*) Nempe illa ætate Baptismus nunquam nisi cum S. Eucharistia etiam infantibus conferebatur, atque tam unum, quam alterum ad Salutem necessarium credebatur, quod in alia epistola affirmat. Saeculum V. A.C. 434. *Lib. II. ep. 52.*

§. XXXI.

Mandata contra Schismaticos.

Cum primo Cæsaris mandato haud multum fuisset effectum, alterum contra Schismaticos Orientales editum, & quidem nominatim contra Helladium Tarsensem, Maximinum Anazarbensem, Alexandrum Hierapolitanum, & Theodoretum, quo Joanni Antiocheno communicare jubebantur, si detrectarent, a suis Ecclesiis pellerentur. Mandatum istud *Coll. Lup. c. 142.*

(*) Ex his verbis realis Præsentia Christi in Eucharistia probatur. Quis enim de præsentia Symbolica ita loqueretur?

Sæculum V. A. C. 434.

Comes Titus, Vicarius in Oriente, direxit ad Dionysium militum Magistrum qui rem singulis quatuor Episcopis indicavit. Ad Helladium etiam illi, qui Constantinopoli negotia ejus curabant perscripserant, magnam ibi Proclo esse Auctoritatem, eumque ad Joannem Antiochenum epistolam suam Synodicam missurum, additis litteris Imperatoris, quibus imperabatur, ut, qui eam recipere nollent, suis Ecclesiis ejicerentur. Helladius acceptum nuntium Meletio Mopsuesteno communicavit, consilium requirens, quid factu opus esset; Meletius respondit, non posse se nec Proclum, nec Joannem Antiochenum, tanquam Episcopos agnoscere, & si totus Mundus Sæculi præsentis corruptionem sequeretur, statutum sibi, puram servare conscientiam. In alio loco dicit: *ex quo Joannes Cyrillo se junxit, unica vice litteras ex manibus cujusdam Magistrianni accepi, sed extemplo eas afferenti in faciem projeci, qui nequidem responsum petere ausus est.* Meletius iste fuit ex illis, qui in Schismate usque in finem perseverarunt.

c. 143
c. 144.
c. 145.
c. 155.

Comes Titus ad Theodoretum Epistolam dedit, simulque ad Monachos, & speciatim ad illos qui cœteris illustriores erant, scilicet S. Jacobum Nisibiensem juniorem, S. Simeonem Stiliten, & S. Baradatum.

c. 146.

tum. In Epistola ad Theodoretum dicebat; nisi initæ paci accederet, ejiciendum esse, & alium in ejus locum ordinandum. Has quidem minas Theodoretus solo risu excepit; eum vero Sanctorum Monachorum instantissimus hortatus, & objurgatio vehementer commoverunt. Initio indignatio animum subiit, & prope fuit, ut, ira superante, urbe, & Provincia relicta, in solitudinem migraret, denuo vitam asceticam ductu-
rus. Flecti tamen se passus est, cum Sancti Monachi promitterent, se euntem comitaturos, ut simul omnes cum Joanne Antiocheno deliberarent in loco, Gindarus dicto, media inter Cyrum, & Antiochiam via sito; nam Theodoretus usque Antiochiam ire nolebat, ne cum Joanne aperte communicare videretur. Hæc omnia præscripsit ad Alexandrum Hierapolitanum, qui ei respondit: *Audio, Hæresin illorum, qui Deum passibilem faciunt, regnare Constantinopoli, ubi aperte prædicatur.* (Doctrina Catholica ipsi Hæresis est) *Equidem Sanctorum Monachorum contra nos zelo non nihil moveor, verumtamen etiamsi omnes a Mundi exordio mortuos ad vitam revocarent, tamen eos rogo, ut acquiescant, & pro nobis orent; si damnant nos, ignoscat illis Deus; majoris Auctoritatis non sunt, quam Apostoli, aut Angeli de cælo, quos*

Sæculum V. A. C. 434.

Theodoretus.

Sæculum V. A. C. 434.

JEsus Christus ex ore S. Pauli anathem tizat, si quid præter ejus Evangelium pr

Gal. 1. 8.

dicent. Si quemquam ad eos mittas, m nomine certos esse jube, si mihi Joann totum Regnum Cælorum in præmium de ret, me cum ipso non communicaturu donec illud fuerit correctum, quod huic niversali fidei Diluvio causam dedit Laudetur Deus! pro Adversariis Conc lia, Episcopi, Regna, Judices stant; n vero Deum, & fidei ejus puritatem lo bemus. (*)

c. 148. Rursus Theodoretus ad eum scripsit: *Quæso, ne tantum de fide sollicitus fi sed & de pace Ecclesiarum, quæ rever nimiis motibus concutiuntur. Jam vul*

c. 151. *gi fabula simus.* Et alibi: *Quantum m hi licet futura conjicere, obstinationem nostram nullum bonum sequetur, turbe buntur Ecclesiæ, greges nostros lupi invad dent. Timendum, ne Deus rigorem no strum nimium puniat, quodque privatam magis, quam populorum utilitatem quæ ramus. Confer lucrum, & damnum, & minus malum elige!* Reposuit Alexan

c. 152. der: *Inutile est, eadem multoties repeti re. Epistolas meas ante scriptas relege & noli mihi ultra molestus esse. Vivat Deus! si lucrum aspicio, amorem, & de fide*

(*) Similia dicunt Protestantes, & cum Ale xandro falluntur.

siderium Deo fruendi honori, & Gloriæ huius Sæculi præpono, si jacturam æstimo, malo hic Exilium, mortem, & opprobria hominum perpeti, quam ibi supplicium æternum! ne mireris, si in Epistolis nostris diversissima affirmemus; tibi Cyrillus Catholicus est, mihi Hæreticus. Sæculum V. A. C. 434.

Dum nostra ætate Beati Episcopi Meletius, Eusebius, Barsès, aliique ejiciebantur, Deo Ecclesiæ eorum curæ fuerunt, nec ab expulsis Episcopis deinde ovium ratio reddenda fuit. Fac, quod tuæ magis proficuum credideris. In Epistola ad Meletium Mopsuestenum idem Alexander dicit: *Tempore Diluvii suffecit Deo virum unum, & in fornace Babylonica haud plures, quam tres sibi eligere.* *Sup. XVI. §. 26. 33. XVII. 16.* *c. 156.*

§. XXXII.

Theodoreti, & Cilicum ad Ecclesiam reditus.

Theodoretus Joanni Antiocheno collocutus, consensit, ut nulla de Nestorii Depositione fieret mentio, sed tantum de fide, de qua cum inter ambos conveniret, ad Joannis Communionem rediit. Maximinus Anazarbensis, aliique secundæ Ciliciæ Episcopi, conditionibus his acceptis, totius Provinciæ nomine ad Joannem Antiochenum litteras dederunt, quibus ejus Communionem petebant; *c. 160. 162. 161.*

Sæculum V. A. C. 434.

bant; solo excepto Meletio Mopsuesteno, cui schisma præplacuit; nam dicebat: *Nihil interest, an majori vel minori numero adhæream.* Theodoretus etiam Helladio Tarsensi, aliisque primæ Ciliciæ Episcopis persuasit, ut huic paci subscriberent. Episcopi Isauriæ quoque transactioni manus dedere. Itaque cum solius Meletii pervicacia inter omnes Ciliciæ Episcopos frangi non potuisset, Joannes Antiochenus, ipso deposito, in ejus Sedem Mopsuestenam Chomasium seu Thomam, ordinavit, & ab Imperatore mandatum obtinuit, quo Meletius Melitinam Armeniæ in Exilium mitteretur.

c. 157. 159. c. 158. c. 160. 161. c. 166. 168. 171. c. 173. 174. 175. c. 176. 177.

c. 179.

Tunc vero Theodoretus extremos conatus adhibuit, ut Alexandrum Hierapolitanum permoveret. Scripsit in verba submississima: *Se pedibus ejus advolvi, & genua amplecti.* Scripsit etiam ad Mocimum, Ecclesiæ ejus œconomum. Scripsit quoque ad Nestorium, rogans eum, ut Alexandrum ad pacem exhortaretur; siquidem hæc Epistola vere Theodoreti est. Alexander Theodoreto respondit: *Persuasum mihi, nihil, quod tuum esset, pro salute infelicis animæ meæ omissum; imo plus quam Bonus Pastor ex Evangelio feci sti, qui ovem perditam semel tantum quæsivit. Quiesce igitur, & cessa imposterum te, nosque fatigare.*

c. 166. 168.

c. 170.

c. 167.

tigare. Non ego curo, quid Cilices, & Isauri faciant. Etiamsi vero omnes, qui a Mundi primordio defuncti vita sunt, resurgerent, & abominationem Ægypti nomine Pietatis decorarent, non eos majori fide dignos crederem, quam scientiam, quam dedit mihi Deus. Et inferius: *Non insanio, necdum mente captus sum; parce, precor, senectuti meæ. Potius mille mortes subire paratus sum, quam in hanc Communionem consentire.* Post hæc Alexander hac super re nulli amicorum suorum, nec loqui, aut scribere, imo nec in conspectum admittere, nec denique eorum vel meminisse volebat. Sæculum V. A. C. 434.

Ergo Theodoretus, ad Joannem Antiochenum conversus, rogabat, ut patientiæ locum daret, & prohiberet, ne quisquam ultra bono Seni importunus esset. *Nota est tibi viri probitas,* scribit: *nihil nisi quietem quærit, forte data mora mitescet; etsi etiam mentem nunquam mutaret, nihil inde mali sequeretur; tumultum excitare nec vult, nec potest; si vero expellatur, grande malum orietur, divisa erit Ecclesia Constantinopoli, & in pluribus aliis Civitatibus, ubi non nulli sunt, qui rerum ignari Alexandrum fidei purissimæ Defensorem credunt. Magnam haud dubie tibi conciliabis invidiam.* ep. 172.

§. XXXIII.

Sæculum V.
A. C. 435.

§. XXXIII.

Alexander Hierapoli pellitur.

c. 180. 181. Cum ergo Alexandrum constaret e
inflexibilem, nihilominus Comes Di
nysius, & Locumtenens ejus Titus re
sus ad eum scripsere, & amico anim
hortabantur, ut Imperatoris mandato o
bediret, Concilio Ephesino se submitte
ret, & cum Joanne Antiocheno commu
nicaret; nisi faceret, cogi se, mandat
exequi, Ecclesia sua eum pellere, & in e
xilium amandare. Respondit Alexa
der; jam pridem se ad persecutionem
c. 182. sustinendam animo comparatum; hoc
unicum rogare, ut sine tumultu educe
retur. Titus ad Lybianum, Euphrate
sianæ Prætorem, scripsit, ut Alexandrum
pelleret, si imperium respuere perseve
raret, & ejus Sedis possessionem asse
c. 183. reret illi, quem Concilium Episcoporum
ordinasset. Potestatem etiam faciebat
utendi militum opera, qui in illa Civita
te divertebant. *Si tibi*, inquit: *vires*
majores necessariæ sint, aut omnino nostra
præsentia, id nobis indica, & veniemus.
Lybiano hoc mandatum, cum Impera
toris Epistola adjuncta, decima quinta
c. 184. Aprilis anno 435. redditum.

c. 185. Alexander sine mora obediit, & di
scessit, nec ullum dedit indicium, quod
ægre Episcopatum relinqueret. At ve
ro

ro totam civitatem Hierapolitanam ingens consternatio invasit, omnes lacrymis madebant, resonabant plateæ clamoribus lamentantium, eripi sibi Patrem, & Pastorem, qui se ab infantia erudiisset; Doctrinam, & vitæ Sanctitatem dilaudabant, calamitatis ejus Auctores, ipsumque Imperatorem criminabantur; clauserunt Ecclesias, jamque omnia ad seditionem spectabant, clamabantque furentes, sibi ipsis vim illaturos, nisi chariſſimus sibi Episcopus restitueretur. At Prætor Lybianus seditiosos cohibuit, jussit Ecclesias aperiri, & celebrari de more officia. Comiti Orientis, & Joanni Antiocheno omnia, quæ acciderant, per litteras indicavit, sicut & vota populi precesque, quas acclamando in Ecclesia manifestaverat. Joannes Antiochenus scripsit ad populum, omnem se movisse lapidem, ut Alexandrum ad saniora revocaret consilia, *At vero arrogantia*, inquit, *& obstinatio, inexorabilem reddiderunt. Hodieque, si mentem mutet, promptissime ipsum recipiemus, & vobis reddere gaudebimus; si sponte in præcipitium irruat, nos coram Deo, & Hominibus, innoxii eximus.*

Sæculum V. A. C. 435.

c. 186.

c. 188.

§. XXXIV.

Nestorii Exitus.

Nestorius interea in suo Monasterio prope

Conc. Ephes. p. 3. *c.* 45.

Sæculum V. A C. 435.

prope Antiochiam degebat. Tu dem Imperator Theodosius Legem co tra eum tulit, ut Sectatores ejus Simoni tanquam Simonis Magi imitatores, a pellarentur, libri ejus supprimerentu & publice cremarentur; Nestoriani co ventus alicubi agere prohiberentur, facerent, omnibus bonis suis privare tur. Lex ista Latine, & Græce promu gata est, ut ad omnium notitiam perve niret, atque tertio Nonas Aug. ann 435. id est Theodosio decimo quinto Co sule, tertia Aug. data. Anno sequent 436. aliud Rescriptum ad Isidorum, Pre fectum Prætorio, & Consulem directum est, quo jubebatur, Nestorium, privatum omnibus bonis & Ecclesiæ Constantino politanæ adscriptis, Petram in exilium ejicere.

L. ult. C. Th. de hor.

Evagr. 1. hist. c. 7.

Ergo Nestorius, e suo Monasterio, ubi annos quatuor integros post suam depo sitionem in quiete moratus fuerat, pe litur. Quamvis in Rescripto relegatio nis ejus urbs Petra designetur, in Arabia sita, constat tamen, in Desertum Oasis prope Ægyptum fuisse translatum, seu mandatum, antequam illuc deveniret, fuerit mutatum, seu ipse ex uno loco in alium devectus. Haud multo post tem pore Civitas Oasis, vel Ibis, utrumque enim nomen occurrit, a Blemianis, vi cinis Barbaris, direpta est, multi captivi

Nestorius.

inter

inter quos & ipse Nestorius, abducti; postea tamen ad suos redire licuit, venerunt que Panopolim, unde Nestorius ad Thebaidis Prætorem scripsit, ne forte fugere voluisse crederetur. Prætor eundem Panopoli Elephantinam, in finibus sitam, & deinde Panopolim revehi jussit; inde rursus in alium ejusdem territorii oppidum, &, accepto novissimo mandato, in quartum exilii locum deportari præcepit. Obiit tandem Nestorius senectute, & infirmitatibus pressus; ajunt, linguam ejus a vermibus corrosam. (*) Sæculum V. A. C. 435.

Schis-

(*) Da haben wir wiederum eine Anmerkung des Uebersetzers. Diejenigen gefallen ihm nicht, welche den Arius, Nestorius, und Origenes im höllischen Feuer sitzend wollen gesehen haben. Nun, es gefällt mir auch nicht; er aber ziehet die Gelegenheit wider ihren Willen bey den Haaren daher, um den heil. Cyrillus mit diesen Leuten zu vermengen, und saget: So unbarmherzig ist der wilde Religionseifer, wenn er in einen solchen Menschen geräth, wie Cyrillus von Alexandrien war, der . . . . das Amt der Obrigkeit schändlich gemißbrauchet. Mein Uebersetzer! ich sehe aus seiner Schreibart, daß er von einem weit wilderen Religionseifer regieret werde, als unser heil. Cyrillus. Es will der Zorn dieses Menschen über diesen heil. Mann kein Ende nehmen. Es kann ihn nichts anders so sehr aufgebracht

Sæculum V. A. C. 435.

Coll. Lup. c. 190.

Schismatici Episcopos quindecim numerabant, Sedibus suis privatos, qui cum sancto Cyrillo, & Joanne Antiocheno communicare noluerint, nempe Alexandrum Hierapolitanum, Provinciæ Euphratesianæ Metropolitam, ad metallum *Famothis* in Ægyptum missum. Exeodem Provincia Abid Dolichiensem, Se-

---

bracht haben, als daß er diesen heil. Bischof in der Lehre von der Gegenwart Christi im heil. Sacrament, und von dem Gewalt des päbstlichen Stuhles nicht widerlegen kann. Wie hat denn der heil. Cyrillus das Amt der Obrigkeit gemißbraucht? Was ist denn dem Nestorius geschehen? Das Concilium hat ihn als einen offenbaren, und hartnäckigen Ketzer excommuniciret, und abgesetzet. Der Kayser hat ihn ins Elende verwiesen. Dieses ist dem Uebersetzer zu viel; ja den Freygeistern und Ketzerpatronen ist jede Strafe zu groß. Es war, saget er: bey dem *Nestorius* keine Ketzerey, sondern nur ein Eigensinn; so nahe ist unser Uebersetzer mit der Gottesgelehrtheit verwandt, daß er diese Frage verstehen könne. Uebrigens müssen sich die Katholicken immer den Verfolgungsgeist vorwerfen lassen, da doch Luther allein an mehrern Verfolgungen, und Blutvergiessen Ursach gewesen, als man bey den Katholicken in einigen Jahrhunderten nicht lieset. Da ich dieses schreibe im Jahre 1757. im October sind alle Preußische Länder in Westphalen, ganz Hessen, alle Chur-Hanövrische bis auf Stade, und die Herzoglich Braunschweigischen Länder in der

Kayse-

sua pulsum, Acilinum Barbalissensem, primo etiam pulsum, & postea, quia Joannis Antiocheni Communionem recepit, licet Nestorii Depositionem non probaret, restitutum. Eutherium Thyanæum, secundæ Cappadociæ Metropolitam, relegatum Scythopolim, inde iterum ejectum, & Tyri vita functum. Zenobium Zephyriensem in prima Cilicia, qui sponte Ecclesia sua discessit, deinde Tiberiadem relegatum, unde iterum pulsus. Meletium Mopsuestenum ex secunda Cilicia, Melitinam in Armeniam proscriptum, ubi diem clausit; dicebant Schismatici, ipsum persequente Acacio, Catholico Melitinæ Episcopo, multa passum. Anastasius ex Tenedos, & Pausianus Hypatiensis ultro a suis Ecclesiis abscesserunt. Theosebius ex Chios, seu potius Ceos in Bithynia in sua Ecclesia e vivis abiit; non fuit expulsus, licet neque in Depositionem Nestorii consensisset, nec cum S. Cyrillo communicasset;

Sæculum V. A. C. 435.

Kayserinn Königinn zu Ungarn ꝛc. ꝛc. und des Königes in Frankreich Gewalt; nichts desoweniger höret man nichts von einem Verfolgungsgeiste; es ist auch gar keine Gefahr, ob es schon Preußische Schriftsteller ohne Grunde vorgegeben, daß weder Hohe, noch Niedere im mindesten wegen ihrer protestantischen Religion sollten gekränket werden.

Sæculum V. A. C. 435.

at verosimile est, fuisse depositum. Hi ita se habebant in Asia. In Europa D rotheus Marcianopolitanus, Mœsiæ M tropolita, ejectus est, & Cæsaream Cappadocia relegatus. Valeanus, Eudocius sua sponte discesserunt. R filius Lariſſensis, Thessaliæ Metropoli si Schismaticis credimus, multa tulit m la, nec ideo tamen moveri potuit, Nestorium damnaret. Maximinus, s Maximus Demetriadenus, ejusdem Pr vinciæ post Depositionem Nestorii, n mine jubente, Ecclesiam suam reliqui Julianus quoque Sardicensis, Illyrici M tropolita, Nestorium damnare renui Universim non plures quam sex Sedibu suis expulsi. (*)

§. XXXV

(*) De Nestorianis hodiernis, qui jam Jac bitæ, aut Syrii dicuntur, R. P. Boucher, Ord nis Minorum Observantium, in suo Fasciculo Sacro, seu itinere in Terram Sanctam inter alia hæc habet: *Hi contra usum communem om nium Schismaticorum Orientalium Diebus Mer curii, & Veneris post Solis occasum carnes c medunt. Dum Cruce frontem signant, uno faciunt digito, ut indicent, quod unam tantu in Christo Naturam confiteantur. Circum duntur, & deinde baptizantur. Peccata Presbytero non confitentur, sed soli Deo, dic que Presbyteri Missam celebrant, pœniten ignitabula cum carbonibus circa se ponunt, qu*

Sæculum V.
A. C. 436.

§. XXXV.

Secunda Aristolai profectio.

Edictum istud contra Nestorium Aristolaus Tribunus misit in Orientem, cum mandato, ut omnes Episcopi illud reciperent. Epistolam Synodalem Episcoporum primæ Ciliciæ, nempe Helladii Tarsensis, & aliorum quatuor, habemus. Eam ad Imperatorem direxerunt, dicuntque, se, cum Aristolaus cum ejus mandato venisset, libenter imperata feciſſe. *Communionem sancti Concilii Ephesini*, inquiunt: *amplectimur, Nestorium, olim Episcopum Constantinopolitanum depositum tenemus, eundem propter*

Coll. Lup. c. 194. c. 192.

bus thus injiciunt, putantes, peccata sua, quæ Deo confitentur, eo modo deleri, quo incensum igne consumitur. Idem Auctor in fine subjungit: *Hoc quoque notemus, amice Lector! Sex Nationes Christianorum Schismaticorum, quas memoravimus, etiamsi & inter se ipsas in multis dissentiant, atque in pluribus punctis, & Articulis Religionis a nobis discrepent, nihilominus omnes in Fide de Celebratione S. Sacrificii Missæ, & reali Existentia pretiosi Corporis, & Sanguinis, sub specie panis, & vini post Verba Sacramentalia consentire idque nobis fortissimum argumentum suggerit contra illos, qui obstinatione magis, quam ratione, clarissimam Veritatem oppugnant.*

Sæculum V. A.C. 436.

Doctrinam impiam, quam viva voce, a scriptis docuit, anathematizamus, sent mus cum Sanctis Episcopis, Sixto Rom no, Proclo Constantinopolitano, Cyril Alexandrino, Joanne Antiocheno, & omnibus aliis; cum ipsis Nestorium anath matizamus, omnes illos, qui eandem im pietatem defendunt. Notandum, quo Episcopum Constantinopolitanum secun do loco ponant.

Cum ad S. Cyrilli notitiam perv nisset, quosdam in Oriente Episcop putare, ad nihil aliud se teneri, quan
c. 194. 209. quod Epistola Imperatoris vocali expres sione jubebat, & Nestorium ore tantum damnare, scripsit ad Aristolaum, si pa sincere quæreretur, hos Episcopos adig debere, ut non solum Nestorium, & Do ctrinam ejus anathematizent, sed etiam ut aperte fateantur, unicum esse JEsum Christum, Filium Dei, eundem de Deo genitum ante tempora, & ex muliere in novissimis temporibus, secundum car nem; ita ut una sit Persona, sicut nempe S. Cyrillus in sua Epistola explicat. Jo
c. 195. an ni Antiocheno misit eandem formu lam, utpote extinguendis jurgiis neces sariam; *Scio enim*, inquit: *in vestris par tibus Episcopos inveniri, qui Nestorium, & dogmata ejus anathematizantes, eadem nihilominus aliunde propugnant, affir mantque, ideo solum fuisse damnatum, quod*

Nomen

Nomen, Matris Dei, noluisset admittere. Præsertim contra Theodoretum queritur; *Credebam*, inquit ad Joannem Antiochenum; *ipsum, cum mihi scripsisset, & litteras meas recepisset, sincere pacem iniisse, interim tamen ex Daniele Presbytero comperi, quod Nestorii Blasphemias non anathematizaverit, nec condemnationi ejus subscripserit.* Joannes Antiochenus ad Proclum scripsit de hoc secundo itinere Aristolai, cui verosimiliter Epistolam suam ferendam tradidit; in ea dicit: *Omnes Episcopi Orientis, sicut & Episcopi totius Mundi, cognoverunt, & damnarunt errorem Nestorii, & Depositionem ejus probarunt. Omnes in eadem sententia sumus, Symbolo Nicæno nihil addendum esse, nihil demendum, illudque eodem modo explicamus, quo Sancti Episcopi antecessores nostri, scilicet in Occidente Damasus, Innocentius, Ambrosius. In Græcia, & Illyrico, Methodius. In Africa Cyprianus. Alexandriæ Alexander, Athanasius, Theophilus. Constantinopoli, Nectarius, Joannes, Atticus. In Ponto Basilius, & Gregorius. In Asia, Amphilochus, Optimus. In Oriente, Eustachius, Meletius, Flavianus.* Hic inserit Symbolum Nicænum, & subjungit: *Hæc vobis perscribimus, ut iis satisfaciamus, quos instrui necessarium est, nos enim omnia diximus, & fecimus, quæ*

Sæculum V. A.C. 436.

c. 210.

c. 117.

Sæculum V. A.C. 437.

oportebat, ante annos quatuor, cum b
tus Paulus a nobis rediit. De Pau
Emeseno hic loquitur, & hic cognoscit
hanc Epistolam anno 437. fuisse data
Sed nescio, unde infausta fors nos, &
mnes nostras Ecclesias premat; omnes
piscopi oræ maritimæ consenserunt,
subscripserunt, Episcopi secundæ Phœ
ciæ, Cilices jam anno superiore, Ara
per manum Antiochi, Metropolitæ s
Mesopotamia, Osroene, Euphratesia,
Syria secunda, omnia, quæ egimus, s
consensu firmarunt. Diu est, quod l
sponsum Isaurorum acceperitis; omnes
primâ Syria nobiscum subscripserunt.
Tribuno Aristolao discere poteris, qu
læto animo ista acceperit Clerus noster,
quantum curas tuas laudet. Fac erg
ut tantus nunc saltem tumultus cesset, n
que a tot malis, quæ ob maledictum N
storium tulimus, respiremus, & Paga
Phœnices, Palæstinæ, & Arabiæ, Judæ
præsertim Laodicenis, & rebellibus
Cilicia Nestorianis resistere valeamus.

§. XXXVI.

Theodori Mopsuesteni scripta.

Omnino verum erat, Nestorii Hæres
in Cilicia profundius radices egisse
Diximus Meletium Mopsuestenum, inter
omnes utriusque Ciliciæ Episcopos so
lum deponi, & exulare maluisse, quam
recon

reconciliari. Anteceſſor ejus Theodorus Mopſueſtenus Neſtorii Magiſter fuiſſe dicebatur; ipſe vero Theodorus Diſcipulus Diodori, Epiſcopi Tarſenſis, & primæ Ciliciæ Metropolitæ fuerat. Itaque Neſtoriani, cum viderent Neſtorium a reliquo toto orbe rejectum, libros ejus in Concilio Epheſino, & nuper ab Edicto Imperatoris damnatos, conſilium ceperunt, in publicum ſpargere opera horum duorum Epiſcoporum, in Communione Eccleſiæ defunctorum, & quorum fama eximia in toto Oriente ſuperſtes erat. Ambobus Patria Antiochia fuit, ubi Diodorus in duabus perſecutionibus Arianorum, nempe ſub Conſtantio, & Valente, fidem Catholicam fortiter defenderat, & Theodorus S. Joanni Chryſoſtomo in paucis amicus fuerat. Diodorus commentarios ferme in totam Sacram Scripturam compoſuerat, præprimis ſenſui litterali intentus, rurſus librum de S. Trinitate, alium contra Apollinariſtas, alium contra fatum, & Aſtrologos, præter alia opera. Multæ etiam ex ipſius Epiſtolis aliquamdiu aſſervatæ; Hodie vero libri ejus, ſicut & Theodori, deſiderantur. Is in plerosque Scripturæ Libros commentatus fuerat. Scripſerat libros quindecim de Incarnatione, viginti quinque contra Eunomium, quatuor contra Apollinarem,

Sæculum V. A. C. 437.

Lib. brev. c. 10. Sup. L. XII. n. 46.

L. XVI. §. 26 Sup. l. XIX. §. 7. Phot. C. 223. Suid. Diod. p. 739. Socr. VI. c. 3 Soz. VIII. c. 2. Hier. Scr.

Phot. Cod. 4. 23. 81. 177. Gennad. c. 12

Sæculum V. A.C. 437.

pluresque alios, de quibus nobis nil aliud, quam citationes, adductæ ab Auctoribus, qui contra eum, aut in ejus defensionem scripserunt, supersunt.

Ergo Nestoriani conquisierunt, & lucem protraxerunt scripta istorum duorum Episcoporum, aliorumque, qui contra Eunomium, & Apollinarem, ut duo in JEsu Christo Naturas assererent, calamum strinxerant, volebantque monstrare, Nestorium nihil novi, sed tantum veterum Doctrinam attulisse. Atque, ut libri isti in plures spargerentur, eosdem in linguas Syriacam, Armenianam, & Persicam transtulerunt. Theodorus Ascyranus, Acacius Melitinensis, & Rabbula Edessenus, zelosissimi inter Catholicos Episcopi, in Theodori Mopsuesteni libros insurrexerunt. Rabbula eosdem in Ecclesia publice anathemate percussit.

Defensores Nestorii,

Coll. Lup. c. 199.

ibid. c. 43.

Brevi ista ad S. Cyrillum delata sunt. Ad eum Catholici Antiocheni scripserunt. Abbas autem Maximus, Alexandriam ad ipsum profectus, dicebat, Orientales Nestorii Hæresin nunquam abjecisse & dum fingerent, Nestorium se condemnare, ejusdem Doctrinam, ac si ea viri alterius, nempe Theodori esset, semper defendere. Econtra non nulli Episcopi Orientis ad S. Cyrillum litteras dederunt, quibus monebant, Theodori scri-

c. 206.

c. 205.

pta

Sæculum V. A. C. 437.

pta nulla reprehenſione eſſe digna, cum nullam aliam, quam Doctrinam Athanaſii, Baſilii, & Gregorii tradidiſſet, & teſtimonium accederet populorum in Eccleſia exclamantium: *Theodori fides dilatetur in orbem! quod ipſe credidit, & nos credimus.* Quia vero Orientales iſti jactabant, ſe tenere Symbolum Nicænum, quod pravis explicationibus in rem ſuam detorquebant, S. Cyrillus ejusdem Symboli explanationem edidit, ubi materiam de Myſterio Incarnationis fuſiſſime tractat; hanc Abbati Maximo, & quibusdam aliis in Oriente, qui expetierant, inſcripſit, miſitque ad Acacium Melitinenſem, & Presbyterum, cui nomen Lampo, Conſtantinopolim, qui eam Principibus, Sororibus, & Imperatori traderet, ad quem Epiſtolam dedit, ut ipſius animum contra Diodori, & Theodori ſcripta præmuniret. Brevem etiam Tractatum conſcripſit de Incarnatione, in tria diviſum capita, primum, S. Virginem eſſe Matrem Dei, ſecundum, JEſum Chriſtum eſſe unam, & non duas Perſonas, tertium, Verbum, quod impaſſibile permanſit, pro nobis paſſum fuiſſe in carne ſua.

Conc. Epheſ. p. 3. c. 43.

Coll. Lup. c. 205. 206. c. 198. c. 208.

Rabbula etiam, Epiſcopus Edeſſenus, ad Sanctum Cyrillum ſcripſit; Neſtorianiſmum in Oriente validas radices egiſſe, Theodorum Mopſueſtenum in ſuis libris

Conc. V. coll. V. to. 5. p. 469

Sæculum V. A. C. 437.

bris Doctrinam alienam ab ea, quam p
pulo prædicabat, docuisse, & aliquos
ejus libris supereſſe, in quibus Lector
ſuum ſub Anathematis pœna obteſtat
ne eos cuiquam communicet. Dice
S. Virginem non vere esse Matrem D
Hominem non ſecundum ſubſtantia
ſeu ſubſiſtentiam, ſed bona volunta
Verbo unitum fuiſſe; JEſum Chriſt
non aliter, quam relatione ad Deum,
tanquam imaginem, esse adorandu
JEſu Chriſti carnem nihil prodes
Matth. 16. 16 S. Petrum non fuiſſe confeſſum, JEſu
Chriſtum esse Deum, & Eccleſiam ſup
Theod. lect. lib. II. p. 565. fidem in hominem esse fundatam.
hunc modum Rabbula Theodori Doct
nam recenſet. Oculis captus erat, &
trema ſenectute laborans, haud diu p
hæc e vivis abiit.

§. XXXVII.

Armenorum Legatio ad Proclum.

Liberat. c. 10 Idem Rabbula, & Acacius Melitinen
ad Epiſcopos Armeniæ Epiſtolas dedo
re, hortantes, ne libros Theodori M
pſueſteni reciperent, quod Hæreticus e
ſet, & Doctrinæ Neſtorii Auctor. C
liciæ Epiſcopis agendi hæc ratio in Ra
bula, & Acacio diſplicebat, dicebantq
invidia impelli, ut ea facerent. At E
piſcopi Armeniæ, poſtquam conventu
convocaſſent, duos Presbyteros Leo
tium

Sæculum V. A. C. 437.

tium, & Aberium pro more ad Proclum Constantinopolitanum cum libellis suis, & uno Theodori volumine, miserunt, ut scirent, num Proclo Doctrina Theodori, vel ea, quam Rabbula, & Acacius tradebant, probaretur. In Armenorum Libello sequentia legebantur: *Fuit Homo, Generis humani pernicies, seu potius ferox bellua, sub Diabolica hominis figura, qui falso nomen Theodori gerebat* (nempe græce hæc vox significat: Donum Dei) *habitu, & Nomine Episcopus, in Mundi angulo, & loco obscuro, Mopsuestæ, secundæ Ciliciæ urbe temnenda, latitans, Pauli Samosateni progenies, quamvis etiam Photini, aliorumque Hæresiarcharum verbis in suo de Incarnatione libro usus fuerit. Ea fuit hominis vafrities, & temeritas, ut vipereæ suæ linguæ aculeo, & veneno omnes homines interimere in votis habuerit.* Plures deinde textus ex Theodoro afferebant, accusabantque, Hæresis Nestorianæ Auctorem fuisse; in Libelli conclusione Proclum rogabant, ut, quia Nestorius in Concilio Ephesino nominatim damnatus fuisset, ipse etiam Theodorum nominatim, omnesque, qui in Syria, & Cilicia ejus Doctrinam sequebantur, condemnare vellet. In titulo hujus Libelli legitur; fuisse præsentatum a Presbyteris, & Diaconis, quos Episcopi, Presbyteri, Monachi, &

Sæculum V. A. C. 437.

& alii ex magna Armenia, & Persia, liisque Nationibus, ad Proclum, Episcopum Constantinopolitanum, miserunt.

Proclus acceptis his litteris, & diligenter examinatis, scripsit longam ad Armenos Epistolam, quæ deinde Tom. dicta est, & in quibusdam latinis Editionibus Theodosio decimo quinto, & Valentiniano quarto Consulibus, id est, anno 435. data. Ad Episcopos, Presbyteros, & Archimandritas totius Armeniæ directa est. In ea Proclus clare explicat Incarnationis fidem, nempe unitatem Personæ, salva Naturarum distinctione, & ait; unum ex Trinitate Carnem assumpsisse. Hæc verba postmodum a Criticis rigidissime discussa. At vero de Theodoro Mopsuesteno nulla mentio; satis est Proclo errores refellere, dum neminem nominat. Hunc Tomum ad Joannem Antiochenum transmisit, per manus Theodori, Diaconi sui, & Maximi, districte imperans, ut in omnibus voluntatem Joannis exequerentur, & Ecclesiarum pacem non turbarent. Tomo suo adjunxit articulos, tanquam hæreticos, presso Auctoris nomine, rogans Joannem Antiochenum, ut, conservandæ fidei amore, suo Tomo subscriberet, & hos articulos rejiceret. Ecce autem! Legati Nomen Theodori Mopsuesteni, & quorumdam aliorum veterum subjunxerunt,

Tom. 3. Conc. p. 1217. ibid. p. 1232.

Procli Epist.

p. 1225.

Liber. c. 10.

Facund. VIII. c. 2.

runt, ut anathematizarentur. Joannes Antiochenus, & Episcopi Orientis, cum ipso congregati, perlectum Procli Tomum, probarunt, & subscripserunt, verum articulos, cum suis Auctoribus subjunctos, damnare recusarunt, cumque crederent, Proclum Legatis suis mandasse, ut hos damnari expeterent, data Epistola Synodica conquesti sunt, quod Theodorum, virum, in pace, & communione Ecclesiæ defunctum, condemnare vellet. Sæculum V. A. C. 437.

Proclus factum illorum, qui Articulis Auctorum Nomina subjunxerant, damnavit, & Maximo præcepit, ut, quæ Joannes Antiochenus juberet, simpliciter faceret. Joannes sua ex parte ad S. Cyrillum scripsit, restaurari turbas, & timendum, ne multi in Nestorii errores, quos reliquerant, relaberentur. Quosdam Constantinopolim profectos, Imperatorem sollicitasse, ut mandatum ederet, quo omnes Theodori Mopsuesteni libros, ejusque Personam anathematizare tenerentur; maximam esse in Oriente viri famam, & summam de librorum ipsius præstantia opinionem; Orientales, ita animo esse comparatos, ut prius vivos comburi se paterentur, quam Theodorum damnent. Tum hac super re S. Cyrillus scripsit ad Proclum: *Maximæ profecto molis fuit, omnium animos per universam* *Ex ep. Cyr. tom. 5. Conc. p. 486.*

Sæculum V. A. C. 437.

versam Ecclesiam adducere, ut Nesto errores damnarent; id factum fuisse, dieque quidam Orientales vehementiss dolent; ægerrime enim dolores animi nari solent; interim tamen pacata su omnia; quis ergo extinctum ignem re scitat? non ignoro in Scriptis Theodo plures legi errores, sed vereor, ne hoc pr textu iterum Nestorii Hæresis propugn tur. Illud vero te scire expedit, Patr bus in Concilio Ephesino oblatam fuis fidei expositionem, quam Theodori esse di cebant, pessimi tenoris; hanc Synodus da mnavit, ipsius autem nulla facta est me tio, & nominatim non fuit anathemati zatus. Id vero tunc facere magnæ pr dentiæ fuit, ne aliqui, fama viri permo ti, ab Ecclesia discederent. Eadem indu stria nobis hodie opus est. Cum errore Nestorii rejicimus, satis errores cæter rum, his similes, damnamus.

Fac. l. III. c. 3. to. 5. Conc. p. 487.

Post hæc vero Diaconus, cui nomen Basilius, accepto Procli Tomo, Armenorum Libellis, & quibusdam scriptis aliis quæ his adjunxit, Alexandriam venit, & omnia S. Cyrillo tradidit. Is videns, esse, qui sua dissimulatione abuterentur, & Theodori Mopsuesteni errores defenderent, credidit, officii sui esse, ut contra eum scriberet, & aperte ut Hæretico cum haberet. Diaconus Basilius, ubi Constantinopolim rediit, Notas compo-

fuit,

fuit, quas Proclo obtulit, jungens ea omnia, quæ S. Cyrillo tradiderat, & videns, quod Proclus Tomum suum ad Armenos jam misisset, librum exiguum concinnavit, in quo affirmabat, libros Theodori, eodem modo, ac libros Arii, & Eunomii rejiciendos. Oblata hac occasione, non nulli Monachi ex Armenia Constantinopolim venerunt, & attulerunt articulos; eosque se ex Libris Theodori Mopsuesteni, aliorumque Patrum, qui illa ætate contra Apollinarem scripserant, excerpsisse dicebant. De his cum multis hominibus collocuti, animos commovebant in Civitate Constantinopolitana, & mandatum Imperatoris, quo articuli isti anathemate percuti juberentur, impetrare satagebant. Exinde urbes, & Monasteria in Oriente circumcursabant, & clamitabant, hos articulos unacum suis Auctoribus esse damnandos, quia eorum sensus a Nestorii hæresi nihil abhorreret. Hi, cum virorum potentium Patrocinium inveniissent, Clericos, populumque minis terrebant, & Monachorum quietem perturbabant.

Sæculum V. A. C. 437.

Facund. lib. III. p. 136.

§. XXXVIII.

Concilium Antiochenum Theodoro favens.

Cum hæc ita essent, Concilium ex omnibus Orientis Provinciis Antiochiæ cum Joanne congregatum, tres epistolas Synodales, ad Imperatorem unam, ad

Col. Baluz. p. 943.

Sæculum V. A.C. 437. Proclum alteram, tertiamque ad S. C rillum dedit. In epistola ad S. Cy lum dicunt, sibi Tomum Procli ad menos probari; *At vero*, subjungu

Facund. VIII. c. 4. *cui bono scriptus sit? cum omnes, Deo s Gratiæ! idem sentiant. Nam quandoq quod necessarium videbatur, turbas c si opportune non fiat. Alius quoque Tom ad nos delatus est, in quo collecta sunt Theodoro, olim Episcopo Mopsuesteno, qu dam excerpta; hæc aliqui anathematiza cupiebant. Fatemur, in his Excerpt textus occurrere, ambigui sensus, & qui alio, quam scripti sunt, accipi possunt, ali econtra claritas non deest. Quod attin ad illos textus, qui dubium faciunt, su les iis invenimus in Scriptoribus antiqu quorum famæ istorum condemnatio noc ret. Quanta autem Doctrinæ confus orietur, si ea, quæ Patres, in Domino quie centes, dixerunt, oppugnare liceat? alia enim est, aliquas eorum opiniones non pro bare, aliud, & multo pejus, easdem anath matizare, etiamsi anathema ad ipsas Pers nas non extenderetur. Nonne ipsi Nesto rianis palmas in manibus damus, si cum ipsis Sanctissimos Episcopos condemnamus an non omnibus notum, quæ causa Theodo rum, ut ita loqueretur, permoverit, u Hæreticos oppugnaret, quorum perfidia ipse communis in toto Oriente Defenso Fidei fortissime calamum suum objiciebat*

In exordio Epistolæ ad Proclum, Tomum ejus, ad Armenos datum, probant, laudantque; Tum Orientales querelas movent, quod aliqui Ecclesiam turbent, ex Patria discedant, & Constantinopolim se conferant, ut proprios suos Episcopos calumnientur. Et subjungunt: *Nec satis est ipsis, nos, qui hac luce fruimur, criminari; etiam Beati Theodori manibus bellum inferunt, quis autem viri Gloriam nescit, qui per annos quadraginta quinque docuit, qui in omnes Hæreses pugnavit, in cujus tota vita nunquam inventum, quod viri Catholici reprehenderent, cujus Doctrina ab Imperatoribus, Episcopis, populisque recepta est?* Et inferius: *In antiquorum Ecclesiæ Doctorum libris invenimus plurima, similia iis, quæ ex libris Theodori nequiter excerpta, & ad te delata sunt.* Citant S. Ignatium Martyrem, Sanctum Eustathium Antiochenum, S. Athanasium, S. Basilium, ambos SS. Gregorios, Naziazenum, & Nyssenum, Flavianum, Diodorum, S. Joannem Chrysostomum, S. Ambrosium, S. Amphilochum, Atticum, & concludunt epistolam in hunc modum: *Ergo nostrum non est, illos judicare, qui in honore ex hac vita migrarunt, sed illius, qui vivos, & mortuos judicat.* In epistola ad Imperatorem eadem ferme dicuntur; nempe inseruntur laudes Theodori Mopsuesteni, quem non solum

Sæculum V. A.C. 437.

Concilium Antiochenum.

Sæculum V. A.C. 437.

lum Episcopi maximi feciſſent, *ſed etia*
ajunt: *Avus tuus, Imperator Theodoſi*
qui virum videre, prædicantem audi
colloqui voluit, quem denique maximus i
perator admiratus eſt. Adduntque: *f*
Theodorus Flaviani, Epiſcopi Antioche
Diſcipulus, & ſocius Joannis Conſtanti
politani, cujus memoriam ad Regni T
Sup. XXIV §. 54. *Gloriam reſuſcitaſti!* Id nempe Nes
rius initio ſui Pontificatus fecerat.

S. Cyrillus ad Joannem, & Concili
Antiochenum reſponſoriam dedit, T
mum Procli ad Armenos laudans, *veru*
inquit: *opiniones infames Diodori, Th*
dori, & quorumdam aliorum, qui JE
Chriſti Gloriam dire proſciderunt, ne
Conc. Eph. 3. p. c. 44. p. 1021. *obſecro! Sanctis Patribus Athanaſio, b*
ſilio, Gregorio, Theophilo, aliisque t
buat, ne Fidelibus ſcandalum ponat! in
tis habemus, ut quisque de ſuis rebus t
tum ſollicitus, nolit novas in Eccleſiis
xas excitare, poſtquam veteres JEſu Chr
ſti Gratia, & omnium Epiſcoporum vig
lantia nuperrime compoſitæ ſunt. Qui
roribus Neſtorii renuntiarunt, recipi
tur, nec iis præterita exprobrentur,
alii, ſe converſuri, abſterreantur. Cler
cos veſtros monete, ne in Eccleſiis quidqu
proferant, quod fidei conſentaneum non
& de his, de quibus hodie diſputatur,
Neceſſitas exigat, omnino non loquant
p. 1210. *Si quis ex Clericis, aut Monachis accuſet*

quod in Hæresin Nestorii relapsus sit, post- Sæculum V. A.C. 437.
quam Communionem Ecclesiæ fuisset amplexus, consultius duco, si eos in Ecclesia judicetis, quam ut feratis, causam ad Tribunalia sæcularia deferri.

Proclus Joanni, & Concilio Antiocheno respondit; in mentem sibi non veniisse, anathematizandum esse Theodorum, aut quemcunque ex Defunctis alium, nec id se Diacono suo Theodoro in mandatis dedisse. Imperator quoque Joanni, & Concilio ejus respondit, hortatus, ut pacem conservent, nec hominibus, eam turbare adnitentibus, aures præberent; Regulæ, a tota Ecclesia probatæ, inhæreant; nihil attentandum adversus memoriam eorum, qui in ejus Communione decessissent. *Facund. VIII. c. 2. p. 5. p. 345.*

§. XXXIX.

Jurisdictio Papæ in Illyricum.

Interim Sixtus Papa usum Jurisdictionis suæ in Illyricum non omittebat; quod ex tribus epistolis, ad duo Concilia in Illyrico, & ad Proclum datis, perspicitur. Prima scripta est octavo Idus Julii, Theodosio decimo quinto, & Valentiniano quarto, id est octava Julii, an. 437. dirigitur ad Concilium, quod Thessalonicam congregandum erat; In ea Papa Episcopos hortatur, ut magis leges Ecclesiasticas, quam Principum, observarent. Haud *to. 4. Conc. p. 1711. Conc. Rom. III. n. 15.*

Sæculum V. A.C. 437. dubie loquitur de Lege Theodosii, Julii, anno 421. lata, cujus abrogation Bonifacius Papa obtinuerat. Anasta

Sup. XXIV c. 31. Episcopo Thessalonicensi eandem trib Auctoritatem, quam superioris ætatis P pæ Antecessoribus ejus dederant; nemp quilibet Metropolita in sua Provincia o dinaret, sed requisito Episcopi Thessal nicensis consensu; nemo ipso ordinatio illius ignaro, ordinetur; ipse ad Epis patum vocatos examinet; majores ca sæ ad ipsum referantur. Ipse ex Epis pis eligat, qui secum judicent, aut de get, qui sine ipso sententiam ferant. Epi copus Corinthi singillatim monetur, subjectione solutum se putet. Dicit etia Papa, se cætera mandasse iis, quos, hu Concilio interfuturos mittit.

Secunda epistola, & illa etiam a quamdam Illyricorum Synodum direct cujus Presbyter Artemius Lator fuit, d

c. 7. cimo quinto Kalendas Jan. Aetio, & S gisvultio Consulibus, id est, decima oct va Dec. anno 437. data est. In ea leg mus; omnia singulorum Episcoporum Illyrico acta ad Episcopum Thessalonice sem referri debere, ipsum, ubi opus es judicaverit, Synodum convocaturum, d postquam ipse retulerit, Sedem Apost licam, quæ acta fuerint, sua Auctorita confirmaturam. Subjungit Papa: credatis, vos ad ea obligari, quæ Conc

liu

lium Orientis contra noſtram voluit de- Sæculum V.
cernere voluntatem. Loquitur de ter- A. C. 437.
tio Canone Concilii Conſtantinopolitani *Sup. XVIII*
anno 381. acti, ubi locus ſecundus Epis- §. 7.
copo Conſtantinopolitano deſignatur.
Anaſtaſium Sedis Apoſtolicæ Vicarium
pronuntiat, ſicut Rufus Anteceſſor ejus
fuerat, atque ad fovendam pacem, &
concordiam hortatur. Epiſtola tertia
eadem die, decima octava Dec. an. 437. *n.* 16.
ad Proclum ſcripta eſt, qua excitatur, ut
jura Epiſcopi Theſſalonicenſis ſalva velit,
& nullum Epiſcopum, ei ſubjectum, niſi
litteras formatas ab ipſo afferret, reci-
peret, quod ab ipſo Papa obſervabatur.
Ex hac epiſtola perſpicitur, Papam Procli
amicitiam maximi æſtimaſſe, & plurimam
in eo poſuiſſe fiduciam. Memorat etiam *vid. Not.*
Papa, quod haud ita pridem pronuntiatam *Holſtein.*
ab ipſo ſententiam in cauſa Idduæ confir-
marit. (*) Is Episcopus Smirnenſis fuiſſe
creditur, qui Concilio Epheſino adfuerat;
cumque in eum Proclus tuliſſet ſenten-
tiam, ad Papam appellaſſe. Nam Epiſco-
pi Aſiæ Epiſcopi Conſtantinopolitani Juris-
dictioni reluctanti animo ſubjiciebantur.

(*) Ex his non modo Communio Epiſcopi Conſtantinopolitani cum Eccleſia Romana, ſed etiam ſubjectio, clariſſime demonſtratur.

Sæculum V. A. C. 438.

§. XL.

Translatio Reliquiarum S. Joann Chryſoſtomi.

Anno ſequente ineunte, Proclus Co ſtantinopolim revehi juſſit Reliqu S. Joannis Chryſoſtomi, cujus memor honor ante annos novem, nempe an

ap. Baron. an. 438. init. 428. fuerat reſtitutus. Cum Proclus p more, die Joanni feſto, 26. Sept. Pan gyrin diceret, exclamavit populus, Episcopum Joannem ſibi reddi petit Proclo quoque viſum, planiſſimam ha

Socr. VI. c. 45. Marcell. Chron. hoc an. eſſe viam, qua Eccleſiæ tandem unire tur, qui occaſione ſchiſmatis, in cauſa Joannis Chryſoſtomi orti, adhucdum co ventus ſeparatos agebant. Ergo hac ſe per re Imperatori collocutus, perſuaſi ut Sancti Epiſcopi corpus, quod Comanæ in Ponto ſepultum fuerat, revehi jubera

Sup. XXII. §. 13. Theod. V. hiſt. 1. 36. Revectum eſt; obviam proceſſit populus mare Bosphorum totum navibus ſtratum videbatur, & illuſtratum facibus, quod d

Sup. XXI. §. 22. tunc contigerat, cum primo ab exilio revocaretur. Imperator arcæ, qua incluſæ erant Reliquiæ, oculos, vultumque applicuit veniam rogans nomine Patris, & Matris qui Sanctum offenderant, neſcientes, qui facerent. Ipſæ Reliquiæ publice inter maximi honoris ſigna Conſtantinopolim translatæ, & in Eccleſiam SS. Apoſtolorum depoſitæ. Hoc facto, omnes, qu

S. Joan-

S. Joannis Chryſoſtomi cauſa ſeparati fuerant, ad Communionem regreſſi ſunt. Translatio iſta contigit elapſis annis triginta quinque poſt ejus primam Depoſitionem 27ma die Januarii, Theodoſio decimo ſexto Conſule, nempe anno 438. atque hæc ipſa dies eſt, qua Eccleſia latina S. Joannis Chryſoſtomi memoriam colit. Eodem anno 438. 15. Febr. Codex Theodoſianus, ſeu Conſtitutionum Imperatorum Chriſtianorum Collectio, promulgatus eſt, jubente Theodoſio juniore compoſitus, cujus liber ultimus non alias leges, quam quæ Religionem tangunt, continet.

Sæculum V. A. C. 438.

Theod. lect. in fin.

§. XLI.

Translationes aliæ.

Sub ejusdem Procli Pontificatu, Conſtantinopoli Reliquiæ quadraginta Martyrum, qui ſub Licinio Sebaſte in Armenia paſſi fuerant, inventæ. Sanctæ Pulcheriæ S. Thyrſus Martyr trina apparitione revelavit locum, & præcepit, ut has Reliquias ſub terra defoſſas transferret; ipſi quadraginta Martyres, candidis palliis veſtiti, conſpicuos ſe dederunt. Re ipſa eorum Reliquiæ ſub Ambone, ſeu Pulpito in Eccleſia S. Thyrſi detectæ. Marmorea tabula feretrum tegebat, ſed viſebatur exiguum foramen, quod loco reſpondebat, quo Reliquiæ in duobus argenteis

Sozom. IX. c. 2. Sup. X. §. 22.

Sæculum V. A.C. 438.

genteis vasis, sparsæ plurimis odoramentis jacebant. Foramen istud demittendis linteolis, quæ Reliquias attingerent, serviebat. S. Pulcheria, Imperatrix, quadraginta Martyrum Lypsana in Theca pretiosissima prope Sanctum Thyrsum deponi curavit; Hæc Translatio solemniter publico Festo indicto, peracta, ut Sozomenus Historiæ Scriptor, qui præsens adfuit, enarrat. Imperator Theodosius, ut *Socr. VII. c. 47.* Gratias pro tot acceptis beneficiis Deo redderet, & vota, quæ diu ante concepserat, solveret, Imperatricem Eudociam Conjugem suam, Jerosolymam dimisit, quoniam & ipsa hoc voto se obstrinxerat, si, Deo concedente filiam suam honeste Matrimonio collocatam vidisset. Jam vero Eudocia, filia ejus, Valentiniano *Id. c. 44. Chr. Prosp. eod. Chr. Marcell. eod. Chr. Pasch. eod. Evagr. II. c. 20. 21. 22.* Imperatori, qui nuptiarum causa 21. Octobr. 437. Aetio, & Sigisvultio, Consulibus, Constantinopolim advenit, in Matrimonium data fuerat; ergo anno sequente 438. Eudocia Mater, hac professione suscepta, eximia dona Civitati Jerosolymitanæ, & Orientis totius Ecclesiis, tam cum illuc iret, quam cum reverteretur, Imperatoria liberalitate distribuit. In Palæstina Monasteria, & Lauras extruxit, collabentes urbis Jerosolymæ muros restauravit, unde Theodosio cum Festo decimo septimo Consule, nempe anno *Chr. Marcel.* 439. rediit, Constantinopolim afferens S. Stepha-

Stephani Reliquias, quæ in Ecclesia S. Laurentii, penes hujus Sancti, & Sanctæ Agnetis, Reliquias posuit. Sæculum V. A. C. 439.

Eodem an. 439. ultima Januarii, promulgari jussit legem contra Judæos, & Samaritanos, qua ullum munus publicum, etiam custodis carcerum, obire prohibentur; eadem lex vetat, ne novas Synagogas ædificent, aut quemquam Christianorum pervertant. Rursus hac lege Paganis, sancita pœna capitis, interdicitur, sacrificia offerre. Omnia etiam mandata pœnalia, contra Manichæos, aliosque veteres Hæreticos, edita, renovantur. *Theod. Lect. in fin.*

§. XLII.

Vandali Carthaginem capiunt.

Ea adhucdum tempestate Romanorum Exercitibus Gentiles præficiebantur. Littorius, Dux Hunnorum in Gallia, (erant hi Romanorum auxiliares copiæ) cum promissis Aruspicum, & Dæmonum oraculis deceptus, fidem adhibuisset, a Gothis, insigni clade accepta, victus est; dum econtra Rex Gothorum Victor, posita in Deum fiducia, priusquam prœlium iniret, in cilicio prostratus, Cœlestem opem efflagitasset. Hanc victoriam Gothi anno 439. reportarunt. In Africa Cyrus, adhuc Gentilis, officio Magistri Militiæ fungebatur; is Imperatricis Eudociæ Gratiam sibi conciliaverat, quod *Prosp. Chr. Salu Lib. 7. p. 164. 165.* *Evagr. I. c. 19. Suid. Cyr. Niceph. Lib. XIV. c. 46.*

versus

Sæculum V. A.C. 439.

versus non inelegantes componeret. Ab
no 441. Consul, Præfectus Prætorii, u
que urbis Constantinopolitanæ, & Pat
cius fuit; at vero, Eudocia Jerosolym
profecta, malis inimicorum artibus de
ctus, Gratia excidit; ille adversa fortu
in salutem suam usus, Christianis Sacr
se addixit, & Episcopus etiam creat
est. Illo tempore, quo ipse in Africa m
litibus imperabat, Carthago in Vandal

Prosp. Chr. ibid. rum potestatem incidit. Cum his Ro
mani, Theodosio decimo quinto, & Va
lentiniano decimo quarto Consulibus, i
est, anno 435. pacem inierant, & Afric
partem, in qua habitarent, cesseran

Idem. Verum elapsis duobus annis, nempe ann
437. Vandalorum Rex Genfericus Ari
norum pestem in suas terras inducer
Religionis Catholicæ exitio, aggressu
est. Præprimis Episcopos persequeba
tur, quos inter Possidius, Novatus, & Se
verianus fama eminebant; eos, quo
minitationibus suis constantia invicta re
sisterent, non solum Ecclesiis, sed etiam
urbibus ejecit. Viros quoque quatuor
natione Hispanos, pervertere conabatur;
hi magnis apud Regem honoribus fru
bantur, utpote quos præstantissima indo
les, & notissima fides charissimos fecerat;
horum nomina erant Arcadius, Probus
Paschasius, & Eutychianus; cum Ari
dogma amplecti juberentur, & constan
tissime

tissime recusarent, Genserico, mandata sua sperni furiose indignatus, omnes proscripsit, misitque in exilium, crudelissimis deinde tormentis affectos, diverso mortis genere sustulit, atque glorioſos Christi Pugiles corona Martyrii decoravit. Eutychianus, & Paschasius fratrem habebant juniorem Paulillum nomine, & ipsum forma corporis, & ingenio Regi gratissimum; hunc etiam cum nullæ minæ a Religione Catholica possent avertere, diu fustibus cæsum, ad abjectissimam servitutem damnavit, credebaturque Genserico eidem vitam ideo noluisse eripere, ne constantia pueri victus videretur. Sæculum V. A. C. 439. *Prosp. ibid.*

Multi, durante hac persecutione, pro Catholicis calamum strinxere. Habemus epistolam ab Antonino Honorato, Constantinæ Episcopo, ad Arcadium, illorum quatuor Martyrum unum, datam, qua solatur exulem, hortaturque ne, ærumnis fractus, animo cadat; divitias contemnat, ne obtinendæ Regis amicitiæ cupiditati cedat, nec animum uxoris amore emolliri patiatur. Victor, Episcopus Cartennensis in Mauritania contra Arianos magnum volumen conscripsit, quod ipsi Genserico offerri curavit. Extat fidei compendium contra Arianos, illa ætate, ignoto Auctore, concinnatum. Rursusque explicatio textuum de Trinitate contra Varimadium, Diaconum Arianum, cujus *Genn. descr. ap. Bar. an.* 437. *Apud Ruin. hist. pers. p.* 433. Scriptores. *Genn. c.* 77. *edi a Sirm.* a 1630. *Ap. Vigil. Thapsi. p.* 357.

Sæculum V. A. C. 439.

cujus Auctor Neapoli agebat. Cereal Episcopus Castellæ in Mauritania, Voc nius, Episcopus Castellanæ ejusdem Pr vinciæ, & alius Episcopus Africæ, c nomen Asclepius, stilum in Arianos acu runt.

Gennad. cap. 93. Id. c. 78. Id. c. 72.

Genſericus, captata occaſione, du Romani alibi, &, Imperii fulcrum, Aetiu in Gallia occuparetur, in ipſa pacis qui te, quo minus ab ejus perfidia caveri po ſet, in urbem Carthaginem cum milit irrupit, decimo quarto Kalendas Nov Theodoſio decimo ſeptimo Conſule, i eſt, 19. Octobr. anno 439. opes Civitati quas potuit, rapuit, atque, ubi laterent indicium e civibus tormentis expreſſit. Eccleſias ſpoliavit, atque expulſis Pre byteris, ablatisque ſacris vaſis, ſuorum hoſpitia eſſe juſſit. Dure omnem popu lum habuit, multo magis vero nobilium familiis, & viris Eccleſiaſticis infenſus. Cum conſilium eſſet, Arianam Hæreſin tota Africa dilatare, Epiſcopos ſuis Eccle ſiis ejecit, multosque Martyrio affecit.

Proſp. ann. 439. Victor. Vitens. lib. 1. c. 4.

Iſidor. Hiſt. Vand. Cæra. 467.

§. XLIII.

Salviani opera.

Salvianus, Presbyter Maſſilienſis, illius ævi Scriptor, hanc urbis Carthaginenſis captivitatem clariſſimis Vindictæ Divinæ exemplis accenſet; quippe vaſtiſſimæ Civitatis populus nulli non vitiorum gener.

Salv. de Gubern. lib. 7. p. 173. Edit. Baluz. 1663.

generi immergebatur. Carthaginenſes a ſana mente remoti videri poterant; quocunque aſpiceretur, occurrebant temulenti, coronati floribus, & odoribus madentes. In omnibus plateis plurimæ domus laſciviæ deſtinatæ; ubique ſtructæ pudori juventutis inſidiæ. Adulteriis nihil frequentius, & impudicitiæ abominationibus; nullus impudentiæ modus. Viſebantur viri, fuco muliebriter illiti, fœminarum veſtes induti, urbis compita perambulare. Oppreſſi gemebant orphani, & viduæ. Vexati pauperes, & in ultimam deſperationem adacti, Deum orabant, ut urbem Barbaris traderet, in qua Blasphemia & impietas regnaret. Multi in ſpeciem Chriſtiani, intus Gentiles erant, Deam Cœleſtem adorabant, eidem ſe ipſos devovebant, & Sacrificiis Idolorum peractis, inceſti, Eccleſiæ, atque Sacro Altari appropinquare audebant. Proceres potiſſimum, & fortuna cœteris potentiores, nefandis his flagitiis inquinabantur. Populus Monachos omnes, quantumvis Sanctos, averſabatur, & contemptu ſummo proſequebatur. In omnibus Africæ civitatibus, præſertim vero Carthagine, ſi quem vultu pallidum, capillis ad cutem usque raſis, monachali pallio tectum, obvium haberent, conviciis, & maledictis inſectabantur. Si quis ex Ægypto, aut Jeroſolyma Carthaginem piorum operum

Sæculum V. A.C. 439.

Idem l. 8. p. 190.

Idem l. 8. p. 193. &c.

Sæculum V. A.C. 439.

operum causa veniſſet, ubi prodibat publicum, effuſiſſimo riſu petulantium hominum excipiebatur, exſibilabatur, probriis mactabatur. Poſtquam Vandi regni habenas capeſſiverunt, ceſſaru ſcandala; omnes fæminas, publicæ laſc viæ ſervientes; ad matrimonium com pulerunt, nam nefandam impudicitian cui Romani adſueverant, non Vandali mo do, ſed & Gothi horrebant.

Lib.7.p.181. &c.

n. 160. Liber, in quo Salvianus iſta enarra ad Epiſcopum Salonium, Diſcipulum ſuum, S. Eucherii filium, directus eſt cauſa ſcribendi fuit, Divinam Providen tiam defendere, & tollere ſcandalum quo multi lædebantur, quod, collabente Romano Imperio, Chriſtiani affligere tur, dum Res Barbarorum, Gentilium & Hæreticorum florerent. Hinc de Ro manorum vitiis fuſius ſibi diſſerendum putavit, ut oſtenderet, quantæ eſſent, & quam funeſtæ Idololatriæ reliquiæ; ple rosque non niſi nomine Chriſtianos, vi tam Barbarorum moribus deteriorem vi vere, quorum vitia ſingillatim annotat Saxones, inquit: feroces ſunt; Franci, & Gothi perfidi; Gepidæ inhumani, in Hunnis, & Alanis pudicitia requiritur. Rurſus in Francis hoſpitalitatem, in Go this, Vandalis, & Saxonibus amorem ca ſtitatis laudat. In nullam vero rem ma gis, quam in Spectaculorum impuden tiam,

Lib.3. p.34. Lib.4. p.84.

p.59. lib.4. p.87. lib.5. p.108.

p.897.

Lib.7.p.172.

tiam, & spectatorum libidinem declamat, quam bellici horrores, & calamitates Reipublicæ non compescerent. Increpat injustitiam Potentum, & Divitum, ita pauperes opprimentium, ut devoto Romanorum Regno, Barbarorum Dominationem suspirarent; Aliud quoque opus Salvianus scripsit, in quatuor libros divisum, ad Ecclesiam Catholicam directum, in quo, assumpto Timothei nomine, Christianorum avaritiam objurgat. In libro tertio queritur, nihil a Parentibus relinqui illis liberis, qui se Deo consecrassent, eosque hoc modo voluntariæ paupertatis merito privari. Alia præterea opera, quæ nos desideramus, scripserat, tantaque erat de ejus scientia opinio, ut eum Gennadius, illius ævi Scriptor, Episcoporum Magistrum appellaverit.

Sæculum V. A.C. 439.

lib. 7. p. 157. l. 6. p. 124. etc. lib. 7. p. 153. l. 3. p. 70. etc.

p. 275. etc.

in Catal. c. 6.

§. XLIV.

Concilium Rejense.

Anno isto 439. Concilium in Provincia Rejis actum, nata hac occasione; Cum Episcopus Embrodunensis vita excessisset, Sedes viginti mensibus vacavit; nam non nulli Laici Electionem, quam unice Clerici cupiebant, sufflaminabant. Tandem duo Episcopi illuc sponte sua advenere, qui, etiamsi Auctoritate Metropolitæ non essent muniti, nec litteras Confratrum suorum ejusdem Provinciæ

A. 439.

Sæculum V. A.C. 439.

haberent, hominem, Juvenem, cui nomen Armentarius, pro illa Cathedra ordinarunt, qui equidem in timore Domini electus, sed Episcopatus honore pellici passus est. Is postea quosdam Clericos etiam excommunicatos, ordinavit. Qui igitur aperte contra Canones fuerat promotus, Episcopi vicini Rejis, tertio Kalendas Dec. Theodosio decimo septimo Consule, id est, 29. Nov. anno 439. congregati sunt. S. Hilarius Arelatensis huic Synodo præfuit, cui undecim Episcopi alii aderant; aliqui ex illa Provincia Viennensis parte, quæ Arelatensi proxima erat, alii ex secunda Provincia Narbonensi, alii ex Provincia Alpium maritimarum, cujus præcipua Civitas erat Embrodunum, sed necdum in Metropolim Ecclesiasticam erecta. Inter hos Episcopos Auspicius Vasionensis, Valerianus Cemelenus, & Maximus Rejensis cæteris magis noti sunt. Præter duodecim Episcopos quidam Presbyter, cui nomen Vincentius, adfuit, qui loco Constantini, Episcopi Vapincensis absentis, subscripsit.

v. Not. posthum. Sirm.

Hoc Concilium ordinationem Armentarii nullam declaravit, (*) jussitque, ut alia Electio, & Canonica fieret. Duorum Episcoporum, qui istud attentaverant,

Can. 2. c. 1. Conc. Taur. c. 3. to. 2.

(*) Id est, illicitam.

rant, audacia hoc modo punita; prohibitum ipsis juxta Decretum Concilii Taurinensis, ne, quamdiu viverent, cuiquam Ordinationi, aut Concilio ordinario interessent. Armentarius indulgenter habitus; permisit Concilium, ut aliquis Episcoporum, cui id Charitas suggereret, eidem aliquam suæ Diœcesis Ecclesiam concederet, in qua Chorepiscopi nomen haberet, aut tantum Communionem Hospitibus dari solitam; quod intelligendum nisi ea Ecclesia ipsi in Titulum conferretur. Dicit Concilium Rejense, quod in hoc puncto sequatur Concilium Nicænum; id enim paria de quibusdam schismaticis statuit. Nempe octavo canone de Novatianis. Hanc vero Gratiam, Armentario factam, Concilium Rejense multis modis restringit. Nam is in Provincia Alpium maritimarum, quod in hanc se intrusisset, nunquam recipietur. Ecclesia ipsi ruralis, non autem in aliqua civitate concedatur. Nunquam in urbibus Sacrificium offerre, nequidem absentibus Episcopis, licebit. In sua Ecclesia neminem, nec etiam minores Clericos, ordinare poterit. Nullam aliam functionem Episcopalem implere licebit, quam Neophytos confirmare, ante Presbyteros offerre, Virgines consecrare, & populo in Ecclesia benedicere. Unius tantum Ecclesiæ Regimen habeat, Non

Sæculum V. A.C. 439.

Conc. p. 1156

Conc. Reg. can. 3.

Sup. l. XI. §. 22.

Sæculum V. A. C. 439.

liceat ad aliam transire, nisi priorem d
miserit. Nempe verius titulus Chorep
copi, quam potestas ei tribuitur, & supr
c. 5. Presbyterum quidem, sed & infra Epi
copum esse jubetur. Quod pertinet
c. 4. ad Clericos, ab ipso ordinatos; qui ant
ordinationem excommunicati erant, de
ponentur; qui bonis moribus sunt, hu
Episcopus Embrodunensis, si voluerit, i
sua Ecclesia retinere, aut ad Armentariu
mittere poterit.

His Concilium quosdam Canone
generales subjungit. Presbyter in fam
c. 5. liis, ruri, in domibus privatis, non auten
in Ecclesia Benedictionem impertiri po
terit. In Oriente etiam publice benedi
v. Sirm. hic cebant. Si Episcopus defunctus fuerit,
c. 6. nemo Ecclesiam vacantem, nisi Episcopus
Canones. vicinus ad ducendas exequias adibit. Vi
sitatoris munere fungetur, & illo tem
poris intervallo, nempe usque ad septi
mum obitus diem, Bonorum Ecclesiæ In
dicem conscribet; tum domum redibit,
& sicut cæteri Episcopi mandata Metro
politæ expectabit, sine quo nemo ad Ec
clesiam vacantem veniat, ne cogi se a
populo simulet. Duo Concilia per an
c. 8. nos singulos celebrabuntur, si pacata
Nic. can. 8. sint tempora. Id subjungit Concilium
propter bella, & calamitates publicas,
quæ sæpe Conciliorum celebrationem
prohibebant.

§. XLV.

Sæculum V.
A. C. 440.

§. XLV.

S. Sixti obitus. S. Leo Papa.

Julianus Eclanenſis, inter Pelagianos notiſſimus, cum ſe de Sede ſua dejectum impatientiſſime ferret, nullum non lapidem movebat, ut ad Communionem Eccleſiæ denuo admitteretur; converſum ſe ſimulabat, idque variis artibus S. Sixto Papæ perſuadere conabatur. At Papa, S. Leonis Archidiaconi ſui, conſiliis utens, verſipellem ſolerter rejecit, quod omnibus Catholicis magnam lætitiæ cauſam præbuit. Haud diu poſtea S. Sixtus ad æterna abiit, quinto Kalendas Aprilis, Valentiniano quinto, & Anatolio Conſulibus, nempe 28. Martii, anno 440. cum annos propemodum octo in Pontificatu exegiſſet. Celebravit ordinationes Romæ, Menſe Decembri, quibus Presbyteros viginti octo, Diaconos duodecim, & in diverſis locis quinquaginta duos Epiſcopos ordinavit.

Proſp. Chro. an. 439.

Lup. n. 15. Lib. Pontif.

Baſilicam Sanctæ Mariæ ab antiquis Liberii dictam, reſtauravit, & Altare argenteum, trecentarum librarum pondo habent, obtulit; intelligo menſam ſacram. Plura alia vaſa argentea dedit, mille centum ſexaginta quinque librarum. Unum vos aureum librarum quinquaginta, rurſus viginti quatuor candelabra ex cupro, quindecim librarum ſingula. Eidem Ec-

Sæculum V. A.C. 440.

clesiæ prœdia, domosque donavit, qu
per annum septingentos viginti nove
asses aureos redderent. Baptisterio Sanct
Mariæ omnia vasa necessaria ex argen
præstitit, & inter alia affundendæ aqu
Cervum, triginta librarum. Ad Confe
sionem (nempe Monumentum S. Petri
ornamenta ex argento appositit, libra
quadringentas habentia. Confessionem
S. Laurentii quoque columnis ex Porphy
rite, & argenteis ornavit; præterea S.
Laurentio obtulit altare librarum quin
quaginta, cancellos trecentarum libra
rum, & supra hos Absidem, seu fornicem
turrim, cui S. Laurentii statua insisteba
ducentarum librarum. Totam hujus
Sancti Basilicam constructit; vasorum ar
genteorum magnum numerum, & unum
vas aureum, unionibus decem librarum
ornatum, donavit. Omnes divitiæ, quas
S. Sixtus Papa in has duas Ecclesias con
tulit, quarum pondus exprimitur, duo
millia, sexcentas uncias, si libris Roma
nis conferantur, conficiunt, & plusquam
tribus selibrarum millibus æquivalent.

Imperator quoque Valentinianus, a
Papa monitus, supra Confessionem S. Pe
tri Simulacrum aureum, duodecim por
tas, duodecim Apostolos, & Salvatorem
referens, totum gemmis ingentis pretii
ornatum obtulit. In Basilica Lateranensi
Imperator frontale argenteum, quingen
tarum

tarum, & undecim librarum, loco illius, quod Barbari diripuerant, posuit. Monumentum S. Pauli auro purissimo ducentarum librarum condecoravit. S. Sixtus Papa etiam Baptisterium Lateranense Columnis Porphyreticis ornavit, quas ibi præter Epistylium ex marmore posuit, insculptis versibus, qui Baptismi virtutem, & fidem Catholicam de peccato originali adversus Pelagianos exprimebant. S. Sixtus prope corpus S. Laurentii in via Tiburtina sepultus est. Sæculum V. A. C. 440. *Ap. Bar. an.* 440.

S. Leo, Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus in S. Sixti Successorem electus est. Absens erat, quippe eum in Galliam miserant, ut Aetio, & Albino, qui Exercitibus Romanorum summa potestate præerant, reconciliandis adlaboraret. Publica ad eum decreta legatio. Dumque ejus adventus expectatur, mirum, quod Ecclesiæ Romanæ, Pastore destitutæ, pax, & quies nullatenus turbata fuerit. Leo originem trahebat ex Thuscia, Quintiani filius, & verosimiliter Romæ natus; hanc enim urbem semper Patriam suam dixit. Is ipse fuisse creditur, qui adhuc-dum Acolythus, in Africam anno 418. missus, ad Episcopum Aurelium S. Sixti, tunc Presbyteri, & postmodum Pontificis, epistolam detulit; certe inter Sixti familiares semper fuit. Cum esset Diaconus, S. Cœlestinus Papa ejus opera utilissime S. Leo. *Lib. Pontif.* *Sup. XXIII* §. 50.

Sæculum V. A. C. 440.

usus est. Ipse quoque est, qui Cassianum ut adversus Nestorium scriberet, impulit.

§. XLVI.

Joannis obitus. Domnus Episcopus Antiochenus.

Chronol. Niceph. Sup. l. XXIV. §. 54. Vita S. Euthy. analecta. Græc. p. 31. p. 41.

Eodem anno 440. ad Patres suos collectus est Joannes Episcopus Antiochenus, postquam hanc Sedem per annos decem, & octo tenuisset. Successorem habuit Domnum, ex sorore nepotem. Monachus fuerat sub Sancto Euthymio Magistro; Juvenalis, Episcopus Jerosolymitanus, Diaconum creavit anno 428. cum Laura dedicaretur. Soluto Concilio Ephesino, cum comperisset, Joannem avunculum suum, Nestorii partes sectari, vehementer indoluit, rogabatque S. Euthymium, ut permitteret, se Antiochiam ire, ubi eum ad meliora revocaret. Respondit S. Euthymius: *ne eas, fili mi! non erit tibi utile; quamvis enim impii Joannem ad breve tempus ad se pertraxerint, Deus, cui cordis ejus sinceritas nota, non permittet, ut in exitium ruat. Tu vero, si in*

p. 42. *loco ad quem vocatus fuisti, permanseris, & repellas cogitationes, quibus ad fugiendum desertum alliceris, proficies, & secundum Deum honoraberis; si me non audis, succedes in Episcopatu avunculo tuo, sed eodem ab impiis privaberis, postquam*

te,

te, te ipso invito, suis partibus implicue- Sæculum V.
rint. Hæc S. Euthymius. Non habuit A.C. 440.
Magistro fidem Domnus, benedictione non accepta abiit Antiochiam, ubi sortem, quam sibi vir Sanctus prædixerat, expertus est.

Anno superiore, Firmo Episcopo Cæ- *Soer. c. ult.*
sarienſi in Cappadocia defuncto, Cæsarienses Constantinopolim venere, a Proclo Episcopum petentes. Animo perpendentem, quem ipsis Episcopum daret, quadam die Sabbati omnes Senatores in Ecclesia invisunt; cum iis venerat Thalassius, qui Præfectus Prætorio in Illyrico fuerat, jamque eidem officio in Oriente præficiendus dicebatur; Huic Proclus manum imponens, Episcopum Cæsariensem pronuntiavit. Hic Socrates Historiæ suæ Ecclesiasticæ finem imposuit, quam in septem libros diviserat, spatium, ut ipse dicit, centum quadraginta annorum complectentem, nempe ab initio Regni Constantini, usque ad decimum septimum Consulatum Theodosii junioris, id est, ab anno 306. usque ad annum 439. in qua tamen periodo anni non plures, quam centum triginta tres numerantur. Ad hunc etiam annum 439. Sozo- *Soz. præf.*
menus Historiam suam deduxerat, a tertio Consulatu Crispi, & Constantini junioris, id est, ab anno 314. Sed hujus historiæ ultima hodie desiderantur. Duorum

Sæculum V. A.C. 440

istorum Historicorum, dum de Novatianis scripsere, quibus favere videntur, fides suspecta esse meretur.

§. XLVII.

Ecclesiarum consuetudines.

Socr. V. c. 22. Sozom. VII. c. 19.

Caute etiam supradictis Scriptoribus fides adhibenda, dum varias Ecclesiæ consuetudines referunt. Dicunt, jejunium quadragesimale sex septimanas ante Pascha in Illyrico, in Græcia, Alexandria, per totam Ægyptum, Africam, & Palæstinam durasse. Constantinopoli, & in omnibus vicinis Provinciis usque in Phœnicen a septima septimana ante Pascha jejunabatur; verum aliqui ex his sex vel septem septimanis tribus tantum per intervalla jejunabant, & quinque tantum hebdomadæ diebus. Aliqui tres septimanas continuas, sicut Romæ, exceptis diebus Sabbati, & Dominica jejunabant. Hic Socrates halucinatus videtur, cum Romæ diebus Sabbati per totum annum fuerit jejunatum. Omnes hoc jejunii tempus Quadragesimam appellabant. Sed & in jejunandi modo magna diversitas reperiebatur. Aliqui omni animalium genere abstinebant. Aliqui piscibus vescebantur. Alii cum piscibus aves comedebant. Alii abstinebant ab arborum fructibus, & ovis. Aliqui solum panem, aliqui ne quidem panem edebant. Alii non

non diutius quam usque ad Nonam jejunabant, & deinde nullo discrimine omnia manducabant. Sæculum V. A.C. 440.

In aliis locis aliud erat conventuum Ecclesiasticorum tempus, alia forma. Ubique Sancta Mysteria diebus Sabbati, æque ac Dominicis, si Romam, & Alexandriam excipiamus, celebrabantur. In quibuspam Ægypti locis die Sabbati, sed vespere, Sacra Mysteria offerebantur, & contra consuetudinem omnium Ecclesiarum non jejuni communicabant. Alexandriæ Christiani diebus Mercurii, & Veneris conveniebant, tunc autem solum legebant, explicationem Scripturarum audiebant, & orabant, sed Mysteria non celebrabantur. Lectores, & Cantores constituebantur Catechumeni, cum in omnibus aliis locis non nisi Fideles ordinarentur. Cæsareæ in Cappadocia, & in Insula Cypro, diebus Sabbati, & Dominicis Vespere, accensis lucernis, id est, ad officium Vesperarum, Presbyteri, & Episcopi semper Scripturas exponebant. Alexandriæ non Presbyteri, sed solus Episcopus prædicabat, quod ab Arii tempore introductum fuerat. Episcopus, cum Evangelium legeretur, non assurgebat, ut mos in aliis ubique Ecclesiis ferebat; solus Archidiaconus Evangelium prælegebat; in aliis locis Diaconi, in multis Ecclesiis Presbyteri, & Episcopus festis solemnibus, sicut Con-

Sæculum V. A.C. 440.

Constantinopoli in die Paschatis, illis recitabat. Romæ nec Episcopus, nec quisquam alius in Ecclesia docebat. Hinc quidem Sozomenus dicit, quæ tamen nu- latenus verosimilia sunt; imo pronum est credere, Sozomenum, Constantinopoli degentem, quid Romæ ageretur, nesci- visse. Antiochiæ Altare Occidentem non vero sicut in aliis Ecclesiis Orientem respiciebat. Romæ haud plures septem Diaconis erant, alibi determinatus non erat numerus. In Scythia, quamvis plures darentur Civitates, unus tamen omnes regebat Episcopus; contra aliis populis mos erat, sicut etiam in Arabia, & in Cypro pagis exiguis Episcopos dare. Denique Cæremoniarum, & Consuetudinum pro singulis locis infinita varietas fuit, qualibet Ecclesia veteres usus religiosissime observante.

vid. Quesnel in S. Leon. Diss. 1. an. 440.

§. XLVIII.

Persecutio in Africa.

Victor. Vitens. l. 1. c. 4.

Genfericus, capta Carthagine, Provincias Africæ in hunc modum divisit; Byzacenam, Abaritanam, Getuliam, & unam Numidiæ partem sibi servavit, in Zeugitanam, & Proconsularem milites immisit. Alias Provincias adhucdum Valentinianus tuebatur, sed ingens calamitas incolas premebat. Præcepit Genfericus, ut Vandali Episcopos, rebus omnibus

bus spoliatos, suis Ecclesiis expellerent, abire detrectantes in perpetuam servitutem redigerent. Hæc sententia non modo in Episcopos, sed & multos Laicos nobiles, & sua Dignitate spectabiles executioni data. Quodvultdeus, Episcopus Carthaginensis, aliique Clerici plurimi, ita ejecti, & navigiis labefactatis impositi, nihilominus feliciter Neapolim appulerunt. Gaudiosus, Episcopus Abitinensis, cum istis illuc delatus, Monasterii Fundator extitit, in quo, sicut etiam Quodvultdeus, diem clausit; Etiamnum Neapoli in memorato Monasterio, quod hodie Sanctimoniales occupant, utriusque Reliquiæ asservantur. Ecclesia S. Quodvultdeus memoriam 16. Octobr. & S. Gaudiosi 28. colit. Alii etiam Episcopi, aut Clerici undecim annotantur, quos inter notissimi sunt Priscus, & Castrensis; hi, variis tormentis in Africa toleratis, in vitiatam navem illati, sive id eodem itinere, quod memoravimus, sive alio factum, in Campaniæ littora defecti sunt, ubi diversas rexerunt Ecclesias. Eorum memoria prima die Sept. agitur.

Sæculum V. A. C. 440.

Martyr. & ibi Baron.

Mart. Rom. & ibi Baron. v. Ruin. ad Victor. c. 9.

Gensericus expulsis ex urbe Carthagine Episcopis cum suis Clericis, suæ Religionis hominibus, nempe Arianis, dedit Ecclesiam, quæ Restituta dicebatur, ubi Episcopi habitare solebant; Catholicis

Vict. l. c. 5.

Sæculum V. A. C. 440.

licis omnes illas Ecclesias, atque opes eorum, quæ intra muros erant, eripuit. Genſericus. tiam extra urbem ſitas Eccleſias, qu voluit, occupavit, præprimis duas ill vaſtas, & magnificentiſſime exornata S. Cypriano ſacras, unam in illo loco quo ſanguinem fudit ædificatam, alteram in illo, qui Mappalia dicebatur, ubi corpus ejus ſepultum fuerat. Catholicis Genſericus præcepit, ut defunctos, omisſo conſueto cantu, ſilentes, terræ mandarent; partem Clericorum, qui ſuperarant, in exilium miſit.

Epiſcopi, aliique viri ſpectatiſſimi, qui in Provinciis, inter Vandalos diviſis, remanſerant, quadam die in conſpectum Genſerici in littore maris prope Maxulam in Provincia Proconſulari ambulantis ſe dederunt, humillime rogantes, ut, poſtquam Eccleſiis, & Bonis exuti eſſent, ſaltem in ſolatium populi remanere liceret in illis partibus, in quibus jam Vandali dominabantur. His juſſit reſponderi: *Statutum mihi eſt nomen veſtrum, & nationem delere, & vos talia a me petere audetis?* Jamque, ut prope mare conſtiterant, omnes in fluctus projici imperaturus erat, niſi ſummæ ſuorum preces malum avertiſſent. Receſſere miſelli Catholici, dolore obruti, cumque nullam haberent Eccleſiam, Sancta Myſteria, ubi poterant, celebrare cœperunt.

Comes

Sæculum V. A. C. 440.

Comes Sebastianus Bonifacii Comitis Gener, & ipse a Romanis male habitus, tandem in Africam se receperat. Hujus consiliis Genſericus utebatur, & quamvis cognosceret, viri sagacitatem rebus suis esse perneceſſariam, ejusdem tamen formidabat potentiam, ut ergo eum e medio tolleret, speciosum obtentum a Religione quæsivit; quadam die præsentibus Episcopis suis, & Domesticis ad eum dixit: *Scio, juramento te ipsum obstrinxisse, ut mihi fideliter adhæreas; porro labores pro me suscepti probant, sinceriſſimum fuisse; ut vero amicitia noſtra perpetua esse possit, volo, ut meam Religionem amplectaris.* Sebastianus, ut idonea similitudine Regis animum moveret, petiit, ut panis candidus afferretur, quem deinde manibus tenens, dixit: *Quo panis iste dignus mensa Regia redderetur, primo furfur a farina separatus est, & deinde massa per aquam, & ignem transiit. Ita ego in Ecclesia Catholica per molam, & cribrum purgatus fui, aqua Baptismi lavatus, & igne Spiritus Sancti perfectus. Jam confringatur panis hic, quem manibus teneo, aqua maceretur, retractetur, & denuo in furnum mittatur, si inde melior exeat, faciam, quod jubes.* Hac parabola, quam inutilis secundus Baptismus esset, ostendere volebat; intellexit Genſericus,

Marcell. Chron. an. 435. *Prosp. an.* 441. *Victor. Vit. Lib. I. c. 6.*

Sæculum V. A. C. 440.

cus, & quid reſponderet, non habu. Hinc poſtea aliud quæſivit, quod obtu. deret, ut Sebaſtianum e vivis tollere. Is in quibusdam Martyrologiis inter co. teros Martyres honoratur.

Bolland. 27. Mart.

§. XLIX.

S. Leonis Epiſtolæ ad Epiſcopos Mauritaniæ.

v. Not. Queſn. Ep. 1. al. 37.

Ad hæc vaſtatæ Africæ tempora redu. cuntur duæ S. Leonis Epiſtolæ, qui. bus nulla dies appoſita, una ad Epiſco. pos Mauritaniæ Cæſarianæ, & ad Ruſti. cum Narbonenſem altera. Cum ad S. Leonem ſæpe relatum fuiſſet ab iis, qui ex Mauritania veniebant, ibi Ordi. nationes contra Canones fieri, Epiſcopo Potentio, Roma in hanc Provinciam pro. fecturo, in mandatis dedit, ut in iſta in. quireret, & Epiſtolam ferendam commi. ſit, ad illius Provinciæ Epiſcopos, quam non habemus. Potentius amplam rela. tionem de illarum Eccleſiarum ſtatu ad Papam miſit; hinc cauſa fuit ſcribendi Epiſtolam, quam habemus. Initio S. Leo notat, triſtia temporum fata his malis occaſionem dediſſe, quæ ſingillatim enu. merat. Aliqui Epiſcopi per ambitum, aut popularem tumultum electi fuerant. Ad Epiſcopatum promoti fuerant Bigo. mi, Laici, Hæretici converſi, quamvis neces-

Sæculum V. A. C. 440.

necessarium fuisset, ut ad Episcopatum evehendi, prius in Ordinibus minoribus probentur, ut non tantum doctos, sed & humiles esse constet. Bigamos non solum ab Episcopatu, sed etiam a Presbyteratu, & Diaconatu deponendos, & excludendos pronuntiat; in Bigamorum autem censum refert, qui viduas duxerint. *Multo magis*, subjungit: *deponendus est ille, qui, ut ad nos relatum est, duas mulieres simul habet, aut qui, postquam uxor ejus discessit, aliam duxit.* Quantum ad eos pertinet, qui ordinati fuerunt, cum essent simplices Laici, permittit Papa, ut in Episcopatu permaneant, ita tamen ut hæc Dispensatio in malum exemplum trahi nequeat, nec Decretis Sanctæ Sedis, nec speciatim a se ipso datis noceant. Ex his videmus, hanc S. Leonis Epistolam, inter ejus Decretales non esse primam; sed aliæ ad nos non pervenerint. In Sede sua confirmat Donatum Salicinensem, qui se cum populo suo ab Hæresi Novatianorum converterat, & Maximum Donatistam conversum, quamvis Laicus ad Episcopatum fuisset promotus, addita conditione, ut ambo fidei Professionem, manu sua scriptam, traderent. Causam Aggari, & Tiberiani, qui inter seditiones vehementes, cum essent Laici, in Episcopos fuerant ordinati, locorum illorum Episcopis judican-

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

Sæculum V. A. C. 440.

dam relinquit, ſibi tamen, poſtquam ad
retulerint, Deciſionem reſervat. Ne
nullis Sanctimonialibus Barbari vim
tulerant; S. Leo innocentes edicit, ſu-
c. 8. det vero, ut humilitati ſtudeant, nec
Virginibus æquales exiſtiment.

§. L.

Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem.

Inſcript. in not. Q. p. 784

Ruſticus, Epiſcopus Narbonenſis, filius erat cujusdam Epiſcopi, cui nomen Bonnoſus; Mater ejus, alterius Epiſcopi

Hier. ep. 4. c. 4.

cui nomen Arator; Soror, magnæ pie-
tatis vidua, educandi pueri ſingularem
curam geſſit. Poſtquam in Gallia, ubi
tunc ſcholæ egregie florebant, litteris o-
peram dediſſet, Romam miſit, nullis
parcens ſumptibus, ut in arte eloquentiæ
perficeretur. Ad Matrem deinde rediit,
ſeque Monaſtico inſtituto dedit; ſub id
tempus celebrem a S. Hieronymo acce-
pit Epiſtolam, de vita Religioſa; monet
etiam juvenem S. Hieronymus, ut Pro-
clum Epiſcopum Maſſilienſem adeat, a
c. 10. quo viva voce inſtrueretur. Cum Ru-
ſticus aliquamdiu in Monaſterio vixiſſet,
Presbyter Eccleſiæ Maſſilienſis, Patriæ
ſuæ, ut conjectura eſt, & tandem Epiſ-
v. N. Queſn. p. 785. copus Narbonenſis anno 427. ordinatus
eſt.

S. Leo

Sæculum V. A. C. 440.

S. Leone ad Pontificatum evecto, Rusticus Archidiaconum suum Hermetem ad eum misit, qui super variis Disciplinæ punctis Papam consuleret. In his litteris affirmabat, cupere se Sedem suam relinquere, atque quietis, & solitudinis maximo desiderio teneri. Id vero ut faciat, S. Leo nullatenus suadet, sed docet, non minus patientiam esse necessariam ad quotidianas vitæ tentationes superandas, quam Tyrannorum persecutiones; qui Ecclesiæ Regimini præfecti essent, stationem sibi commissam fortiter tenerent, & in eo confiderent, qui, se nunquam Ecclesiam suam derelicturum, promisit. Ad quæstiones, a S. Rustico propositas, S. Leo ita respondet: *Presbyter, aut Diaconus, qui se falso Episcopum dixit, pro tali haberi non debet; cum inter Episcopos recenseri non possint, qui nec a Clericis electi, nec a populo expetiti, nec ab Episcopis illius Provinciæ, consentiente Metropolita, consecrati sunt. Ordinationes ab his falsis Episcopis factæ, nullæ sunt, nisi consensu eorum, qui regebant Ecclesias, ad quas hi Clerici pertinebant, factæ sint.* Hæc restrictio difficilis captu est, nisi dicatur, falsos hos Episcopos re vera Caractere Episcopali fuisse insignitos, sed eundem Ordinatione illicita accepisse, sicut Armentarius Embrodunensis in Concilio Re-

Leo ep. 2. al. 92.

Inquis. 1.

v. not. Quesn. p. 785.

Sup. n. 47. Inq. 2.

Sæculum V. A. C. 440.

jenſi depoſitus. (*) Si aliquis Presbyter, aut Diaconus petat ſibi imponi pœnitentiam; eam privatim peragat, eſt enim contra Eccleſiæ conſuetudinem, ut publicam pœnitentiam ſubeant.

Inq. 3. Lex continentiæ eadem Miniſtris Altaris, ac Epiſcopis, & Presbyteris imponitur. Licebat Laicis, vel Lectoribus matrimonium inire, & liberos procreare. Ad gradum altiorem promoti non dimittant uxores, ſed cum uxoribus vivant, ac ſi non haberent eas. Inter Miniſtros Altaris, ad continentiam obligatos, S. Leo etiam Subdiaconos comprehendit, quod ex ejus Epiſtola ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem colligitur. Inter Concubinam, & uxorem legitimam diſcernendum eſt; itaque, qui relinquit Concubinam, & uxorem ducit, bene facit; & mulier, viro nubens, qui Concubinam habebat, non peccat, quia non erat matrimonium. S. Leoni hic ſermo eſt de Concubinis mancipiis, non vero de iis, quæ, etſi uxores legitimæ eſſent, tamen, lege ita diſponente, uxoris titulo carebant. Qui pœnitentiam recipiunt ægrotantes, & poſtquam convaluerunt, recuſant, non ſunt derelinquendi, ſed ſæpius arguendi, de

Epiſt. 12. *al.* 84. *c.* 4.

Inq. 4. 5. 6.

Leonis I. Decretalis.

Sup. l. XX. §. 48. *Canc. tol. I. c.* 17.

(*) Hæc reſponſio Fleurii Anonymo I. probatur, ſed modus, quo eam ſubtimide proponere videtur, diſplicet.

de neminis vero salute, quamdiu hac aura fruitur, desperandum. Simili patientia tolerandi sunt illi, qui, malo premente, pœnitentiam petunt, & detrectant, si Presbyter advenerit, & vis morbi remiserit; si tales postea pœnitentiam rogent, non denegetur. Qui morti proximi pœnitentiam acceptant, & moriuntur antequam Communionem acceperint, id est, Reconciliationem, relinquantur Judicio Dei, qui mortem eorum differre poterat; pro ipsis autem non oratur, (*) quia extra Communionem Ecclesiæ obierunt. In aliis Ecclesiis pro talibus etiam orabatur. Pœnitentes multis etiam licitis abstinere oportet. Actionem in judicio non moveant, si possibile sit; & magis Judicem Ecclesiasticum, quam sæcularem adeant. Damnum pati malint, quam mercaturæ, quæ sine peccato vix unquam exerceri potest, implicari. Non licet pœnitentibus denuo militiæ nomen dare, (**) aut nuptias inire, nisi forte pœnitens in juvenilibus annis sit, & de pudicitia periclitetur; & tunc etiam, si id concedatur, gratia erit, non debitum.

Inquis. 7.

9.

8.

v. Quesnel.

Inq. 10.

11.

12.

13.

Monachus, qui voto obstrictus, uxorem ducit, aut militiam amplectitur, publicam

Inq. 14.

15.

(*) Nempe publice.

(**) Forte etiam munera publica obire.

Sæculum V. A. C. 440.

blicam pœnitentiam ſubeat. Puellæ quæ cum Virginum habitum aſſumpſiſſent, poſtea matrimonium inierunt, etiamſi conſecrationem non acceperint, nocentes ſunt. Nempe duplex genus erat Virginum, illarum unum, quæ voto tantum ſe obſtrinxerant, eoque vel ſolemni, ſi Monaſterium fuiſſent ingreſſæ, vel ſimplici, ſi habitum ſumpſiſſent, & apud Parentes remanſiſſent, alterum illarum, quæ acceperant conſecrationem; hæc vero ante annum Virginis quadrageſimum ab ipſo Epiſcopo quodam Feſto ſolemni non conferebatur; ut ipſe S. Leo præcipit.

v. Queſnel.

Inq. 16. Si qui in puerili ætate a Parentibus Chriſtianis, derelicti fuerint, ita ut nullum appareat argumentum, fuiſſe baptizatos, baptizentur ſine timore, ne Sacramentum iteretur. Qui prima ætate ab hoſtibus capti, neſciunt, an fuerint baptizati, quamvis recordentur, ſe cum parentibus ad Eccleſiam iviſſe, interrogari debent, an id acceperint, quod parentibus eorum porrigebatur, nempe Evchariſtia; ſi non meminerint, absque

18. hæſitatione baptizandi ſunt. Homines ex Africa, & Mauritania in Galliam venerant, qui ſe quidem baptizatos, ſed non in qua Secta ſciebant; S. Leo reſpondet, non eſſe baptizandos, cum formam Baptiſmi qualicunque demum modo acce-

piſſent;

Sæculum V. A. C. 440.

pissent; solummodo impositione manuum cum invocatione Spiritus Sancti, id est, per Confirmationem, Ecclesiæ Catholicæ reconciliandi sunt. (*) Alii in pueritia baptizati, & a Gentilibus in captivitatem abducti, more Gentilium vixerant, & adhucdum juvenes in Romanorum terras redierant; de his S. Rusticus quærebat, quid faciendum, si Communionem peterent. S. Leo respondet: *Si tantum immolata manducarunt, jejunio, & manuum impositione mundari poterunt. Si Idola adorarunt, vel homicidia, aut fornicationes commiserunt, iis publica pœnitentia injungenda.* Hic videmus manuum impositionem tam a Confirmatione, quam Pœnitentia publica distinctam. Cœterum ex his ultimis articulis colligitur, hanc Decretalem ad illa tempora, quibus Vandali in Imperium irruperunt, esse referendam.

(*) Non est certissimum, hic Sacramentum Confirmationis fuisse collatum; nam etiam in Reconciliatione imponebantur manus. Cæterum Novatiani quidem non confirmabant, an vero nulli Hæretici Confirmationem contulerint, & an valide potuerint conferre, difficilis est quæstio.

Sæculum V.
A. C. 441.

§. LI.

Primum Concilium Arausicanum.

to. 3. Conc. p. 1446.

Sub idem tempus Episcopi Galliæ in Ecclesia Justiniana, in territorio Arausicano, sexto Idus Nov. Cyro Consulatum gerente, id est, octava Nov. anno 441. Concilium egerunt. Huic S. Hilarius præfuit, Episcopus Arelatensis; aliorum præterea sexdecim Episcoporum nomina subscripta leguntur. Inter hos Episcopos notissimi sunt; Constantinus Vapincensis, Auspicius Vasionensis, Maximus Rejensis, & S. Eucherius Lugdunensis, qui edixit, se Episcoporum Provinciæ suæ consensum expectaturum. S. Eucherius Monachus fuerat in Insula Lerinensi, S. Honorati, & Cassiani amicus, ad quos unam collationum suarum direxit. S. Eucherius uxorem habuerat, ejusque duo filii Veranus, & Salonius, ambo Episcopi fuere. Pia quædam habemus opuscula, quæ ipsius partus sunt.

Præf. coll. XI.

Genn. Illust. c. 622. Marc. Chr. an. 456.

In hoc Concilio Arausicano triginta Canones conditi. Primo statuitur; Hæreticos, qui, urgente mortis periculo, converti cupient, a Presbyteris unctionem Chrysmatis, & Benedictionem, absente Episcopo, accipere posse; quod non nulli de Confirmatione accipiunt. Canone secundo, & inter Cœteros celeberrimo, hæc statuuntur his verbis: *Nullus Ministro-*

Sirmond. not. post.

nistrorum, qui baptizare possunt, quocunque exeat sine Chrysmate, quia statutum est inter nos, ut una tantum vice hæc unctio fiat. Si quis in Baptismo ob casum necessitatis unctionem Chrysmatis non accepit, hac de re Episcopus eum confirmaturus admoneatur. Unica est enim unctio Chrysmatis, quod non ita quidem accipiendum, ac si unctio iterata noceret, sed ne credatur necessaria. Alia exemplaria, mutata particula negativa, dicunt: *Ut credatur necessaria.* Difficile est horum verborum sensum percipere, & difficilius credere, non nunquam collatam fuisse Confirmationem sine unctione, quod Canon cum particula negativa indicare videtur; id nulla alia Auctoritate probari potest, totius Ecclesiæ usus adversatur, & communis est Theologorum Doctrina, unctionem ad Confirmationis substantiam pertinere.(*)

(*) Ex hoc Canone fortissimum formatur argumentum, materiam Confirmationis solam esse manuum impositionem. Usus totius Ecclesiæ, quem adducit Fleurius, si tunc temporis fuit observatus, non probaret, unctionem pertinere ad substantiam Confirmationis, alias ex hoc usu probaretur, unctionem Chrysmatis etiam ad substantiam Baptismi pertinere. Cæterum magna hic est Fleurii in Theologos Observantia, atque ob

Sæculum V. A.C. 441.

Ulterius Concilium Arausicanum statuit: impostérum Catechumenis Evangelium prælegetur. Nunquam Baptisterium intrare permittantur. Separatur, quantum fieri potest a Benedictione, quæ Fidelibus conferri solet, etiam in precibus domesticis; sed separatim accedant, ut eis benedicatur. Catechumeni obsessi, seu Energumeni pro casu necessitatis baptizentur, aut quandocunque visum fuerit. Energumenis baptizatis, qui faciunt, quantum in ipsis est, ut liberentur, Communio detur, quâ roborentur, aut etiam per virtutem Sacramenti liberentur. Qui aliquando a Dæmone publice vexati sunt, inter Clericos non suscipiantur, aut si suscipiantur, nullam functionem exerceant. Mente captis omnia, quæ pietas postulat, conferantur. Qui subito loquendi facultate privatur, Baptismum, aut pœnitentiam potest recipere, si signis indicet, se id velle, vel si testes adsint, id voluisse. (*) Qui

c. 18.
c. 19.
c. 20.
c. 15.
c. 16.
c. 13.
c. 12.

ob hoc solum ab Anonymo II. & P. Balduino honestius haberi meritus fuisset. Ego vero in hoc non consentio Fleurio, Communem esse Theologorum Doctrinam. Videatur Tournelius de Sacramento Confirmationis.

(*) Conjicitur, hic per pœnitentiam, aut fidem cum pœnitentia collatam fuisse absolutionem Sacramentalem.

Sæculum V. A. C. 441.

Qui moriuntur pœnitentiæ tempore necdum expleto Communionem accipiant absque manuum impositione, quæ in Reconciliationem datur; idque morientium consolationi sufficiat, juxta Decreta Patrum, qui hanc Communionem Viaticum appellarunt; si supervixerint, in ordine pœnitentium remanebunt, ut postquam pœnitentiam compleverint, manuum impositionem, & Communionem legitimam accipiant. Canon iste explicari debet per Canonem decimum tertium Nicænum, quo morientibus Communio, etiam Evchariſtiæ, concedi-tur, cum onere pœnitentiam complendi, si convalescant. Clericis pœnitentiam petentibus denegari non debet. Id de pœnitentia secreta, sicut in Epistola S. Leonis ad Rusticum, accipi potest.

c. 3.

Sup. XI. n. 21. v. Sirm. not. c. 4.

Episcopus communicans cum homine, quem alius Episcopus excommunicavit, nocens est; & in futuro Concilio justitia Excommunicationis examinanda.

n. 2. c. II.

Si quis Episcopus in alterius Diœcesi Ecclesiam ædificare velit, licentiam ab eo obtineat, Consecrationem ei relinquat, Clericos, quos voluerit, ut ibi ministrent, eidem ordinandos præsentet, & totum novæ Ecclesiæ Regimen committat. Si quis Sæcularis Ecclesiam, a se extructam, ab alieno Episcopo consecrari curavit, hic Episcopus, & omnes alii, qui huic Con-

c. 1.

Sæculum V. A. C. 441.

Consecrationi interfuerint, a Conve
excludantur. Hic juris Patronatus i
tia deprehenduntur in eo, quod Epi
pus Fundator Clericos, quos suæ Eccle
Ministros petit, Episcopo Diœcesano pr
c. 30. sentari possit. Si quis Episcopus per i
firmitatem usum loquendi amittat, a
vocabit alium Episcopum, qui functi
nes Episcopales peragat, nec eas a Pre
byteris exerceri jubebit.

c. 8. Si quis Episcopus vult ordinare Cle
cum, qui alibi habitat, prius voluntate
habeat eum obligandi, ut apud se perm
neat; at vero consulendus est Episcopu
ad cujus Ecclesiam antea pertinebat, a
qui forte hunc Clericum non sine causa a
c. 26. altiorem ordinem non promovit. Nulla
c. 21. Diaconissæ ordinentur. Si duo Episco
tertium invitum ordinaverint, recens or
dinato alterutrius Ecclesia dabitur; & in
locum alterius alius ordinabitur, si vero
in Ordinationem suam consenserit, om
c. 22. nes tres condemnabuntur. Non ordi
c. 23. nabitur ultra Diaconus, nisi promittat
se continentiam servaturum sub pœna
c. 24. depositionis. Si prius ordinatus fuerit
ad gradum altiorem secundum Decretum
Conc. Taur. Concilii Taurinensis non promovebitur
c. 8. to. 2. Bigami Subdiaconatum, & Ordines infe
Conc. p. 1157 riores poterunt recipere. Viduæ coram
c. 27. Episcopo profitebuntur, & habitum ab
ipso accipient. Pœnitentiam subire je
bebun-

bebuntur utriusque sexus homines, si continentiæ votum fregerint. Qui ad Ecclesiam confugerint, persecutoribus non tradantur, sed ob loci Reverentiam tueri eos oportet. Si quis servos illius Ecclesiæ, ad quam sui confugerunt, ipsorum loco rapiat, severissime ab omnibus Ecclesiis condemnabitur. Si quis homines in servitutem redigere voluerit, qui in Ecclesia manumissi sunt, aut a quoquam testamento Ecclesiæ commendati, Censura Ecclesiastica reprimetur. Post Canones legitur statutum, ne unquam Synodus solvatur, nisi secuturo Conventui dies constituatur; atque hac vice Concilium futurum, anno sequenti 442. Lucianæ agendum, in eadem Arausicana Diœcesi indicatur.

Sæculum V. A. C. 442.

c. 28.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 29.

§. LII.

Concilium Vasionense.

Hoc anno 442. Dioscoro Consule, Idibus, id est, decima tertia Nov. Vasione sub Episcopo Auspicio celebratum est Concilium. In eo novem, decemve Canones conditi, quorum hæc est summa; Si Episcopi Galli ab una Provincia in aliam proficiscantur, non eis necesse, ut habeant testes litteras, dummodo excommunicati non sint, quia ob viciniam satis noti sunt; nempe litteræ formatæ solis exteris dabantur. Presbyteri singulis

tom. 3. Conc. p. 1456. can. 1

v. Sirm. c. 3.

Sæculum V. A. C. 442.

gulis annis ſacrum Chryſina a ſuo Epiſcopo ante Paſcha petant; ipſi acceptum ibunt, vel ſaltem Subdiaconum mittent.

c. 2. Pro iis, qui ſubita morte tempore pœnitentiæ, quam fideliter peragebant, defungentur, orandum eſt. Qui defunctorum oblationes retinent, aut eas Eccleſiæ reddere cunctantur, tanquam Sacrilegi, & pauperum parricidæ, excommunicabuntur.

c. 6. Vitandi ſunt, non ſolum illi, quos Epiſcopus nominatim excommunicavit, ſed etiam illi, de quibus conſtat, eorum mores Epiſcopo diſplicere, etiamſi diſſimulet. Epiſcopi non leviter vel quemquam accuſent, vel excommunicent. Si culpæ leves ſint, aliorum intercеſſione facile flecti ſe ſinant; ſi crimen commiſſum ſit, publice accuſent. (*)

c. 8. Si quis crimen commiſit, ſoli Epiſcopo notum, huic poteſt præcipere, ne in publica congregatione conſpectum ſuum ſubeat, ſed ab aliorum communione non ſeparetur, quamdiu delictum probari non poteſt. (**)

Conc. Cart. 6 can. 132.

Ut aboleretur mos ille crudelis, quo Gentiles proles ſuas projiciebant, Conſtantinus anno 331. Lege ſtatuerat, ut ejus-

(*) Non per ſe ipſos, ſed ut bene notat Anonymus I. Accuſatoris vice, nempe alterius.

(**) Hic de Confeſſione auriculari ſermo eſſe videtur.

ejusmodi infantes in illorum poteſtatem transirent, qui eos nutriviſſent, & educaſſent, ſeu filios ſuos adoptivos, ſeu mancipia, ut lubuiſſet, eſſe voluiſſent; Parentibus, aut Dominis omne jus tales repetendi adimebatur. Ad hanc legem Honorius anno 412. addiderat, ut qui prolem projectam levaret, teſtes adhiberet, & Chirographum Epiſcopi, ne quis unquam importunus exactor eam poſſet repetere. Nihilominus piiſſimis ejusmodi miſellorum, a Parentibus derelictorum, Patronis ſæpiſſime mota actione moleſtia creabatur; hinc multi iſtud Miſericordiæ genus exercere non audebant; ergo Concilium Vaſionenſe præcipit, ut hæ leges obſerventur, & præterea die Dominica Diaconus ad altare annuntiet, infantem expoſitum fuiſſe levatum, ut ſi quis aliquando puſionem tanquam ſuum vellet repetere, id intra decem dies aperiat; niſi jam faciat, quiscunque deinde hanc prolem repeteret, ſciret, ſe Cenſura Eccleſiaſtica, tanquam homicidam, feriendum.

Sæculum V. A. C. 442.

L. 1. Cod. Theod. de expoſ. lib. V.

L. 2. eod.

c. 9.

c. 10.

§. LIII.

S. Leonis Epiſtola.

Haud diu poſt captam Carthaginem, nempe anno 440. Imperatore Valentiniano, & Anatolio Conſulibus, Genſericus trajecit in Siciliam, vaſtavit Inſulam,

Chr. Idac. an. 16. Valent. Proſp. an. 440. Caſſiod. an. eod.

Sæculum V. A. C. 443.

sulam, & Panormum obsedit, quæ multo tempore hostium vim repulit. Maximinus, Arianorum in Sicilia Princeps, cum a Catholicis Episcopis fuisset damnatus, vindictæ cupiditate ardens, Tyrannum incitabat, ut eos persequeretur, & Arianam Hæresin sequi cogeret. Non nulli in illo furore Martyrii lauream consecuti sunt. S. Leo, Siciliæ calamitates dolens, Paschasino, Episcopo Lilibæi, usus Ministerio Silani, Ecclesiæ Panormitanæ Diaconi, subsidia Charitatis cum litteris consolatoriis misit; ea etiam occasione, Paschasinum consuluit, in quam diem anno sequenti 444. Festum Paschæ incideret; quod jam ante a S. Cyrillo Alexandrino exquisierat. Paschasinus Papæ respondit, quod re mature examinata, & exacte pensata, inveniisse se, sicut & S. Cyrillum, Diem Paschalem anni sequentis Dominica, nono Kalendas Maji, id est, vigesima tertia Aprilis, esse celebrandam, & causas explicat. Mentionem injicit de quodam miraculo Baptisterii in Sicilia, quod anno 417., Zosimo Pontifice, acciderat.

apud. Quesn. post. ep. 2.

Sup. Lib. XXIII. n. 35

Epist. 3. al. 1. Eodem anno 443. S. Leo ad Episcopos Campaniæ, Piceni, Tusciæ, & omnium Provinciarum suburbicarum Epistolam Decretalem dedit. Picenum hodie pars magna Marchiæ Anconitanæ est. Episcopis tribus, Innocentio, Legitimo, &

& Segecio mandatum, ut in Provincias deferrent hanc Decretalem, ut pronum est conjicere, acti Concilii consectarium. In ea varii abusus reprehenduntur; nempe ad supremum Sacerdotii fastigium evehi servilis conditionis homines, vel obstrictos ad ejusmodi munera, quæ cum Ecclesiæ Ministerio componi non possent. Quosdam invitis Dominis ordinari. Ad ordines suscipi Bigamos. Clericos inveniri, qui ex mutuo dato vel suo, vel adscititio nomine usuras acciperent, quod Laicis quoque nefas esset. Præcipit Papa, ut omnes hi abusus tollantur, atque Episcopis non obedientibus pœnam indicit; interdicendos, & sua Communione privandos. Hortatur etiam, ut S. Innocentii, suorumque Antecessorum Decreta observent. Data est hæc Decretalis sexto Idus Octobr. Maximo, & Paterno Consulibus, seu decima Octobr. 443.

Sæculum V. A. C. 443.

§. LIV.

Manichæi Romæ deprehenduntur.

Inter illos, quos Africæ devastatio, & Vandalorum terror fugere ad Italiæ littora compulit, non pauci fuere Manichæi, qui Romam se recipientes, aliquamdiu latuere. At S. Leonis vigilantiam minime fefellerunt; cujus rei populum suum in multis Concionibus ad-

Prosp. in Chro. an. 443 Serm. IV. de Coll. c. 3.

Sæculum V. A. C. 443.

monuit, præcipiens, ut ubicunque hujus Sectæ homines deprehenderent, ad suos Presbyteros deferrent, nempe ad eos, qui in diversarum Regionum titulos divisi erant. (*) Duas Notas indicat, quibus Manichæi discerni possent; eos Die Dominica in honorem Solis jejunare, & in contemptum Resurrectionis JEsu Christi, & Die Lunæ in honorem Lunæ; deinde quando cum Fidelibus ad Communionem accederent, eos solum JEsu Christi Corpus accipere, non vero Sanguinem, quod vinum horrerent. S. Leo etiam superstitionem damnat, quæ a Manichæis ortum traxisse videtur; quidam Fidelium, cum Basilicam S. Petri intrarent, superatis gradibus, vultum vertebant, ut Solem orientem salutarent.

Serm. IV. de Quadr. c. 5.

Serm. VII. Nativ. c. 4.

Postquam igitur S. Pontifex magnum Manichæorum numerum detexisset, non nulli publice in Ecclesia pessimam Sectam abjurarunt, & ad pœnitentiam recepti sunt. Alii in malo obstinati, Judicum Laicorum auctoritate in perpetuum proscripti, sicut Leges Cæsareæ præcipiebant. Ut vero eorum errores, & infamis vita populo magis innotesceret, S. Leo Papa inquisitione juridica opus esse censuit. Is multos Episcopos, Pres-

Epist. 8. al. 2.

(*) Hæc est origo Cardinalium.

Presbyterosque, plurimos cives, viros illustres, & quosdam ex Senatu convocavit; in hunc Conventum Manichæorum Electi, & Electæ introducti, & multa de sua Doctrina, atque Festorum Cæremoniis revelare coacti sunt; Mysteriorum turpitudo clarissime probata; ne quod incredulis dubium remanere posset, & calumniatoribus omnis occasio subduceretur. Personæ omnes, Manichææ abominationis complices, præsentes stabant; puella decennis, mulieres duæ, quæ innocentulam enutriverant, & crimini præparaverant, juvenis, qui misellam corruperat, & Episcopus Manichæus, qui nefandæ Cæremoniæ Præses adfuerat. Consentanea fuere, quæ singuli fatebantur, atque adeo detestabilia, ut audientibus horrorem crearent. Ex his Acta authentica confecta.

Sæculum V. A. C. 443.

Serm. V. de jejun. Dec. c. 4 ep. 15. ad Thurib. c. 16.

Mox S. Leo detectæ veritatis rationem reddidit populo, dicens pro Concione de jejunio decimi Mensis, nempe quatuor temporum in Decembri, anno 443. præsertim fæminas vehementer hortabatur, ut hos Hæreticos fugerent, & affatum quoque horrerent, ne curiositate, & fabularum, quas narrabant, illicio deciperentur. Omnes excitat, ut eos deferant, ubi habitent, ubi doceant, & quorum domos frequentent, indi-

D. Serm. V.

Sæculum V. A. C. 444.

cent, ut plures deprehendi possent. De iisdem Die Epiphaniæ, sexta Jan. anno 444. mentionem fecit, monens populum, ne sibi hominum istorum specie externa, abstinentia superstitiosa, vestitu paupere, & vultus pallore imponi sinerent. Illorum, qui Romæ comprehensi sunt, confessionibus patefactum, quinam ipsorum Doctores essent, qui Episcopi, qui Presbyteri, in quibus Provinciis, & quibus urbibus degerent.

S. Leo. *Serm. IV. Epiph. c. 5. Prosp. in Chro. an* 443

Epist. 8. al. 2.

Manichæorum multi, præsertim cæteris nocentiores, Roma auffugerunt. Hinc Papa ad omnes Episcopos Italiæ litteras dedit, monens, ne quosdam de hac hominum fæce susciperent, qui sua peste Ecclesias eorum inficerent. In hunc finem, quæ Romæ acta fuerant, docet, eaque omnia, quibus enormia demonstrantur flagitia, transmittit. Hortatur, ut sancto studio in eos inquirant, (*) & caute a se, suisque periculum

(*) Ad hunc numerum Anonymus I. dicit, ex S. Leonis rigore in Manichæos patere, usum in Hæreticos inquirendi, & eos etiam Brachio Sæculari tradendi, quem hodie Sacra Inquisitio observat, non esse novum, & Reflexionem addit non necessariam, eo minus, quod idem in alio loco jam dixerit: *Nous ne disons pas pour cela, que ce Tribunal ait Autorité là, où il n'est pas*

lum avertant. Epistola hæc est Circularis, atque decimo tertio Kalendas Febr. Theodosio decimo octavo, & Albino Consulibus, id est, decima tertia Jan. anno 444. data. Multi Episcopi Orientis hac in re S. Leonis vigilantiam imitati sunt. Sæculum V. A C. 444.

§. LV.

In Pelagianos inquiritur.

Sanctus Leo eodem tempore in Pelagianos, & præprimis Julianum Eclanensem, illorum Principem, inquirebat; quippe etiamsi multi Hæresin abjurassent, eandem denuo seminare cœperant. Septimius, Episcopus Altinensis in Venetia hac super re ad S. Leonem scripsit, monuitque, in illa Provincia ad Communionem Catholicam receptos fuisse Presbyteros, Diaconos, aliosque diversi *Auct. de promiss. c. 6. Phot. Bibl. cod. 54. S. Leo. ep. 6. al. 86.*

pas reçû, & où les seuls Evêques sont Juges des causes appartenantes au maintien de la foi. Latine: *Non tamen ideo affirmamus, huic Tribunali aliquam Auctoritatem esse in illis locis, ubi receptum non est, & ubi soli Episcopi in causis, ad conservationem Fidei pertinentibus, Judices sunt.* Si Fleurius hoc diceret, Anonymo II. & P. Balduino dignus videretur, in quem mille fulmina ruerent,

Sæculum V. A. C. 444. Ordinis Clericos, olim Pelagianæ Hæresis veneno afflatos, & neminem ab ipsis petiisse, ut suum prius errorem damnarent; imo tolerari etiam usum, quo ad suas functiones exercendas ex loco in locum transibant, contra præcepta Canonum, ut Clerici in illis Ecclesiis, ubi ordinati fuissent, perpetuo manerent.

Epist.6. S. Leo, accepto hoc indicio, ad Episcopum Aquilejensem, Provinciæ Metropolitam, Epistolam dedit, jubens, ut Synodum suam convocaret, & omnes hos Clericos, de errore Pelagianorum suspectos, aperte, & dato chirographo, hanc Hæresin damnare, & omnia Decreta Conciliorum, a Sancta Sede confirmata, verbis ita claris approbare, & recipere cogeret, ut omnis ista eludendi rima obstrueretur. Papa etiam observationem Canonum de Stabilitate Clericorum inculcat, pœnam Depositionis, & excommunicationis in transgressores comminatus, quod plerumque, si ambitio, & avaritia tollatur, nulla ab una Ecclesia ad aliam transeundi causa superstit.

§. LVI.

Vicariatus Thessalonicensis.

Epist.4. Anastasius, Episcopus Thessalonicensis, ad S. Leonem misit, qui Vicariam ipsius Auctoritatem in Illyrico, sicut sui Ante-

Sæculum V. A. C. 444.

Anteceſſores habuerant, ſuo nomine peterent; hanc S. Leo lubenti animo conceſſit, data Epiſtola pridie Idus Jan. Theodoſio decimo octavo, & Albino Conſulibus, id eſt, 12. Jan. anno 444. In ea S. Leo dicit; ſe hac in re ſimpliciter ſequi exemplum S. Siricii, eandem poteſtatem Aniſio dantis, nullum alium in finem, quam ut Canones obſerventur. Admonet præcipue, ut Epiſcopi Canonice eligantur. Ad nihil attendendum, quam ad viri, ad Epiſcopatus apicem provehendi, dotes, & quantum priori miniſterio de Eccleſia meritus ſit, nihil favori, nihil proprio commodo tribuendum. *Nemo*, inquit: *in his Eccleſiis, te non conſulto, ordinetur; nullum enim niſi præcedente maturo judicio eligent, ſi ſciverint, neceſſarium eſſe, ut rigidiſſimum tuum examen ſubeant. Nos vero nullum agnoſcemus Epiſcopum, quem Metropolita, te inſcio, ordinaverit. Quia Metropolitis jus competit, ſuarum Provinciarum Epiſcopos ordinandi, volumus, ut tu Metropolitas ordines, eosque majori cura ſeligas, quia tibi cæteros regere incumbit. Nemo, ſi vocatus fuerit, a Synodo abſit. Rei Chriſtianæ nihil utilius,* c. 5. *quam frequentiſſimi Epiſcoporum conventus, ſunt enim emendandis erroribus, & fovendæ Charitati maxime idonei. Quod attinet ad cauſas majores, antiquæ tra-*

Sæculum V. A. C. 444.

ditioni insistes, & ad nos devolves, ea nempe, quæ in ipsis locis expediri, & definiri non poterunt; appellationes quoque ad nos factas non rejicies. Carpit S. Pontifex, quod contra Canonum tenorem omnibus diebus indiscriminatim Presbyteri, & Diaconi ordinarentur, & jubet, ut in futurum non nisi Die Dominica, sicut Episcopi, ordinentur; id intelligendum de Nocte Diem Dominicam præcedente. S. Leo eadem die ad Illyrici Metropolitas Epistolam dedit, qua certiores reddit de Potestate, Anastasio Thessalonicensi collata, hortaturque, ut se subjiciant, & Canones observent.

c. 6.

Epist. 5.

Prosp. Chro. integ. an. 444

Hoc anno 444. cum Dies Paschalis in vigesimam tertiam Aprilis incidisset, Paraseeve Domini vigesima prima agebatur; Eadem die urbis Romæ fundatio celebrari solebat ludis Circensibus; at vero hoc anno Sacræ Passionis Reverentiæ datum, ut omitterentur.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXVII.

S. LEO, PAPA.
THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III. IMPERATORES.

§. I.

S. Cyrilli obitus, & opera ejus.

Sanctus Cyrillus eodem hoc anno 444. nona Junii, Cœlo insertus est, postquam ab anno 412. Ecclesiam Alexandrinam rexisset. Ingenii sui partus plurimos posteris reliquit, & inter cœteros Homilias, quas Episcopi Græci, diligenti repetitione memoriæ impressas, pro Concione recitabant. Lucem plurimam Historiæ affundunt Homiliæ Paschales,

Sæculum V. A. C. 444.

Græc. Menol. 9. Jun. Conc. Chalc. Act. 3. p. 406. Sup. XXII. §. 46. Gennad. Script. c. 56.

Sæculum V. A. C. 444.

in quibus prima dies Quadrageſimæ, & prima Hebdomadæ majoris, id eſt, Dies Lunæ, deinde Dies Sabbati, & Dominica Paſchatis notantur per dies Menſium Ægyptiorum, qui facile cum Romanis conferuntur; itaque iſtæ Homiliæ certa annorum illorum indicia ſunt. Viginti novem numeramus pro totidem annis conſequentibus ſine interruptione. Prima data eſt anno 414. qua dies Paſchalis in 26tam *Phamenoth*, id eſt, vigeſimam ſecundam Martii incidebat, & ultima anno 442. quo Paſcha decima ſeptima Pharmouthi, id eſt, duodecima Aprilis celebratum.

Alia S. Cyrilli, quæ habemus, opera, ſunt ſequentia; Libri ſeptendecim de Adoratione in Spiritu, & veritate, ſeu Dialogus inter ipſum, & quemdam, nomine Palladium, ubi oſtendit, veterem Legem eſſe utiliſſimam, etiam poſt Evangelii promulgationem, quod ſenſus quoque Spiritualis inſit. Idem fere ſcopus eſt librorum, quos Glaphyrios dixerunt; erant autem hi libri, commentarius in Pentateucum. Vox *Glaphyron* idem ſignificat ac elegans, & profundum; tam unum, quam alterum convenit operi, quod Myſteriis Legis antiquæ lucem affert. Habemus etiam S. Cyrilli quinque libros, quibus in Iſaiam commentatur; rurſus commentarium in duodecim Prophetas

Sæculum V. A.C. 444.

phetas minores, decem libros Commentarii in S. Joannem; duodecim quidem scripserat, sed libri septimi, & octavi non nisi fragmenta supersunt. Habemus Tractatum de Trinitate, qui Thesaurus dictus est, novem Dialogos, de Trinitate, & Incarnatione, plures alios contra Nestorium de Incarnatione tractatus, de quibus suo loco mentionem fecimus, libros decem adversus Imperatorem Julianum, ad defendendam Religionem Christianam, Imperatori Theodosio inscriptos. Ultimus S. Cyrilli labor fuit liber adversus Anthropomorphitas, cujus materiam indicat in epistola, ad Calosyrium directa, & ipsi libro præposita, his verbis:

Sup. XV. §. 45.

Cum quidam ex Monte Calamon ad me veniſſent, quæſivi quomodo haberent Monachi illius Regionis; reſponderunt, multos operibus pietatis ferventiſſime vacare, quosdam vero vagari, & cæterorum quietem turbare, dicentes, quamvis eſſent rudes, Deo eſſe figuram humanam, quia Scriptura dicit, hominem ad imaginem Dei factum eſſe. S. Cyrillus oſtendit, quantum hæc opinio a ſana ratione abhorreat, quæ Deum fingit corporeum, & finitum. Tum ſubjungit: *Audivi, iſtos dicere, Eulogiam Myſticam, id eſt, Euchariſtiam, nihil ad Sanctificationem prodeſſe, ſi in alteram diem ſervetur; ſed, hoc dicere, ſtultitia eſt. Ideo enim nec JEſus Chriſtus, nec ſanctum Corpus ejus muta-*

Sæculum V. A. C. 444.

mutatur.(*) *Benedictionis virtus, & Gra-tia vivificans, in ea semper remanet.* (**) *Alii dicunt, soli Orationi vacandum, non laborandum. Isti respondeant nobis, an ipsis Apostolis sapientiores sint? an melio-res? quibus ad laborandum tempus non perfuit, etiamsi Verbo Dei prædicando vacuparentur. Hunc usum Ecclesia non ad-mittit, si enim nemo labori manus adhi-beret, unde omnes nutrirentur? hæc Do-ctrina otii, segnitiei, & gulæ pallium est.*

S. Cyrilli Libri.

Tandem S. Cyrillus Calosyrium monachum ne permittat, ut Catholicis cum Melecia-nis Schismaticis, qui in Ægypto superabant, ullum commercium esset. In Tra-ctatu, hanc Epistolam sequente, leguntur Responsiones ad plures quæstiones subti-les, ab his Monachis de Creatione homi-nis motas. Calosyrius Episcopus erat Arsinoensis, atque Pseudo-Concilio Ephe-sino anno 449. & deinde Concilio Calce-donensi interfuit.

to. 4. Conc. p. 119. p. 322.

In Homilia de Cœna Mystica Sanctus Cyrillus contra Nestorianos disserit in hunc modum: *edicant nobis! quo Cor-*

to. 5. p. 2. pag. 378.

por-

(*) Ecce Testimonium S. Cyrilli, damnantis errorem dicentium, Evchariſtiam in alteram diem servari non posse. Fortissimum contra Protestantes Argumentum!

(**) Num S. Cyrillus de figura, aut Symbolo Corporis Christi sic loqueretur?

Sæculum V. A.C. 444.

pore Ecclesiæ, & Fidelium greges pascantur? (*) & quo potu reficiantur! si Corpus Dei est, ergo verus Deus est JEsus Christus, & non purus homo. Si Sanguis Dei est, ergo Filius Dei non solum Deus, sed etiam verbum incarnatum est. Si caro est JEsu Christi, quæ cibus est, & sanguis ejus potus, id est, secundum ipsos, puri hominis, quomodo docent, quod ad vitam æternam prosit? quomodo hic, & ubique distribuitur, & non diminuitur? (**) quod simpli-

(*) Diese Stelle hat der Protestantische Uebersetzer sehr unrichtig gegeben; denn da es in der gebiethenden Art heissen soll: Sagen sie uns! so giebt er auf der 502. Seite: Sie sagen zu uns. Durch welches die Stelle des Heil. Cyrillus ganz unverständlich wird. Allein wenn die Rede von dem heil. Sacrament des Altars ist, so übersetzet er nicht gern deutlich. Nun dieser elende Stümper unter den Uebersetzern getrauet sich in seiner folgenden Anmerkung den Heil. Thomas zu beschuldigen, daß er das Zeugniß des Heil. Cyrillus falsch angeführet.

(**) Wohlan! mein Uebersetzer! weil er ein solcher Held ist, welcher keine Gelegenheit vorbey lässet, das Geheimniß des Heil. Abendmals zu bestreiten, so helfe er mir hier aus dem Zweifel zu kommen; Wie hat ein Heil. Cyrillus als einen Grund wider die Lehre der Nestorianer die Frage an sie stellen können; Wie es möglich sey, daß der Leib eines Menschen, welcher nicht zugleich GOtt wäre, unter

Sæculum V. A.C. 444.

Lib. IV. c. 2. p. 365. lib. X. c. 2. p. 863. lib. XI. c. 12. p. 1001. 1002.

simpliciter corpus est, fons vitæ illud [illegible] *cipientibus esse non potest.* Rursus in Co[mmentario] mentario in S. Joannem S. Cyrillus di[cit] quod in receptione S. Eucharistiæ [corpus] nostra JEsu Christi Carni uniatur, ad e[um] modum, quo duo ceræ frusta per igne[m] colliquefiunt, ut hac conjunctione un[a] mur ejus Personæ Divinæ, quæ carne[m] assumpsit, atque ut Persona Verbi [ad] Patri conjungat, cui Consubstantialis e[st] ita ut per hæc tria Mysteria, Trinitate[m] Incarnationem, & Eucharistiam ad co[n]junctionem cum Deo arctissimam eleva[mur.] (*)

§. I[I.]

unter viele ausgetheilet würde, und dennoch ganz verbliebe? Wenn er geglaubet hätte, daß der Leib JEsu Christi im Heil. Abendmal nicht wahrhaftig sondern nur als in einem Sinnbilde zugegen sey denn daß ein Brod als das Zeichen des Leibes JEsu Christi unter viele tausend könne ausgetheilet werden, und Christus im Himmel dennoch ganz verbleiben, daran zweifelt wohl kein vernünftiger Mensch

(*) Kan man wohl diese Ausdrücke von einer Symbolischen Gegenwart im Heil. Sacrament verstehen? Weil nun der Uebersetzer dem H. Cyrillus nicht antworten kann, so schreibet er in seiner Raserey hin, was ihm einfällt. im 4. Theil. 503. Seite Er hat hier eine Anmerkung angehänget, in welcher er saget, Cyrillus habe sich in viele fremde Händel eingemischet, er habe viel geschrieben, oder vielmehr zusammen geschmieret, und endlich heisset es man

Sæculum V.
A. C. 444.

§. II.

Epistolæ Canonicæ.

Duæ nobis supersunt Epistolæ S. Cyrilli, ad Domnum, Episcopum Antiochenum, datæ, quæ non alio, quam ultimo vitæ suæ tempore scribere potuit, cum annos tantum quatuor Electioni Domni supervixerit. Prima scripta, ut Athanasio Episcopo Perrhano patrocinaretur, & posteriori tempore is Concilio Calcedonensi recitata. Altera Episcopum, cui nomen Petrus, tuetur; senex is erat, qui se, reconciliationis extortæ specie, inaudi- *ibid. p. 209.*

---

man hat sich blindlings auf ihn bezogen; wie denn in den barbarischen Zeiten Thomas Aquinas aus seinem Buch: der Schatz genannt, eine Stelle von der Auctorität des Römischen Bischofs angeführet, die schlechterdings nicht darinn angetroffen wird. Was dieses für eine Stelle sey, saget er nicht, ob er aber werth sey, daß man ihm einen Glauben beylege, kann der Wahrheit liebende Leser aus dem erkennen, daß dieser Uebersetzer schon in seiner Vorrede zum ersten Theile auf der 20. Seite eine schändliche Unwahrheit von dem Heil. Thomas hingeschrieben, seine Worte sind folgende: ja er gieng so weit (der H. Thomas) daß er behauptete, wenn auch Christi Genugthuung nicht dazwischen gekommen wäre, daß dennoch ein Mensch, der Liebe hätte, GOttes Gerechtigkeit befriedigen könne. Nun

Sæculum V. A.C. 444.

inauditum, damnatum, Sede ſua ejectum, & bonis ſuis ſpoliatum, querebatur, accuſationis ſumma fuit, quod Eccleſiæ ſuæ redditus peſſumdediſſet. Ad hæc S. Cyrillus dicit; ad hujusmodi rationem reddendam Petrum non teneri, cauſam hanc ad omnes Mundi Epiſcopos pertinere, etiamſi enim Eccleſiæ ſuæ bona immobilia, & mobilia pretioſa conſervare deberent, ipſis tamen liberam proventuum adminiſtrationem competere. Denique nullam abdicationis rationem eſſe habendam, quæ metu, & contra Eccleſiæ leges eſſet extorta. Si quis Epiſcopus Miniſterio dignus eſſet, maneat, ſi indignus, ſervata forma Judiciali deponatur.

ibid. p. 211. Cum Abbates in Thebaide libellos miſiſſent, indicantes, ordinationes contra Cano-

---

Nun lehret der Heil. Thomas, in Summa p. 3. q. 1. art. 2. gerad das Widerſpiel. Es heiſſet: *Alio modo poteſt dici Satisfactio hominis ejus ſufficiens imperfecte, ſeu ſecundum acceptationem ejus, qui eſt ea contentus, quamvis non ſit condigna; & quia omne imperfectum præſupponit aliquid perfectum, a quo ſuſtentetur, inde eſt, quod omnis puri hominis Satisfactio efficaciam habet a Satisfactione Chriſti.* Daher, ſind des H. Lehrers letzte Worte: kömmt es, daß eines jeden Menſchen Genugthuung ihre Kraft von der Genugthuung Chriſti entlehne. Das iſt nun der Gegner eines Heil. Cyrillus, und eines Heil. Thomas.

Canones fieri, S. Cyrillus ad Episcopos Lybiæ, & Pentapoleos epistolas dedit, eisque præcipit, ut in vitam ordinandorum exacte inquirant, an cœlibes essent, an uxores haberent, & a quo tempore, an ab Episcoporum aliquo fuissent exclusi, aut quodam Monasterio pulsi, ut non nisi viri liberi, & irreprehensibiles ordinarentur. Sæculum V. A. C. 444.

§. III.

Epistola S. Leonis ad Dioscorum.

Sancto Cyrillo in Sede Alexandrina successit Dioscorus, ejus Archidiaconus, de cujus virtutibus præsertim modestia, & humilitate apud omnes ingens erat opinio. Uxorem non duxerat; in ipso Episcopatus exordio populi Alexandrini amorem eo sibi conciliavit, quod Pistoribus, & Cauponibus mutuas pecunias sine usura dederit, quo panem candidum, & vinum generosum vili pretio plebi vendere possent. At vero ferebant, ipsum, ut pecuniæ ad præstandum hoc Beneficium suppeterent, easdem a S. Cyrilli Hæredibus, quos fœde calumniatus esset, extorsisse. Possidonium Presbyterum Romam misit, qui S. Leonem Papam de ejus ordinatione certiorem redderet; is respondit data epistola vigesima prima Junii anno 445. quædam observanda monet, ut æqualis ubique Disciplina vigeret, *Theod. epist.* 60. *Liberat.* c. 10. *Epist. II. al.* 81.

Sæculum V. A. C. 445.

dicens, nullum se dubitare, quin S. Marcus eadem suæ Ecclesiæ præcepta, ac S. Petrus, cujus Discipulus fuisset, Romæ tradidisset. (*) Vult igitur S. Leo, ut Alexandrini æque ac Romani morem servent, atque ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum non nisi die Dominica fiant; tam Ordinem conferentes, quam recipientes jejuni sint. Jubet etiam, ut in majoribus festis, si tantus sit populi affluxus, ut omnes ingredi non possint, Sacrificium haud difficulter sæpius offeratur, & toties, quoties illam Ecclesiam populi multitudo impleverit, additque, hunc Ecclesiæ Romanæ morem esse. (**) Ex his videmus, illo adhucdum tempore Romæ, & Alexandriæ S. Sacrificium etiam festis Solemnibus in una tantum Ecclesia fuisse oblatum. Cœterum S. Leo dicit, Presbyterum Possidonium consuetudines

Sup. XXVI §. 56. ep. 4. ad Anast. c. 6.

Sup. XXV. §. 12.

(*) Signum Communionis, & Auctoritatis.

(**) Hier hat das zarte Gewissen unserm Uebersetzer wiederum nicht erlaubet, das Wort: Sacrificium eigentlich zu nennen, sondern nur mit dem allgemeinen Ausdruck: Gottesdienst, zu übersetzen, damit sich seine Glaubensgenossene nicht daran stossen möchten. Uebrigens wird hier wider die Herren Protestanten erwiesen, daß man schon zu Anfang dieses Jahrhunderts den Gottesdienst, Sacrificium, das ist, das Heil. Meßopfer öfter in einer Kirche wiederholet habe.

tudines Romanas, ob frequentes in urbem Profectiones, optime noviſſe. Hinc idem fuiſſe creditur, quem S. Cyrillus ad S. Cœleſtinum Papam miſerat. Sæculum V. A. C. 445.

§. IV.

Querelæ contra S. Hilarium Arelatenſem.

Inter hæc Celidonius, Epiſcopus Galliæ, Romam veniens, querebatur, quod a S. Hilario in Concilio fuiſſet depoſitus. S. Hilarius, Diœceſes ſuæ Provinciæ pro more viſitans, in illam urbem cum S. Germano Antiſſiodorenſi venit, cujus Celidonius erat Epiſcopus; conjicere licet, hanc urbem in Provincia Viennenſi fuiſſe ſitam. Ipſis adventantibus, illico Primates civitatis, populusque adſunt, Celidonium accuſantes, quod olim viduam accepiſſet uxorem, & tempore, quo Magiſtratum geſſiſſet, in quosdam mortis ſententiam pronuntiaſſet. (*) S. Hilarius, & S. Germanus juſſerunt, ut advocarentur teſtes, alii quoque exploratæ pietatis Epiſcopi ad ipſos convenere, cauſa, ut par erat, ponderata, accuſationis momenta prolata, atque juxta Sacræ Scripturæ præcepta judicatum, oportere, ut Celidonius ſponte ſua Epiſcopatu cederet. Ab hac igitur

Leo ep. 10. *al.* 89. *vita S. Hilar. Arel. c.* 16. 17.

(*) Exemplum Irregularitatis ex Bigamia, & Defectu Lenitatis.

Sæculum V. A. C. 445.

igitur ſententia appellans, Sanctum Leonem circa finem anni 444. adiverat, quem ubi ad notitiam S. Hilarii pervenit, contempto ſummæ hiemis rigore, alpes transcendit, & Romam pedibus iter confecit, quippe ſemper pedes peregrinabatur, ut amorem paupertatis teſtaretur. Poſtquam Eccleſias Apoſtolorum, & Martyrum inviſit, conſpectum S. Leonis ſubiit, omnem Reverentiam Pontifici exhibens, rogabat, ut Diſciplinam Eccleſiarum, ut ſolebat, conſervaret; querebatur autem, Romæ ad ſacra Altaria admitti Epiſcopos, in Galliis Prætorum ſententia condemnatos. Obteſtabatur, ut, ſi quæ dicebat, Papæ probarentur, ſecreto corrigi hos abuſus juberet. *Ex hac unica cauſa adveni*, inquiebat: *ut me tibi obſequioſum oſtenderem, non vero, ut agerem cauſam meam, Teque, quid actum fuerit, edoceo, non in rigore accuſationis, ſed ſimplici narratione; ſi aliter ſentis, ultra importunus non ero.*

S. Leo huic cauſæ judicandæ Concilium convocavit, cui S. Hilarius cum ceteris Epiſcopis aſſedit; non placuere Patribus, quæ reſpondebat, & S. Leonis modeſtia deſiderari videbatur. Ex Teſtium dictis apparuit, Celidonium Irregularitatem non incurriſſe, propter quam fuerat condemnatus, nempe nunquam viduam duxiſſe. Ergo abſolvitur, & Se-

di suæ restituitur. S. Hilarius a Sententia dimoveri non potuit, & quamvis minæ ingererentur, crederetque ipsa vita se periclitari, nunquam, ut cum eo, quem damnaverat, communicaret, persuaserunt. Videns igitur, quod nec Papam, nec Concilium in suam sententiam trahere valeret, recessit, & non obstante, quod sibi Custodes dati fuissent, necdumque hiemale frigus remisisset, ad Ecclesiam suam rediit. Sæculum V. A.C. 445. S. Hilarius.

Post hæc S. Leo in suo Concilio Libellum Episcopi Projecti, & plurimorum ex ejus urbe Civium, legi audiit; urbs ista in prima Narbonensi sita fuisse creditur. Projectus querebatur, S. Hilarium, se ægrotante, venisse, & alium Episcopum ordinasse in Sedem suam, ac si vacasset, idque feciſſe in Provincia aliena, & ubi ante Patroclum nemo Antecessorum ejus sibi aliquam Jurisdictionem tribuisset. Præterea hanc ordinationem factam, non requisito Clericorum consensu, nec populi suffragiis, & rem adeo festinanter peractam, ut nec adventum, nec abitum Hilarii quisquam rescierit. An vera fuerint hæc facta, aliud testimonium non habemus, nisi Projecti, & Civium suorum epistolas. At vero S. Hilarius Concilii Romani odium incurrerat, quod in causa Celidonii audacter se defendisset, & multo magis, quod Roma *Ep.* 10. *c.* 4.

Sæculum V. A.C. 445. c. 2.

discessisset. Itaque ordinatio, ab ipso facta, nulla pronuntiatur, & Projectus suæ Cathedræ redditur. Id etiam S. Hilario vitio vertebatur, quod sibi ipsi Auctoritatem assumeret, omnes Galliarum Ecclesias gubernandi; nempe illam Regionem, quæ olim Provinciam Narbonensem complectebatur. Rursus accusabant, quod per Provincias circumiret, armatorum manu stipatus, ut sic Episcopos Ecclesiis vacantibus daret, Concilia indiceret, & Jura Metropolitanorum lederet. Conjectura esse possit, Sancto viro visum fuisse necessarium, ut in Provincia a Barbaris occupata, & bello turbata, iter faciens se militum præsidio tutum præstaret. c. 6. 7.

§. V.

S. Leonis Epistola contra S. Hilarium.

Concilium Romanum S. Hilario prohibuit, ne quidquam ultra faceret, quod alterius juri noceret, imo eundem Jurisdictione, qua in Provinciam Viennensem gaudebat, exuit; vetuit, ne quibuscunque ordinationibus adesset, a Communione Sanctæ Sedis excluſum declaravit, & Gratiæ loco habere jussit, quod in Ecclesia sua manere liceret, & non deponeretur. Hæc omnia cognoscimus ex S. Leonis ad Episcopos Provinciæ Vien-

Viennenſis epiſtola, in cujus exordio Primatum S. Petri, & Eccleſiæ Romanæ Auctoritatem commendat, tunc gravamina refert contra S. Hilarium, quem Pacis Eccleſiarum Perturbatorem, virum audacem, & noxia moventem conſilia, dicit. Sequentes deinde ordinationibus faciendis tradit regulas; Metropolitanis reſerventur. Pacate, & tranquille fiant. Clericorum Subſcriptio, Magiſtratuum teſtimonia, Senatus, populique conſenſus adſint, & die Dominica celebrentur. Addit; quamlibet Provinciam ſua Synodo debere eſſe contentam, & neminem leviter excommunicandum. Epiſcopis Galliæ S. Leo edicit, non hoc ſibi eſſe propoſitum, ut in eorum Provinciis Regimen ſibi uſurpet, ſed ut ſingulis jura ſua ſalva, & omnium concordia conſerventur. (*) Tandem velle ſe dicit, ſi conſentirent, ipſis Leontium Epiſcopum Primatem dare, virum meritis, & ætate commendatum, ſalva Metropolitarum Jurisdictione. Leontius iſte Epiſcopus Forijulienſis fuiſſe creditur, & S. Leo Diſciplinam, quæ in Africa vigebat, in Galliam voluiſſe invehere, ut nempe

Sæculum V. A.C. 445.

d. ep. 10.

c. 5.

c. 7.

c. 8.

c. 9.

vid. Not. Quesn.

(*) His S. Leonis Papæ verbis vera, &, ut aliquis Inſignis Theologus in ſuo Proœmio ad Jus Canonicum loquitur, moderata Poteſtatis Pontificiæ Idea exprimitur.

Sæculum V. A. C. 445.

Primatus non certæ Sedi, sed Episcoporum Seniori tribueretur. At consilium istud Gallis non arrisit.

S. Leo latam a se Sententiam Auctoritate Imperatoris Valentiniani, tum Romæ agentis, fulcire voluit; obtinuitque Rescriptum, datum ad Patricium Aetium, in Galliis Bello Præfectum; in eo querelæ eædem, quæ prius, repetuntur; S. Hilarius vir turbulentus, & seditiosus audit, qui Majestatem Imperii, & Reverentiam Sacræ Sedi debitam, læsisset; *itaque*, subdit Imperator: *prohibemus, ne imposterum Hilarius, aut quicunque alius in causis Ecclesiasticis armatorum opera utatur, prohibemus etiam, ne Galliarum, aliarumve Provinciarum Episcopi quidquam, quod antiquæ Consuetudini adversetur, nisi Auctoritas Papæ accedat, moliantur. Quæ ipse decreverit, vim Legis habeant, & omnes Episcopi, si ad Ejus Tribunal vocati, venire detrectaverint, ab illius Provinciæ Rectore obedire compellantur.* Istud Rescriptum octavo Idus Junii, Valentiniano sexto Consule, nempe sexta Junii, anno 445. datum.

Int. Nov. Theod. tit. 16.

Decima nona ejusdem Mensis, seu decimo tertio Kalendas Julii, Imperator Valentinianus promulgari jussit aliud Edictum contra Manichæos, qui ante Menses circiter octodecim Romæ plenissime convicti fuerant. Id ad Albinum, Præto-

Nov. Valent. Lib. 2. tit. 2.

Prætorio Præfectum dirigitur, & præcipit, ut omnes pœnas, priſtinis legibus in ipſos ſtatutas, ſubire cogantur, omnibus licentia fit, eosdem perſequendi, ubicunque deprehendi poſſent; denique mandatur, ut omnes, qui hujus Sectæ homines, invenerint, ad Judices deferant. Anno ſuperiore Ravennæ erat Imperator, cum Manichæorum infanda arcana detegerentur; pronum autem eſt conjicere, quod iſto anno cum Romæ præſens eſſet, Papa, opportuna uſus occaſione, hoc Edictum impetraverit.

Sæculum V. A.C. 445.

Edictum Valentiniani.

Nov. eod. lib.

Poſt biennium, cum Imperator Valentinianus adhucdum Romæ verſaretur, Legem edidit, qua pœnæ renovabantur, jam pridem in illos conſtitutæ, qui Sepulchra fodiebant, ut marmoreas tabulas, & his pretioſiora eriperent. Clerici quoque hujus criminis inſimulabantur, quos Imperator majori quam cœteros pœna dignos exiſtimat. Jubet, ut ipſo facto Clericorum Nomine priventur, proſcribantur, & Exilio perpetuo mulctentur; ipſi Epiſcopi ab hujus pœnæ rigore non ſint exempti. (*) Lex iſta

Nov. Valent. tit. 5.

(*) Anonymus I. Fleurio ſuccenſet, quod hanc Legem, Clericis contumelioſam, referat. Sed cur non referat vera, & ad Inſtitutum ſuum pertinentia? Cæterum nullum exemplum Clerici, ob hanc cauſam depoſiti, legimus, & dum dicit in hac

Sæculum V. A.C. 445.

ad Albinum, Præfectum Prætorio, & Patricium directa est, & tertio Idus Martii, Callypio Consulatum gerente, nempe 13. Martii, anno 447. data.

§. VI.

S. Hilarii Arelatensis virtutes.

Vita Hilar. c. 17.

Sanctus Hilarius, postquam Arelatem rediit, omnem conatum adhibuit, ut S. Leonis animum mitigaret; hunc in finem plures scripsit epistolas. Primo Romam misit Ravennium Presbyterum, suum in Episcopatu Successorem, deinde etiam Nectarium, & Constantium Episcopos, quos Auxiliaris, Galliarum Præfectus, tunc Romæ præsens, exhibitis magnæ Reverentiæ signis excepit; sæpe cum ipsis de S. Hilarii virtutibus, præsertim de ejus constantia, & rerum humanarum contemptu colloqui amabat. S. Leoni etiam Papæ locutus est, ut ipsemet refert, ad S. Hilarium scribens, & subjungit: *ægre ferunt Homines, si ea loquamur fiducia, quam bona Conscientia sugge-*

---

hac Lege Imperator Valentinianus; *ipso facto Clericorum Nomine priventur*, hæc verba facile explicari, & intelligi possunt non de Canonica Depositione, sed de tali, quæ solummodo in Foro Civili effectum haberet; Quod autem Episcopi a Regibus Christianis in Exilium mittantur, hoc ipso anno 1757. Exempla suppetunt.

suggerit, & delicatissimæ sunt Romanorum aures; si paululum cederes, multum lucri, & nullum detrimentum relaturus esses. Da istud precibus meis! & modica mutatione has nubeculas dissipa. Hoc Responso accepto, S. Hilarius rursus se Boni Pastoris officiis, & Pietatis operibus totum dedit, eoque fervore, ac si tunc primum cœpisset; nulla alia cura viri Sancti animum, tribus, quatuorve annis, quibus supervixit, nempe usque ad annum 449. occupavit. (*) Sæculum V. A. C. 445. c. 8.

Jam a sui Episcopatus Primordio paupertatis, & corporis macerationum studiosissimus, qualis Monachus fuerat, permansit. Eadem tunica, quæ a Cilicio non abhorrebat, tam in æstate, quam hieme contentus erat; nudis semper incedebat pedibus, & suis manibus laborabat. Mensulam sibi poni jubebat, cum libro, & filis, Notarius quoque ad scribendum paratus aderat; ipse subinde legebat, dictabatve, interim manibus fila tractans, & innectens funes. In terra etiam colenda supra vires laborabat, vir pro nobilissimæ stirpis conditione educatus. Reficienti semper aderat, qui prælegeret, qui mos ipso Auctore in Civitates c. 8. *Sup. XXIV* §. 57. c. 14. c. 12. S. Hilarius. *Gennad.* c. 68.

(*) Anonymus I. Fleurium arguit, quod Causæ S. Hilarii plus justo faveat; ipse vero in hac sua observatione eandem nimium deprimere videtur.

Sæculum V. A. C. 445.

tates introductus est. Die Dominica media nocte surgens, triginta milliaria seu decem Leucas, (*) pedes conficiebat, officio intererat, sub quo concionabatur, quæ omnia usque ad horam septimam, id est, primam pomeridianam tenebant. In domo communi cum Clericis suis degebat, unam tantum, sicut alii, Cellam habens. Ea in pauperes Charitate flagrabat, ut ad redimendos captivos, quæcunque in Ecclesiis ornamenta ex argento essent, & ipsa Vasa Sacra, vendi jusserit, posthac Patenis, & Calicibus vitreis usus.

S. Hilarius etiam arte benedicendi
c. 11. pro illius ætatis cultura præstabat, de Stili ejus Specimen in Elogio S. Honorati, Antecessoris sui, habemus. Diebus je-junii a Meridie usque ad horam quartam suis sermonibus populum informabat; si nullos præter agrestes haberet auditores, ipsorum ruditati stilum simplicem accommodabat, moxque oratione magis culta differebat, si doctiores superveniissent; ita nempe utramque Dictionem in potestate habebat. Præfectum illius tempo-
c. 10. ris sæpius, at privatim, commonuerat, quod, Judicia ferens, in leges æquitatis peccaret; verum nulla sequebatur emendatio; cum quadam die, comitantibus Mi-

(*) Hic bene observat Anonymus I. Fleurian non advertisse, erratum esse in numero.

Ministris, Ecclesiam intrasset, tempore, quo S. Hilarius dicebat ad populum, S. Episcopus sermonem abrupit, dicens, indignum esse Præfectum, qui cœlestem alimoniam acciperet, postquam data sibi Salutis Monita contempsisset. Præfectus, confusionem non ferens, exiit, & vir Sanctus inceptam orationem prosecutus est. Talis erat hujus Sancti Episcopi vita; at vero, fracta per jejunia, & labores continuos valetudine, annos non plures quadraginta octo natus, consumptus est. Vitam ejus scripsit Honoratus, Episcopus Massilienſis, ejusdem Discipulus, qui testatum facit, ab Hilario conscriptas Homilias in omnia anni Festa, Expositionem in Symbolum, & magnum Epistolarum numerum superfuisse. (*)

Sæculum V. A.C. 445.

Gennad. c. ult. Vit. to. 1. S. Leon. Martyr. R. 5. Maji. v. ibi Baron.

§. VII.

(*) Der schmähsüchtige Uebersetzer, an statt daß er hätte einen grössern Fleiß auf die Uebersetzung selbst, welche in diesen Blättern voll der Fehler ist, anwenden sollen, hat hier eine Anmerkung angehänget, part. 4. in welcher er den Heil. Leo beschimpfet; er saget: Vom Pabste *Leo* ist es nicht der feinste Handel gewesen, den er mit *Hilario* vorgehabt. Denn er nahm erstlich auf eine widerrechtliche, und den Kirchen-Gesetzen zuwiderlaufende Art, eine Appellation an. Und so weiter rücket er ihm noch sieben oder acht grobe Vergehungen vor, gleich als wenn er das Jus Canonicum besser verstünde, als der H. Leo Magnus.

Sæculum V. A.C. 445.

§. VII.

Secunda S. Germani in Britanniam Profectio.

vit. S. Germ. per Const. c. 20. Sanctus Hilarius arcta necessitudine jungebatur S. Germano Antissiodorensi, quem Patrem suum appellabat, & tanquam Apostolum venerabatur; quippe S. Germanus urgente Charitate Arelatensi venerat, ut Auxiliari, Galliarum Præfecto, supplicaret in levamen urbis Antissiodorensis, quam, ex magna Britannia reversus, insolito Tributorum onere pressam invenerat. Ubicunque in hac profectione transibat, venienti populus cum mulieribus, & infantibus obviam procedebant, ut sibi vir Sanctus benediceret. Alisæ, Nectariola, uxor Presbyteri, cui *c.* 32. Nomen Senator, paleas, quas S. viro, cubitum concessuro, substraverat, sibi reservavit, atque his ligari Energumeno saluti fuit. Arelaten adventanti, Auxi- *c.* 34. liaris Præfectus insolita humanitate longo itinere obviam ivit. Honestissimum viri

Magnus. Das beste in dieser Anmerkung ist, daß unser Uebersetzer sich auf niemandes Zeugniß beziehet, und er allein keinen Glauben verdienet. Wenn der Heil. Hilarius wäre Römischer Pabst gewesen, und der Heil. Leo Bischof zu Arles, so würde er ohne Zweifel dem Heil. Leo wider den Heil. Hilarius das Wort geredet haben.

viri vultum, urbanitatem, & sermonis Auctoritatem demiratus, fama, quæ de eo optima erat, majorem edixit. Ergo donis S. Episcopi Pietatem sollicitare aggressus, rogavit, ut uxorem suam, quæ jam diu quartana laborabat, sanitati restitueret, & obtinuit; ipse, ut vices redderet, S. Germano libenter concessit, ut populus ejus a nimiis oneribus liberaretur. Sæculum V. A.C. 446.

S. Germanus, ad Ecclesiam suam rediens, altera jam vice in magnam Britanniam vocatur, ut Fideli Populo adversus pravitatem Pelagianorum, quæ rursus dilatari cœperat, succurreret. Is itineris Socium sibi adscivit Severum, Episcopum Trevirensem, S. Lupi Trecensis Discipulum. Hanc profectionem anno 446. suscepérunt. Cum in urbem Parisiensem pervenissent, S. Germanus, quid S. Genoveva ageret, exquisivit, audivitque, esse, qui Puellæ famam fœdissime lacerarent; ipse, qualis esset vita ejus, perspectum habens, domum Virginis adivit, & verbis ad humilitatem compositis cum omnium admiratione salutavit. Verba deinde ad populum fecit, ut objecta dilueret, atque in Castitatis argumentum in loco, quo cubare solebat, terram lacrymis ejus humere ostendit. Cum omnibus persuasisset, esse innocentem, iter prosecutus, prospere in Britanniam trajecit. *Const. lib. II. c. 1.* *c. 2.* *Sup. XXV. §. 16.*

Viri

Sæculum V. A.C. 446.

Viri Sancti adventum per totam Insulam maligni Spiritus manifestarunt; hinc aliquis, cui nomen Elaphius, illius

Const. II. *c.* 3. Regionis Princeps, nullo alio indicio S. Episcopis obvium se contulit cum filio, qui in florentissima ætate, contracto poplite & crure arenti affligebatur; ambos magna populi sequebatur multitudo; at

S. Germanus in Britannia. S. Germanus, sciens plerosque eorum Fidem Catholicam conservasse, atque Hæresin a paucis doceri, illos quæsivit, in-

c. 4. venit, & condemnavit. Interim Elaphius filium viro Sancto sistit; Sanctus Germanus sedere infirmum jussit, tum poplitem, & crus manu contrectans, toto populo præsente sanat. Cunctis hoc Miraculo in Fide confirmatis, vir Sanctus hortabatur, ut errorem proscriberent; omnibus visum, tota sua Ecclesia ejiciendos esse Hæreticos; hos igitur ad duos Episcopos adducunt, in interiores Galliæ Provincias dimittendos. Hoc modo liberata Britannia Fidei puritatem retinuit

Vix S. Germanus ad sua pervenerat,

c. 5. cum missa ad eum Legatione vocatur ad oram Armoricæ, quæ hodie Britannia minor dicitur. Aetius tunc in Galliis imperans, ut hos populos, Cæsari Rebelles, puniret, illuc Eocharicum, Germanorum Regem, virum ingenio feroci, & Idololatram, immiserat, qui seditiosos ad obedien-

obedientiam compelleret. S. Germanus, nihil cunctatus in eam se Regionem conferre, non prius tamen illo pervenit, quam Rex Barbarus cum plurimis equitum turmis irrupisset; processit igitur, donec in conspectu staret; tum per Interpretem suppliciter petiit, ut cœpta Expeditione absisteret, negantem objurgat, & tandem manu prehenso equi fræno cum toto Exercitu cohibet. Barbarus, admirans viri audaciam, passus est de Pacis conditionibus mentionem fieri, & ad priorem rediit Stationem, pollicitus, se suorum vim ab hac Provincia amoturum, si modo ea facti veniam vel ab Imperatore, vel ab Aetio impetraret. Sæculum V. A.C. 446.

§. VIII.

S. Germani Antissiodorensis obitus.

Ut igitur S. Germanus Cæsaris iram mitigaret, suscepto in Italiam itinere, Ravennam ad Regiam profectus est. Cum ad amicum suum Senatorem, Presbyterum, e via divertisset, puellam, ab annis viginti loquendi facultate privatam, sanavit; Senatori dixit, alterum alterius vultum in hac terra non amplius visurum. Augustoduni Virginem, manum contractam, & ungues, carni immersos, habentem, infirmitate liberavit. Mediolanum pervenit quadam die, qua multi Episcopi erant congregati, alicujus Sancti Festum c. 6. c. 10.

Sæculum V. A. C. 446.

celebraturi; intrat Ecclesiam sub Missam non expectatus, & nemini notus. Energumenus e medio populi exclamavit: *Germane! cur nos in Italiam usque persequeris? sufficiat tibi, nos Galliis ejeciſſe, nosque simul, & Oceani procellas tuis precibus superasse.* Ad hæc verba populus vehementer mirari, & quærere quis iste Germanus esset; tandem, vili licet Cilicio tectum, vultus Majestas prodidit; atque ubi, quis esset, fassus est. Episcopi reverenter Hospitem salutarunt, rogantes, ut Energumenum liberaret; obediit ipse, & postquam solum secum in Sacristiam assumpsisset, sanum deinde eduxit.

c. 11. In reliquo itinere plura alia edidit miracula; itaque præcurrente fama, Ravennæ, quam urbem tunc Valentinianus insidebat, omnium sermonibus unus ipse ferebatur, omnes videndi viri desiderium tenebat. Ut pompam & ostentationem declinaret, noctu civitatem ingressus est; populi tamen vigilantiam non fefellit.

c. 13. 14. Maximæ signis lætitiæ ab Episcopo Sancto Petro Chrysologo, ab Imperatore Valentiniano Juvene, & Matre ejus Placidia exceptus est. Hæc vas ingens argenteum delicatissimis ferculis plenum, nullis immixtis carnibus, adventanti Hospiti misit, ut benevolentiam testaretur. S. Germanus vicissim misit, qui in patina lignea panem

panem hordeaceum Imperatrici offer- Sæculum V.
rent. Patinam postea Imperatrix auro A. C. 446.
circumdari curavit, servato sibi pane,
per quem multi prodigiose sanitatem re-
cuperarunt; aliqua etiam vir Sanctus in c. 15. 16. 17.
ipsa Civitate Ravennatensi patravit mi-
racula, eumque sex Episcopi honoris cau-
sa nunquam non comitabantur. Filius
Volusiani Cancellarii, id est, illius, quem
Patricius Sigisvultius suis epistolis præ-
fecerat, pertinaci febri ad mortem de-
cumbebat. Vir Sanctus, a propinquis,
& Episcopis exoratus, illo ibat; appro-
pinquanti occurrunt, dicentes, seram ni-
mis afferri opem, & Juvenem jam esse
extinctum. Rogarunt Episcopi, ut tamen
accederet; tum locum ingressi, defun-
ctum, & frigescentem invenerunt. Ergo
postquam mortui animæ Requiem æter-
nam essent precati, revertebantur. Tum
vero conclamare populus, & vehemen-
tissime instare, ut vir Sanctus vitam Ado-
lescentis a Deo postularet; ægre quidem
urgentibus cessit, tandem omnibus rece-
dere jussis, penes Defuncti corpus pro-
stratus cum lacrymis oravit; tum mor-
tuus concuti cœpit, aperuit oculos, &
digitos movit; S. Germanus jacentem
erexit, resedit ipse, & sensim sanitati red-
ditus est. Ceterum S. Germanus facili c. 18.
negotio populis Armoricæ veniam obti-
nuisset, quod ejus itineris causa fuerat,

Sæculum V. A. C. 446.

nisi nova Seditione pium consilium subvertissent.

Quadam die post officium matutinum cum Episcopis pia colloquia de Religione miscens, inter alia dixit: *Charissimi Fratres! commendo vobis exitum meum. Videbar, hac nocte me Dominum nostrum conspicere, mihi ad quamdam Profectionem benedicentem; addidit, jam mihi migrandum esse in Patriam, ubi Requiem æternam consequerer.* Paucos post dies S. Germanus in morbum incidit; indoluit tota Civitas, ægrotantem invisit Imperatrix, a qua

S. Germani obitus.

summis precibus exoravit, ut corpus suum in Galliam reduci juberet; annuit illa licet invita. Ita obiit Ravennæ, septimo postquam ægrotare cœpisset, die, nempe

c. 21. Mensis Julii ultima. S. Petrus Chrysolo-

c. 22. gus Cucullam & Cilicium ejus, tanquam

Hist. Episc. Antiss. c. 7. Hæreditatis partem, sibi assumpsit, alii sex Episcopi reliquas vestimentorum ejus Reliquias inter se partiti sunt. Evnuchus Acholius, Imperatoris Cubiculariis Praefectus, cujus famulum Domesticum vir Sanctus sanaverat, Defuncti corpus condiri curavit; Imperatrix vestibus pretiosis contexit, atque capulum cupressinum, quo deferretur, suppeditavit; Imperator vehicula, itineris sumptus dedit, Ministros quoque, qui Funus comitarentur,

c. 24. constituit. Episcopis curæ fuit, ut Ravennæ, & in via ea omnia, quæ Religio exigit,

Sæculum V. A.C. 446.

git, defuncto exhiberentur; itaque magnificæ ductæ sunt Exequiæ, & tanto numero accensæ faces, ut in Meridie splendorem darent. Quocunque deferebatur corpus, occurrebant populi, ad omne obsequii genus promptissimi; hi viam exæquare, alii pontis ruinam reparare, non nulli manus, & humeros portando funeri supponere, aut saltem Psalmos canere. Saturnus Presbyter, viri Sancti Discipulus, eodem jubente, Antissiodori remanserat; Huic Episcopi obitus cœlitus est revelatus, quem populo aperuit. Ergo magna sequente multitudine profectus est, ut funeri usque ad fauces Alpium obviam iret. Viennæ Sancti Corpus illatum in S. Stephani Ecclesiam, novissime Severi Presbyteri cura ad portam Civitatis ædificatam, in locum templi, in quo Gentiles centum Deos adoraverant. Severus, natione Indus, in Gallia miraculis clarebat; Huic S. Germanus, cum transiret, promiserat, se ad Dedicationem Ecclesiæ suæ venturum, & revera Funus ipsa Dedicationis Die, paulo ante quam officium inciperet, allatum est. Antissiodorum perventum quinquagesimo post obitum die; tandem Sancti Corpus per dies decem Venerationi populi expositum, & prima Octobr. humatum est in Oratorio S. Mauritii, ab ipso fundato, ubi hodie celeberrima S. Germani Abbatia efflorет.

Adon. Chr. Act. 6.

Sæculum V. A.C. 446.

S. Germanus Episcopatum Antissiodorensem annos 33. & dies 25. tenuit, e quo sequitur, eundem anno 448. obiisse. Sedes deinde annis quatuor vacavit; cujus rei causam fuisse, quod Barbari Gallias misere devastarent, conjectura est.

Heric. 1. c. 25. Sup. lib. XXIII. §. 46.

§. IX.

Priscillianistæ in Hispania.

Idac. fast. an. 21. Valent. Olymp. 306. Epist. Tur. post 15. Leon.

In Hispania necdum Priscillianistarum Hæresis erat extirpata. Cum S. Turibius, Episcopus Astoricensis in Gallæcia, quosdam his erroribus infectos in sua Civitate deprehendisset, eosdem adhibito Socio, Episcopo Idacio pravitatis convicit; Acta ad Antoninum Episcopum Emeritanum miserunt. S. Turibius hac de re scripsit ad eundem Idacium, & Ceponium, qui inter Gallæciæ Episcopos præcipui fuisse videntur; in ista epistola loquitur in hunc modum: *multas peragravi Provincias, & ubique unam Fidem inveni; sed in Patriam redux, heu! errores, jam diu ab Ecclesia Catholica damnatos, & quos exterminatos credebam, quotidie repullulare deprehendi; hoc nempe infelix fatum est nostrorum temporum, quibus Synodorum Celebratio cessavit. Nunc autem ad unum Altare accedunt, diversissima credentes. Si hos Hæreticos urgeas, errores inficiantur, & nequiter occultant. Libros apocryphos habent, quos pluris æstimant,*

mant, quam Canonicos; præterea docent aliqua, quæ in eorum libris, quos ego acquirere potui, & legi, non occurrunt, sive illa per interpretationem eruant, sive in aliis libris, quos forte secretissimos habent, contineantur. In Actis, quæ Nomen S. Thomæ præferunt, legitur, ipsum non in aqua, sed solum in oleo baptizasse. Ita quidem Hæretici nostri non baptizant, faciunt vero Manichæi. Habent etiam Acta, quæ S. Andreæ esse dicunt, alia S. Joannis, a Leucio composita, atque librum, cui Titulus: Memoria Apostolorum, in quo, ut alias Blasphemias silentio premam, Dominum Nostrum contra Vetus Testamentum loquentem inducunt. Sicut vero dubium nullatenus locum habet, quin Apostoli miracula, quæ in his libris referuntur, patrare potuissent, ita quoque Sermocinationes ab Hæreticis adjectas fuisse, exploratum est. Excerpsi varios textus, blasphemiis plenos, in suos Titulos redegi, iisque, ut potui, respondi. Credidi te hac de re monendum, ne quis hos libros servet, aut legat, obtendens, ignorasse se quales essent. Tui officii est, omnia ad examen vocare, & ea, quæ Fidei contraria judicaveris, cum Confratribus tuis damnare. Huic epistolæ junctus erat Commentarius, qui usque ad nos non pervenit.

Sæculum V. A. C. 446.

Sæculum V. A. C. 447.

§. X.

S. Leonis Epistola ad S. Turibium.

Leo. ep. 15. *al.* 93. Sanctus Turibius similem Epistolam, & Commentarium ad S. Leonem per manus Diaconi cujusdam de sua Ecclesia, cui nomen Pervincus, misit, cui S. Leo, data amplissima Epistola, duodecimo Kalendas Augusti, Calipio, & Asdaburo Consulibus, id est, 21. Julii, anno 447. respondit. In ea memorat, primos Priscillianistas obstinationis pœnas dedisse, & subjungit: *Quamquam Ecclesia, dum reos punit, sanguinis effusionem rejiciat, tamen legibus Christianorum Principum adjuvari amat, & quandoque metus pœnæ, in corpore sustinendæ, delinquentes compellit, ut ad Remedium spirituale confugiant.* (*) *Verum ex quo hostiles incursus Legibus silentium imposuere, & viarum pericula causa fuere, ut raro Synodi cogerentur, Hæresi inter publicas calamitates libere in lucem prodire licuit. Quantus populorum numerus hoc veneno imbutus sit, ex hoc licet conjicere, quod etiam Episcopos invenire sit, qui errorem doceant.*

Sup. lib. XVIII. §. 30

Deinde

(*) Hic habemus, docente S. Leone Papa, Jurisdictionis Ecclesiasticæ modum.

Deinde Sanctus Leo respondet ad se- Sæculum V.
decim articulos, a S. Turibio sibi missos; A. C. 447.
eosdem errores exhibent, quos recensui, *Sup. l. XVII*
dum hujus Hæresis ortum memoravi. *§.* 56.
S. Pontifex ad singulos Articulos præcise,
& Theologice respondet, his erroribus
expressam S. Scripturæ Auctoritatem op-
ponens. Præter libros Apocryphos, qui- *c.* 15.
bus Priscillianistæ utebantur, etiam li-
bros Canonicos corrumpebant; propter-
ea S. Leo mandat, ut nemo exempla de- S. Leo.
pravata legat, & Scripturæ Apocryphæ
penitus supprimantur; quamvis enim
Pietatis speciem præseferrent, tamen ob
portentosas fabulas, quæ referrentur, in
errorem inducere. Cum non nulli Di- *c.* 16.
ctynnii sermones servarent, his licet er-
roribus refertos, dicerentque, Virum il-
lum in Comunione Ecclesiæ defunctum,
eos tamen S. Leo sicut cœteros, prohi-
bitis accenset. Dictynnius ante S. Tu- *Sup. XX.*
ribium Episcopus Astoricensis fuerat, & *§.* 48.
in Synodo Toletana, Anno 400. acta,
Priscillianistarum erroribus renuntia-
verat.

In ea Epistola id quoque S. Leo no-
tat; quam affinis Doctrina Priscillianis-
tarum Hæresi Manichæorum sit, & S. Tu-
ribio Acta judicialia mittit, quæ Romæ
contra Manichæos conscripta fuerant.
In fine Epistolæ jubet, ut Synodus con- *Sup. Lib.*
vocetur, in qua Examen instituatur, num *XXVI. §.* 17

Sæculum V. A. C. 447.

aliqui ex Episcopis hanc Hæresin hausisent, & nisi abjurent, a Communione removeantur. Optat hanc Synodum in Provinciis Tarraconensi, Carthaginensi, Lusitaniæ, & Gallæciæ universalem futuram, si vero quidquam obstet, vult, ut saltem Episcopi Gallæciæ, Idacio, Ceponio, & Turibio hortatoribus congrediantur. Has S. Leonis Epistolas, ad S. Toribium, aliosque in Hispania Episcopos datas, Diaconus Pervincus attulit. Aliqui in Gallæcia, at solummodo in speciem, se his Decretis subjecerunt.

Idac. Chron. an. 23. Valent.

Episcopi Hispaniæ, ut S. Leo præviderat, Concilium generale cogere non potuerunt; tanta erat Provinciarum perturbatio! Rechila, Suevorum Rex, in Gallæcia dominabatur, Reliquæ Gothis parebant. Nihilominus duo Concilia acta sunt; unum in Gallæcia, & in quatuor Provinciis, scilicet Tarraconensi, Carthaginensi, Lusitaniæ, & Betica alterum. Ad Concilium Gallæciæ S. Leo Epistolam dedit, quam Notarius Ecclesiæ Romanæ, & ipse Turibius nomine, pertulit. Concilium quatuor Provinciarum formulam fidei contra Priscillianistas conscripsit, atque ad Balconium, Episcopum Bragæ, tunc Gallæciæ Metropolis, misit. Habemus hanc Fidei formulam, quam sequuntur octodecim articuli cum Anathematismis. Eadem ferme est cum illa, quæ

to. 2. Conc. p. 1228. v. Quesn. diss. 14. Martyr. R. 16. Apr.

quæ sub Sancti Augustini Nomine in antiquo Canonum Ecclesiæ Romanæ Codice legitur. Ecclesia S. Turibii Episcopi Memoriam decima sexta Aprilis veneratur. Sæculum V. A. C. 447.

§. XI.

Epistola ad Episcopos Siciliæ.

Episcopi Siciliæ non solum in Paschate, & Pentecoste, sed etiam in Epiphania baptizabant, ut honorem haberent illi diei, qua JEsum Christum Baptismum accepisse credebant. Ubi istud S. Leo comperit, ad eos Epistolam dedit, ut abusum tolleret, & hortabatur, ut sequerentur Disciplinam sanctæ Sedis, cui Consecrationem Episcopalem deberent. Inde cognoscimus, in Provinciis Suburbicariis, nempe in Parte Italiæ ad Meridiem sita, & in Sicilia, neminem præter solum Papam Episcopos consecrasse. In ea Epistola S. Pontifex inquit: *Tota JEsu Christi Vita unus Miraculorum, & Mysteriorum contextus fuit; at quia Ecclesia simul omnia die una celebrare non potest, singulorum Memoriam diversis diebus recolere statuit. Baptismus de Christi Morte, & Resurrectione suam virtutem principaliter traxit, & idem Sacramentum præ cæteris tam unum, quam alterum Mysterium magis expresse repræsentat; Christi mors in Baptismo exhibe-*

Ep. 16. *al.* 4. *v. Not.* 1. *Quesn.*

Sæculum V. A. C. 447.

hibetur, dum peccatum extinguitur, tri-
dies, quibus in ſepulchro fuit, immerſion-
ter repetita repræſentantur, Crucifix-
Reſurrectionem Baptizati egreſſus ex a-
qua adumbrat. In Die quoque Pentecoſ-
ſtes baptizare ſolemus, ut illorum ſalut-
conſulatur, qui tempore Paſchali bapti-
zari non potuerunt, quod forte morbi,
vel itineris, vel quacunque alia cauſa im-
pedirentur; nam Deſcenſus Spiritus S.
Reſurrectionis Salvatoris Noſtri fructu-
eſt. S. Petrum in Die Pentecoſtes tria
Act. 2. 37. *millia Hominum baptizaſſe, legimus. Ex-*
c. 6. *go his duobus ſolum Diebus S. Baptiſmus*
conferendus eſt, & quidem inter cæteros
Electis, poſtquam exorcizati, examinati,
jejuniis ſanctificati, & frequenti Cate-
chizatione fuerint præparati. Duobus
hiſce diebus tantum illi legitime bapti-
zantur, qui Sanitate, & Libertate fru-
c. 5. *untur; at vero emergente Neceſſitatis*
caſu, puta, mortis periculo, urbis Obſi-
dione, Perſecutione, metu naufragii, om-
ni tempore baptizare licet.

c. 6. Ad argumentum, a JEſu Chriſti Baptiſmo ſumptum, S. Leo primo notat, non eſſe extra dubium, an in Die Epiphaniæ baptizatus fuerit, ſed ſolummodo dicit, non nullos hoc exiſtimare; præterea JEſum Chriſtum nihil aliud, quam S. Joannis Baptiſmum accepiſſe, idque factum, ut adimpleret omnem Juſtitiam, &

Exem-

Exemplum daret, ea ratione, qua circumcisus esset, & Cæremonias Legales observasset, sed Baptismum instituisse in Morte sua, per Aquam, quæ ex latere ejus cum Sanguine effluxit. Ut unitas Disciplinæ melius conservaretur, S. Leo tres ex Sicilia Episcopos singulis annis ad diem 29. Sept. Romam venire jubet, interfuturos uni ex duobus Conciliis, singulis annis juxta Canones celebrandis. Hanc Epistolam pertulerunt Episcopi Bacillus, & Paschasinus, quibus mandatum, ut deinde ad Papam referrent, an, quæ præcepisset, effectui data fuissent. Hæc Epistola duodecimo Kalendas Nov. Alipio, Calipio, & Ardaburo Consulibus, nempe 21. Octobr. anno 447. data est.

Sæculum V. A. C. 447.

S. Leonis Epistola.

Initio anni superioris S. Leo ad Senecionem scripserat, aliosque Achaiæ Metropolitas, sex enim numerabantur, hortatus, ut Episcopo Thessalonicensi obedirent. Gratum sibi accidisse edixerant, quod S. Leo Anastasium Thessalonicensem suum in Illyrico Vicarium constituisset, nihilominus ex his Metropolitis aliquis sæpe illicite ordinaverat, &, quod pejus, Civitati Thespiensi Episcopum dederat, virum omnibus ignotum. S. Leo omnes admonet, ut in Concilio Generali Illyrici compareant, quando vocati fuerint, nempe, ut duo, tresve Episcopi ex singulis Provinciis mittantur.

Leo ep. 13.

Sæculum V. A. C. 447.

tur. Declarat, Metropolitæ pro lubitu suo absque Cleri, & populi consensu Episcopum ordinandi potestatem non esse. Hæc Epistola octavo Idus Jan. Aetio & Symmacho Consulibus, id est, sexto Jan. anno 446. data.

§. XII.

Procli obitus. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus.

Men. Græc. Niceph. Chr. Sup. XXVI §. 30.

Proclus e vivis abiit 24. Octobr. anno 447. postquam in Cathedra Constantinopolitana annos tredecim, & Menses tres sedisset. Successorem habuit Flavianum Presbyterum, & ejusdem Ecclesiæ Thesauri Custodem. Hæc Electio Chrysaphio, Evnucho, Cubiculariis Præfecto, qui Flavianum oderat, displicuit. Is Imperatorem excitavit, ut a Flaviano Eulogias in grati animi signum pro Beneficio Ordinationis suæ peteret; misit Flavianus panes candidos in Benedictionis signum. Chrysaphius, aliud Benedictionis genus cogitans, misit, qui Episcopo dicerent, aurum a se expectari; respondit ipse, nullum sibi esse aurum, nisi Sacra Vasa; Ecclesiæ vero Bona non sua esse, sed Dei, & sublevandæ pauperum inopiæ destinata. Exinde Chrysaphius propositum cepit, nihil intentatum relinquere, quo Flavianum Episcopali Se-

Niceph. hist. XIV. 47. v. Garn. diss. de lib. Theod. ad ep. 11.

de

de dejiceret; cum vero sciret, Episcopi fortunam favore Pulcheriæ, quæ tota Auctoritate potiebatur, fulciri, visum sibi, primas machinationes eo dirigendas, ut Fœmina ab Imperii Gubernaculo removeretur. Ergo Eudociæ, uxoris ejus opera usus, Imperatori persuasit, ut a Flaviano postularet, Pulcheriam Diaconissam ordinari. Imperator accersito Episcopo, quid ab ipso peteret, secreto indicavit; offendit inexpectata postulatio Flavianum, sed presso in præsentia Imperatoris dolore, deinde nemine conscio ad Pulcheriam scripsit, ut præsentiam suam ubique caute devitaret, ne facere cogeretur, quod sibi, & illi invisum foret. Intellexit Pulcheria, quid ageretur, & ad Hebdomon se recepit. (*) Theodosius, & Eudocia Imperatrix impatientissime tulerunt, quod Flavianus arcanum Pulcheriæ aperuisset. Hæc jurgiorum initia fuere.

Sæculum V. A. C. 447.

§. XIII.

Theodoretus relegatur.

Ubi Theodoretus Ordinationem Flaviani rescivit, eidem, data Epistola, gratu- *Epist.* 11.

(*) Est Ecclesia. Quod pertinet ad Pulcheriam Diaconissam ordinandam, Tillemontius in Nota ad hunc locum multa affert, quibus probare conatur, hoc factum non esse verosimile.

Sæculum V. A. C. 447. gratulatus est, sperans, hunc Virum fautorem conciliaturum; quippe quo jam anni effluxerant, ex quo ab Imperatore ad suam Diœcesin Cyrensem redire jussus erat, addito præcepto, ne exire pedem efferret. *Epist.* 81. Quo tempore id factum, apparet ex Epistola ad Nomum Consulem, qui anno 445. Consulatum gessit. Relegationis causa fuit oratio quam Antiochiæ, post S. Cyrilli obitum Domno præsente, pronuntiasse accusabatur, & dixisse: *Nemo jam blasphemus compellitur. Ubi sunt illi, qui dicunt Deum fuisse crucifixum; non Deus crucifixus est,* (*) *sed* JESUS *Christus, Homo. Cessarunt lites; in Oriente, & Ægypto concordia viget, mortua est invidia, etiamdemque Hæresis consepulta!* *Conc. V. coll. 5. to. 5. p. 508.* Alter accusationis articulus erat, quod in Episcopum Tyrienſem ordinasset Comitem Irenæum, Bigamum, & qui in Concilio Ephesino summo fervore Nestorii partes defenderat. Tandem Theodoretus præterea arguebatur, quod frequentissimis Synodis, quas Antiochiæ cogebat, Ecclesiam turbaret, atque hanc unicam causam Epistola Imperatoris adducit. *Ep.* 79. 80. Obedientem se præbuit Theodoretus, & Antiochia excessit, quin alicui valedicere ret, sciebat enim, quosdam esse, qui se retinere nitebantur.

At

(*) Quandoque bonus dormitat Homerus!

Sæculum V. A. C. 447.

At vero apud plures conquerebatur, famam suam denigrari, seque sine causæ cognitione damnari. Hac super re ad Anatolium Patricium, Eutrechium Præfectum, Nomum Consulem, & Eusebium, Episcopum Ancyranum, Epistolas dedit, in quibus dicebat: *Non ideo queror, quod urbem Cyrum fastidiam; non hæc est causa, verissima loquor, charior mihi est Cyrus celeberrimis urbibus, quia hanc sortem a Deo accepi, hoc est ovile meum; illud vero mihi videtur intolerabile, quod ex ea gressum non efferendi necessitas mihi imposita sit. Ob id ipsum improborum crescit audacia, & minus dicto audientes experior.* Et alibi: *Omnes urbes Hæreticis, Gentilibus, Judæis patent; ego autem, dum pro Doctrina Evangelii pugno, omnibus proscribor. At vero, pravis imbutus opinionibus dicor; ergo congregetur Synodus, Episcopis, & Magistratibus præsentibus mentem meam explicare liceat, & pronuntient Judices, quidnam Doctrinæ Apostolorum consentiat?* Et inferius: *Nunquam meo arbitrio, nec sub Episcopo Theodoto, nec sub Joanne, nec sub Domno, Antiochiam ivi, sed quinquies, aut sexies vocatus, vix obedivi, Canonum pœnis territus, quæ ad Synodum non venientibus intentantur.* In his duabus Epistolis dicit, se jam ab annis viginti quinque Episcopatum gerere,

Ep. 79. 80. 81. 82.

ep. 79.

ep. 81.

Sup. XXI. §. 30.

Sæculum V. A. C. 447.

rere, nec tanto tempore se quemquam in Judicium vocasse, nec a quoquam fuisse vocatum, nullum quoque Clericorum suorum coram aliquo Tribunali stetisse. Rursus in suam Defensionem congerit beneficia, quæ tam in spiritualibus quam in temporalibus Diœcesi suæ exhibuit.

In Epistola ad Eusebium Ancyranum dicit: *Qui Hæresin Marcionis, aliorumque Docitarum renovant, irati, quod eorum errores aperte refutem, Imperatori imponere tentarunt, dicentes, me esse Hæreticum, & fingentes, me Dominum Nostrum JEsum Christum in duas partes dividere; sed non successit consilium, cum in Mandato, contra me edito, nullæ hæresis mentio fiat.* Et infra: *Tantum absum ab hac detestabili opinione, ut me afflixerit, quod aliquos ex Concilii Nicæni Patribus deprehenderim, qui, dum contra Arianos stilum acuerunt, in expromenda Divisione Humanitatis, & Divinitatis nimii sunt. Ne vero quis putet me hodie, compellente metu, ita loqui, ea quæ ante Concilium Ephesinum, & post duodecim abhinc annis scripsi, legi possunt; nam per Dei Gratiam omnes Prophetas, Psalmos, & S. Paulum explicavi. Diu est, quod adversus Arianos, Macedonianos, Apollinaristas, & Marcionitas scripserim. Unum Librum Mysticum, alium*

Ep. 82.

Theodoretus.

alium de Providentia, alium de Quæstionibus circa Magos, Vitam Sanctorum, & plura alia composui; provoco ad accusatores meos, & Judices! ostendant, si possint, aliquam opinionem, quam non e Sacra Scriptura protulerim.

Sæculum V. A. C. 447.

§. XIV.

Theodoreti Opera.

Primos Libros contra Hæreticos, quos hic Theodoretus memorat, non habemus, nisi forte sub Nomine quorumdam aliorum Auctorum lateant; Liber Mysticus quoque, & Responsiones de Magis, nobis non supersunt, sed Commentarii in Prophetas, in Psalmos, & in S. Paulum extant. Vita Sanctorum est liber, dictus Philotheus, aliter Historia Religiosa, complectens vitas triginta Anachoretarum, quos Theodoretus viderat; initium a S. Jacobo Nisibiensi ducitur, & usque ad S. Domninam pervenitur. Præter illa opera, quæ Theodoretus in Epistola ad Eusebium recenset, jam tunc amplum de morbis Græcorum, id est, de Gentilium erroribus Tractatum elucubraverat, in duodecim libros divisum; vastæ Eruditionis specimen Theodoretus in hoc Tractatu dedit, in quo ultra centum Scriptorum veterum testimonia affert. In Cantica quoque Commentarium concinnavit.

v. Dissert. Garn. p. 259. to. 1. 2. 3.

to. 3.

to. 4.

Sæculum V. A.C. 447.

In hoc seceſſu, ad quem coactus
receperat, ſcripſiſſe creditur ſuum Eu-
niſtum, aut Polymorphum, quos libros in
appellavit, quia credidit, errores in iis
ſe oppugnatos, eſſe veterum Hæreſiu
colluviem. Erat vero præcipuus erro
opinio dicentium, unicam in JEſu Chri-
ſto dari Naturam; quos nempe nimiu
zelus contra Neſtorianos in Hæreſin op
poſitam agebat. Hoc opus in tres Dia
logos dividitur; primo titulus eſt: *Im
mutabilis*; quia in eo Auctor demon
ſtrat, Verbum, Carnem aſſumens, non
fuiſſe mutatum. Secundum Nomen ha
bet: *Inconfuſus*, ubi probat, Incarnatio
nem factam ſine duarum Naturarum con
fuſione. Tertium dixit: *Impaſſibilis*.
Inter Patres Orthodoxos citat Theophi
lum Alexandrinum, & S. Cyrillum, atque
Patres Latinos æque ac Græcos ſine dis
crimine adducit. In fine varios Syllo
giſmos ſubjunxit, ut rurſus tria hæc ve
ra eſſe aſſerat; Verbum Immutabile,
commixtionis Impatiens, & Impaſſibile.

To. 1. to. 4.

Præf. in Eran.

Dial. 2. p. 101. 110.

Dial. 3. p. 167.

§. XV.

Epiſtola Theodoreti ad Dioſcorum.

Ep. 87.

Quos Theodoretus in dicto opere ex
pugnare aggreditur, erant, ut ipſe
improbrat, obſcuræ vitæ homines, qui
ſolis ſceleribus innoteſcere poterant;
id congruit quibusdam Monachis in O-
riente,

riente, seu ut alibi dicit, quibusdam Clericis ex Osroene, qui, Alexandriam venientes, Theodoretum insimulabant, quod in Sermonibus Antiochiæ habitis JEsum Christum in duos Filios divideret. Eundem errorem Episcopis Ciliciæ tribuebant. Hac super re Dioscorus Alexandrinus ad Domnum Antiochenum litteras dedit, quibus speciatim contra Theodoretum conqueritur. Is ad Dioscorum scripsit, ut se purgaret, atque in Innocentiæ testes adducit multa millia Auditorum, qui perorantem Antiochiæ auscultassent, dum quindecim, haud plures, accusatores essent. *Docui*, inquit: *sub Theodoto, beatæ memoriæ, sex annis, annos tredecim sub beato Joanne, qui me audiendo adeo delectabatur, ut, sæpe exiliens, manibus plauderet, jam sub Sancto Episcopo Domno septimus annus fluit, & usque in hanc diem nullus Episcoporum, Clericorum nullus quidquam deprehendit, quod in meis orationibus argueret.* Annus Domni septimus, Christi 447mus est.

Sæculum V. A. C. 447.

Ep. 83. ad Dios.

Theodoretus deinde sancte affirmat, velle se Patrum vestigiis insistere, & Fidem Nicænam conservare. Fidem suam de Incarnatione explicat, quæ Catholica est. Libros suos citat, in quibus Auctoritatem Theophili, & S. Cyrilli adhibuit, quod Eranistum denotat. Tum

Sup. lib. XXVI. §. 46

Sæculum V. A. C. 447.

ſubjungit: *Credo, te non ignorare, Cyrillum beatæ memoriæ ſæpius ad me litteras dediſſe. Præterea, quando ſuos contra Julianum libros, atque Tractatum ad Hirco emiſſario Antiochiam miſit, Beatum Joannem Antiochenum rogavit, ut eos celeberrimis in Oriente Doctoribus oſtenderet. Hos Joannes ad me miſit, non ſine admiratione legi, quid ſentirem Cyrillo perſcripſi; reſpondit ipſe, diligentiam meam, & affectum laudans. Has litteras ſervo.* Theodoretus Epiſtolæ finem imponit adjecta hac Fidei Profeſſione: *Si quis non dicat, S. Virginem*(*) *eſſe Matrem Dei, aut ſi dicat, Dominum Noſtrum JEſum Chriſtum eſſe purum Hominem, aut ſi Filium unicum, & Primogenitum ex omni Creatura in duos dividat, nulla ei in JEſu Chriſto ſpes ſit!*

Ep. 84. *Ep.* 85.

Scripſit ſimul Epiſtolam Circularem ad utriusque Ciliciæ Epiſcopos, qua edocet, quosdam exiſtimare occaſionem Calumniæ, in eos vulgatæ, inde originem ducere, quod pauculi inter ipſos Verbum Incarnatum in duas Perſonas dividant. Textus S. Scripturæ profert, expreſſiſſime Unitatem Perſonæ probantes; duos illos

(*) Hic Theodoretus pulcherrimum Proteſtantibus exemplum dat, Beatiſſimam Virginem, omiſſa voce: *Sancta*, nude Mariam nominantibus. Et hoc ante duodecim Sæcula.

illos ex S. Paulo: *Unus Dominus JEsus Christus.* Et iterum: *Unus Dominus, una Fides, unus Baptismus!* Et ex Evangelio: *Nemo ascendit in Cælum, quam qui de Cælo descendit, Filius Hominis, qui est in Cælo.* Et rursus: *Si ergo videritis Filium Hominis ascendentem, ubi erat prius.* Theodoretus Episcopos hortatur, ut eorum audaciam reprimant, qui vel ignorantia, vel contentionis vitio hanc Doctrinam impugnant; *Si tamen verum est*, inquit: *aliquos dari, qui impugnent, & non potius conflictum mendacium sit.*

Sæculum V. A. C. 447.

1. Cor. 8. 6. Eph. 4. 5. Joan. 3. 13. 6. 63.

§. XVI.

Theodoreti Epistola ad Flavianum.

Dioscorus non solum Epistolæ Theodoreti nullam rationem habuit, sed etiam permisit, ut Accusatores ejus publice in Ecclesia Alexandrina ei Anathema dicerent; ipse e Sede sua exsurgens, clamavit cum cœteris: *Anathema!* necdum satis; Episcopos Constantinopolim misit, qui Theodoretum, & Orientales Hæresis accusarent. Hinc Theodoretus per Epistolam, ad Flavianum datam, queritur in hunc modum: *Misi ad Dioscorum unum ex Presbyteris nostris cum litteris Synodalibus, quibus aperiebam, quod Paci sub Cyrillo, Beatæ Memoriæ, initæ, insistamus, Ipsius Epistolam nobis probari,*

Ep. 86.

Sæculum V. A.C. 447.

nosque magna veneratione, & observantia Epistolam S. Athanasii ad Epictetum, atque Fidem Nicænam, recipere. Porro ipsi Clerici, quos Dioscorus misit, jamdudum perti sciunt, neminem Episcoporum in Oriente opinionem fovere, Doctrinæ Apostolicæ contrariam. Tum ostendit, Anathema contra se injuria fuisse pronuntiatum, quia Concilium Constantinopolitanum, Concilio Nicæno consentaneum, Provinciarum, & Jurisdictionis terminos posuisset, ita ut Episcopo Alexandrino unius Ægypti Regimen fuerit concreditum. *Is sæpissime*, inquit, *Auctoritatem Cathedræ, in qua S. Marcus sedit, jactat, quasi vero nesciret, Antiochenos tenere Cathedram S. Petri, qui S. Marci Magister fuit, Apostolorum primus, & Caput.* (*) Et deinde: *Istud vero scitu opor-*

(*) Hier klinget die Uebersetzung unsers Protestanten lächerlich. Diese 4. Zeilen giebt er also im 4ten Theil auf der 519. Seite. Er machet sich, saget er, ohne Aufhören mit dem Fleische des heil. Marcus groß; aber er weiß wohl, daß Antiochien das Fleisch des heil. Petrus hat, der der Meister des heil. Marcus, der erste, und oberste unter den Aposteln war. La Chaire de Saint Marc, La Chaire de Saint Pierre. Das ist: der Bischöfliche Stuhl des heil. Marcus, und des heil. Petrus, übersetzet er: mit dem Fleische des heil. Marcus

oportet, Domine! ideo Dioscorum nobis impatientissime irasci, quod assensi fuerimus Epistolæ Synodali, quam juxta Canones sub Proclo, felicis memoriæ, edidistis. Contra hanc bis querelas effudit, quasi jura Ecclesiæ Antiochenæ, & Alexandrinæ prodidissemus. Hoc Synodalis Epistola Procli illa fuisse creditur, quæ postmodum in Concilio Calcedonensi, cum causa Athanasii Episcopi Perhani in Syria moveretur, relata est. Dicebat Dioscorus, Orientales, hanc Epistolam recipiendo, admisisse Jurisdictionem Episcopi Constantinopolitani in Antiochenum, qui usque in illam diem inter mundi Episcopos tertius, & tantum Romano, & Alexandrino secundus fuisset.

Sæculum V. A.C. 447.

v. Garn. ad Epist. Theo. 86. Inf. L. XXVIII. n. 28.

§. XVII.

Legatio ex Syria Constantinopolim.

Dominus Episcopus Antiochenus, ut

cus, und, das Fleisch des heil. Petrus. Ey, Ey! das sind grosse zween Böcke (um nur nach der Bayerischen Mundart zu reden, denn in der Sächsischen werden sie anders benamset) eines Uebersetzers, welcher sich getrauet in seinen feinen Anmerkungen die ganze Römische Katholische Kirche zu beschimpfen! Sie geben einen häßlichen Geruch von sich, und hätte der Uebersetzer von demjenigen, welcher seine Arbeit bezahlet, ein Trinkgeld verdienet.

Sæculum V. A. C. 447.

Theodoretum, & omnes Episcopos Orientales adversus calumnias Clericorum Osroenes, aliorumque, quibus Dioscorus faciles aures præbuerat, defenderet, sua quoque ex Parte, Dioscori exemplum secutus, Episcopos Constantinopolim misit. Episcopi Syriæ summa hyeme, nempe sub finem anni 447. profectionem exorsi sunt; his Theodoretus multas Epistolas ferendas dedit, quippe hodieque viginti duas habemus, videlicet ad tredecim Proceres, quorum plerique Dignitate Consulari fulserant, ad quosdam ex Clericis Constantinopolitanis, & ad tres Episcopos, ad Flavianum Constantinopolitanum, cui Theodoretus per Episcopos Delegatos alteram misit Epistolam, ad Basilium Seleucienſem, tunc temporis Constantinopoli morantem, & ad Eusebium Ancyranum, apud quem Legati in via divertendum erat. In Epistola ad Flavianum Theodoretus Doctrinam explicat, & varias de Incarnatione Hæreses notat. Simon, Basilides, Valentinus, Bardesanes, Marcion, & Manes, JEsum Christum tantum Deum agnoscunt, & Humanitatem tantum apparentem eidem attribuunt. Ariani dicunt, Verbum nihil assumpsisse, nisi corpus, cui anima loco fuit. Apollinaris dixit, Corpus assumpsisse animatum, sed non anima rationali. Econtra Photinus, Marcellus Ancyra-

Ep. 94. 101. 107. 108. 105. 106. 100. 101, *ep.* 88. 89. *&c.* 104. 102. *Ep.* 109.

cyranus, & Paulus Samosatenus dicunt, esse purum Hominem. Ergo istis S. Scripturæ loca, quæ JEsu Christi Divinitatem demonstrant, sunt objicienda, illis vero, quæ Humanitatem probant. Sæculum V. A. C. 447.

§. XVIII.

Irenæus Tyriensis depositus.

Inter hæc Theodoreto Constantinopoli nuntium affertur, ibi Mandatum Imperatoris editum, quo Irenæus, quem ipse Episcopum Tyri ordinaverat, deponi juberetur. Hac de re ad Domnum Antiochenum scripsit, causas adducens, ex quibus Ordinationis hujus valorem defendere oporteret. *Hunc Virum*, inquit, *ordinavi, quia omnes Phœnices Episcopi id decreverant, nam etiam Irenæi zelus, magni spiritus, charitas in pauperes, aliæque virtutes, mihi perspectæ erant. Ceterum, quod sciam, nunquam negavit, S. Virginem Matrem Dei appellare, aut ullam Fidei contrariam opinionem tenuit. Quod pertinet ad Bigamiam; exemplum Antecessorum nostrorum secutus sum. Alexander Antiochenus & Acacius Beroeensis ordinarunt Diogenem Bigamum. Prayles Jerosolymitanus Domninum Cæsariensem Bigamum ordinavit.* Proinde Proclus Constantinopolitanus, sicut etiam præcipui Episcopi ex Ponto, & ex Palæ- *Ep.* 110.

Sæculum V. A. C. 447. Palæstina omnes hanc ordinationem n tam habuerunt.

Epist. 3. Ubi primum Cæsarei mandati nu tium ad Irenæum pervenit, mentem jus subiit cogitatio, ut discederet, Consilium Theodoreti exquisivit. suavit, ut expectaret, donec abire cog retur, & sponte Gregem suum non de sereret. Consultatio hac Parabola er involuta: *Judex impius duobus Mart ribus optionem fecit, ut sacrificarent dolis, aut se in mare præcipitarent primus præcipitavit semetipsum, secu dus nec unum fecit, nec alterum, s expectavit, donec accedente aliorum præcipitaretur;* Theodoretus factum s cundi probat.

Edictum contra Irenæum executi ni datum est; ipse depositus, & in ejus locum Photius Episcopus Tyriensis ord natus. Decretum de Irenæi Depositio ne continetur in aliqua Theodosii Leg in cujus initio omnes Porphyrii libri contra Religionem Christianam flammis tradi jubentur. Secundo Nestoriani, Episcopi sint, aut Clerici, Ecclesiis ejic ciantur, si Laici, excommunicentur; at que omnibus Catholicis permissum sit, eosdem deferre. Libri, quorum opinio nes Doctrinæ Concilii Nicæni, Concilii Ephesini, & S. Cyrilli consentaneæ non sunt, comburantur, nemini, quisquis fue-

Irenæus depositus.

Conc. Eph. part. 3. *c.* 47.

fuerit, sub pœna ultimi supplicii eos le- Sæculum V.
gere, aut retinere liceat. Articulus hic A. C. 448.
Scripta Dioscori Tarsensis, & Theodori Mopsuesteni respicere videtur. Tandem lex ista præcipit, ut Irenæus, qui, Indignationem Imperatoris meritus, quod Nestorianus esset, contra Canones fuisset ordinatus, Ecclesia Tyriensi pellatur, & Patria sua non excedat, sed ibi sine Nomine, & veste Episcopi quietus permaneat. Hæc Lex in Ecclesia Monachorum Ægypti, vigesima tertia *Pharmouthi*, Indictione prima, anno Diocletiani 164. nempe 18. Aprilis, anno 448. promulgata. Verum Photius jam Mense Februario Episcopus Tyriensis erat.

§. XIX.

Acta contra Ibam.

Id apparet ex Actis in Conventu, qui ibi in causa Ibæ, seu Ihibæ, Episcopi Edesseni, celebratus est. Rabbulæ Ibas successerat, sed isti longe alia, quam Antecessori sententia. Nam Rabbula semper S. Cyrillo, & Concilio Ephesino adhæsit, Ibas vero ex Partibus Nestorii, & *Sup. Lib.* Orientalium usque ad pacem, a Paulo *XXVI.* §. 19
Emeseno reductam, steterat. Clericorum Ecclesiæ Edessenæ divisi erant animi, multi Ibæ adversabantur; hos inter numerabantur quatuor Presbyteri, quos, sua sponte Episcopo infensos, etiam Uranius,

Sæculum V. A. C. 448.

nius, Episcopus Imerienſis in Oſroe conſpirante Eutyche, Monacho Co ſtantinopolitano, Neſtorianorum hoſ zeloſiſſimo, ſtimulabat. Quatuor il Presbyteri, Samuel, Cyrus, Eulogius, Maras, Libellos contra Ibam Domno Episcopo Antiocheno, tradiderunt. Do mnus indicari juſſit, ut ſe ſiſteret, ſe quia tempus erat Quadrageſimale, u conjicere licet anno 446. Citationem poſt Feſta Paſchalia diſtulit, & Ibæ inte rim mandavit, ut Excommunicationem quam in hos Presbyteros pronuntiave rat, ſolveret. Ibas Domni Judicio ſe ſubmiſit, qui occaſione Feſti Excommu nicatos liberavit, ea conditione, ne An tiochia ſub pœna Depoſitionis, antequam cauſa fuiſſet judicata, diſcederent. Hoc non obſtante Samuel, & Cyrus diſceſſe runt, antequam Ibas Antiochiam venis ſet, & profecti ſunt Conſtantinopolim ſoli Maras, & Eulogius manſerunt.

Conc. Calc. act. 9. p. 625.

p. 645. Domnus frequentem Synodum ce lebravit Antiochiæ, cui Uranius Imerien ſis adfuit. Libelli adverſus Ibam juſſi ſunt prælegi, cumque quatuor Acto rum nomina præferrent, & duo tantum adſtarent, interrogavit Concilium, ubi cœteri duo eſſent; reſponderunt, eos diſceſſiſſe, & addiderunt: *Audivimus,*

p. 641. *ipſos Conſtantinopolim abiiſſe.* Eos Con cilium contumaces pronuntiavit, atque idcirco

idcirco pœnam Depositionis incurrisse. Uranius cum Presbyteris Eulogio, & Mara, aliisque Ibæ accusatoribus Constantinopolim se contulerunt, junxeruntque se Samueli, & Cyro; tum oblato Imperatori libello supplice, alios Judices Loco Domni, qui suspectus esse mereretur, petierunt; & obtinuerunt etiam litteras, quibus ipsi Uranio, cum Photio, Episcopo Tyriensi, & Eustathio, Episcopo Berytensi demandabatur, ut de Actione, quam contra Ibam Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius movebant, cognoscerent. Hujus Edicti Bajulus fuit Damascius, Tribunus, & Imperatori ab Epistolis, idque ipsi speciatim septimo Kalendas Nov. Constantinopoli, nempe 26. Octobr. mandatum. Si bene conjicio, annus 447. fuit. Damascius Episcopum Uranium, Diaconum unum Constantinopolitanum, cui nomen Eulogius, ab Episcopo Flaviano missum, Delatores Ibæ, scilicet quatuor illos ex Mesopotamia Presbyteros, & aliquot Monachos, secum adduxit.

Sæculum V. A. C. 448.

Conc. Calc. Act. 9. p. 628.

p. 637.

§. XX.

Arbitrium Tyriense.

Ubi Tyrum pervenerunt, Photius, & Eustathius Imperatoris mandatum receperunt, protuleruntque Ibæ Adversarii plura accusationis capita, cæteris vero

Sæculum V. A. C. 448.

ro gravior erat articulus contra fidem. Quippe affirmabant, Ibam esse Nestorianum, atque publice in Ecclesia dixisse: *Non invideo JEsu Christo, quod factus fuerit Deus*; id autem Ibas se dixisse juramento negabat, & coram testabatur, se esse Catholicum. Actores tres non plures, testes producebant, quos Ibas, quia cum ipsis habitabant, recusabat; obstrepentes, & motus non absque populi scandalo cientes, Photius urbe exire jussit, cumque in eorum accusationibus solidum fundamentum non perspicerent, ipse, & Eustathius, depositaque dicis, Persona, Arbitros se præbuerunt, & permoverunt Partes, ut transactionem inirent, cujus Acta quinto Kalendas Martii, Zenone, & Posthumiano Consulibus, Indictione prima, juxta Macedones anno Alexandri 574. decima *Peritii*, id est, 25. Febr. anno 448. conscripta sunt.

p. 268. In hac Transactione dicitur Ibas Formulam Fidei tradidisse, sua manu scriptam, in qua promisisset, in orationibus suis ad populum nihil dicturum, quod Orthodoxorum Doctrinæ conforme non esset, seque claris verbis Nestorium, cum omnibus illis, qui ejus Sermones, aut libros legunt, anathematizaturum. Ipsum etiam declarasse, quod Fides sua conformis sit litteris Reconciliationis, inter

inter Joannem Antiochenum, & S. Cyrillum, Auctore Paulo Emeſeno, initæ; quod omnia Decreta Concilii Epheſini, tanquam Congregationis, quam Spiritus S. rexiſſet, recipiat, atque hoc Concilium Nicæno æquale ſine ullo diſcrimine æſtimet. Præterea Ibam promiſiſſe, omnia, quæ facta eſſent, ſe oblivioni traditurum & impoſterum Delatores ſuos filiorum loco habiturum, ſicut econtra etiam ipſi ſpopondiſſent, ſe Eccleſiam cum Iba adituros, atque honorem Patri debitum, amoremque exhibituros. Quod ſi tempore futuro crediderit, ex merito in Samuelem, Cyrum, Maram, aut Eulogium ſeverius animadvertendum, non ſuo ſolum arbitrio puniat, ſed Concilium Domni Archiepiſcopi adhibeat. Demum, quia Ibas incuſabatur, quod redditus, & oblationes, Eccleſiæ factas, in uſus illicitos converteret, condixit, ſe conſuetudinem Eccleſiæ Antiochenæ ſecuturum, & Eccleſiæ ſuæ Bona œconomis, quos ex Clericis deligeret, adminiſtranda relicturum. Cum in has conditiones Pars utraque conſenſiſſet, Ibas, & quatuor Presbyteri in Eccleſia Cathedrali Tyrienſi ſimul Sacra Dona acceperunt. *p. 637.*

Sæculum V. A. C. 448.

Nihilominus, iſta Reconciliatione contempta, illi ipſi Presbyteri, novam Actionem in Ibam moliti ſunt; Reorum etiam numerum auxerunt, dum ſimul cum

Sæculum V. A C. 448.

Iba Danielem, Episcopum Carrensem, Ejus Nepotem, & Joannem Episcopum Battnensem accusarunt. Quatuor Presbyteris quinque novi Accusatores, Albenius, Joannes, Anatolius, Cajumas, & Abib, omnes Clerici, se junxerunt; Constantinopolim delati, Imperatorem Theodosium adierunt, & Flavianum Episcopum, qui hujus rei Judicium iisdem Episcopis, quibus prima vice commissum fuerat, mandavit, scilicet Photio Tyriensi, Eustathio Berytensi, & Uranio Hymerienſi; hujus enim rei testes sunt ipsius litteræ, quas Eulogio, Constantinopolitano Diacono, ferendas dedit; Imperator quoque suas Epistolas expediri jussit, id ipsum præcipiens; atque iterum, sicut antea, Tribuno Damascio curam demandavit, ut imperata exequeretur. (*)

§. XXI.

Judicium Berytense.

Conc. Calced. act. 10. p. 637.

Verum hac altera vice Conventum Beryti, prima Die Sept. eodem anno 448. egerunt. Aderant tres Judices, Damascius

(*) Consentio hic Anonymo I. animadvertenti, hæc non solius Imperatoris arbitrio facta, & adducenti ex Actis Verba: *Sanctissimo Archiepiscopo nostro Flaviano decernente cum Religiosissimo, & Christi amante Imperatore nostro, & præcipiente apud Vestram Sanctitatem, ea quæ nostra sunt, exerceri. &c.*

mascius Tribunus, tres Episcopi delati, & novem Accusatores. Judices, ut ante omnia de Partium Conditione, & meritis constaret, Ibam interrogant, quidnam in Concilio Antiocheno actum fuerit. Tum Samuel, unus ex Actoribus, ait: *Rogamus, ut quæ dicuntur, Episcopo Uranio lingua Syriaca explicentur, ea enim, quæ Archiepiscopus Domnus in causa nostra ad Archiepiscopum Flavianum scripsit, ipsi notissima sunt, quia tunc Constantinopoli versabatur.* Ergo Uranio datus est Interpres, cui nomen Maras. Nempe Græce loquebantur, cujus linguæ Uranius, utpote ex Mesopotamia, ignarus erat. Ibas, ad interrogationem Judicum respondens, narravit, quæ Antiochiæ acta fuerant, & quia duo ex ejus Accusatoribus discesserant, Acta Concilii, quæ ipsi in manibus erant, lecta fuere. Sæculum V. A.C. 448.

His auditis Libellus Accusationis, pridie traditus, prælegi jubetur. Accusatores, interrogati, declarant, se prælectis insistere. Accusationis capita, numero decem, & octo lecta fuere contra Ibam; verum ad tria principaliora cætera reduci poterant; nempe esse Nestorianum, & S. Cyrillum ab ipso pro Hæretico haberi. Quod plures indignos ordinasset, & inter alios Danielem, Nepotem suum, quem Episcopum constituisset in quadam *Art. II.* 45. 6.

Sæculum V. A. C. 448.

Paganorum civitate, ubi optimæ vitæ & exempli Pastor fuisset necessarius, non obstante, quod Daniel juvenis esset tumultuosus, & in omnem licentiam effusus.

3. 1. 2. 7. 8. 9. 13. Quod sordida avaritia laboraret, pecuniam ab ordinandis extorqueret, redditibus Ecclesiæ, & Benefactorum Donationibus abuteretur, ut Nepotem, & propinquos suos locupletaret. Daniel accusabatur, quod mulierem Edessenam, cui nomen Challoa, maritum habentem, deperiret, quam in variis profectionibus

6. itineris sociam circumduceret, eamque raptis Ecclesiæ Bonis ditasset, ita ut fœmina, antea pauperrima, jam uni ducentos, alteri trecentos aureos mutuos daret; Eidem mulieri, & liberis ejus Da-

14. 16. nielem condito testamento Bona sua, quæ

18. haberet ingentia, destinasse; eidem quoque Hæreditatem cujusdam Diaconi divitis, & Sylvas, ad Ecclesiæ proprietatem pertinentes, donasse. Præterea idem Daniel accusationem notabatur, quod vitæ

17. suæ dissolutæ Sodales ordinaret, &, donis acceptis, Idololatriæ reos absolveret.

p. 657. Dixerunt Judices, Initium faciendum esse ab Articulo de Fide, tanquam cæteris graviore; tunc dixit Maras de Iba: *dixit in quodam Sermone; non invideo JEsu Christo, quod Deus factus sit, nam, sicut ipse, ita etiam ego Deus factus sum.* Episcopi interrogarunt Ibam, an hoc dixisset;

xisset; respondit: *Anathema illi, quis-* Sæculum V
quis dixerit! Anathema etiam hujus Ca- A. C. 448.
lumniæ Auctori! ego vero non dixi, aver-
tat Deus! Samuel dixit: *habemus hic*
testes, quod dixerit; rogamus, ut eos vo-
cari jubeatis, & proprio ore pronuntient,
an non hæc verba loquentem audierint.
Ibas dixit: *mallem millies mori, quam hæc*
verba dicere; propitius sit mihi Deus, ne
vel sola hujus Blasphemiæ cogitatio in men-
tem veniat? Episcopi dixerunt: *an affir-*
matis, Ibam hæc in Ecclesia dixisse? Sa-
muel dixit: *mos est Ecclesiæ, ut Episco-*
pus in Vigilia, vel Die Paschæ sua manu
Clericis munuscula distribuat, & antequam
det, brevem sermonem instituat; hac
occasione præsentibus Clericis omnibus illa Judicium in
verba edixit. Probamus per testimonium causa Ibæ.
aliquorum, qui adsunt, & dicentem audie-
runt. Episcopi: *quantum abiit tempus, ex*
quo hæc ipsum dixisse affirmatis? Samuel
respondit: *plusquam triennium abiit; di-*
xit etiam alia, & probabimus, si jubeatis.

Episcopi dixerunt: *Quinam sunt ve-*
stri testes? Samuel: *tres hic præsto sunt,*
si autem jubeatis, aliorum nomina trade-
mus, & accersemus. Ibas: *Clerici nostri*
plus minus ducenti sunt; hi omnes testi-
monium dederunt, an Orthodoxus sim, vel
Hæreticus, & quid hac super quæstione de
me sentiant, ad Archiepiscopum Domnum,
& ad vestram Pietatem scripserunt. Ve-

Sæculum V. A. C. 448.

strum jam est examinare, an ipsorum testimonium consentaneum sit illi, quod ferunt tres isti, qui cum meis Accusatoribus Constantinopolim iverunt, & adhuc cum ipsis versantur. Samuel dixit: *nobis convenit probare, non autem Episcopo Ibæ; nam non factum non probatur.* Episcopi: *Testes vestros nominate!* Samuel: *testes sunt David, Diaconus, qui fuit ærarii Custos. Maras, Diaconus, qui Sancti Ephrem scripta prælegit, vir inter Syros doctissimus.* Ibas: *Maras cum ipsis Antiochiæ fuit, cum ipsis Libellum tradidit, cum ipsis Constantinopolim ivit, atque ut veritatem edicamus, excommunicatus est, non a me, sed ab Archidiacono suo, quod quemdam Presbyterum ludibrio habuerit; cumque eum viderent aliunde irritatum, socium ad me accusandum adsciverunt.* Dixerunt Episcopi, cum Blasphemia, ut Accusatores affirmarent, in Aula Episcopali, toto Clero præsente, fuisset prolata, Testes deesse non posse. Ad hoc Maras respondit; plerosque Reverentia, & metu Ibæ cohiberi, ne veritatem eloquerentur. At Episcopis hæc responsio non placuit, dixeruntque: *Testimonium trium Testium, quos adducitis, non recipimus, ea maxime de causa, quod eos Episcopus Ibas suspectos habeat.*

655.

Deinde Ibam rursus interrogant, an ea, quæ objicerentur, dixisset; respon-

657.

dit

dit Ibas: *Non dixi. Et illum anathematizo, quisquis dixit. Non puto tantam vel Dæmonis esse nequitiam, ut hæc dicere queat!* Maras dixit: *an non Beatum Cyrillum Hæreticum appellasti? profecto*, dixit Ibas: *non recordor dixisse; si autem appellavi, tunc fuerit factum, quando eum Concilium Orientis ut Hæreticum anathematizavit; Exemplum mei Patriarchæ secutus sum.* Maras subjunxit: *an non dixisti, te eum, nisi Articulos suos anathematizasset, ad Communionem non fuisse recepturum?* Ibas: *dixi, nisi mentem suam explicasset, nec Patres Concilii Orientis, nec me ipsum Cyrillum fuisse recepturos.* Episcopi ad Accusatores dixerunt: *Edicite, an probare possitis, quod Cyrillum post Reconciliationem cum Joanne Hæreticum appellaverit.* Ibas: *tantum abest, ut eum, postquam Articulos suos exposuit, anathematizaverim, ut potius ipsius Epistolas acceperim, & meas miserim, denique in Communione cum ipso vixerim.* Episcopi: *probate, quod post obitum Beati Cyrilli eundem Ibas Episcopus Hæreticum appellaverit!* Maras: *probamus;* tunc-que quamdam Epistolam Ibæ ad Persam, Christianum, cui nomen Maris, datam legi petiit. *p.* 660.

Sæculum V.
A.C. 448.

§. XXII.

Epistola Ibæ ad Marim.

In hac Epistola tota Historia Schismatis inter Nestorium, & S. Cyrillum referebatur. Ibas S. Cyrillum arguebat, quod in Hæresin Apollinaris prolapsus esset, dicebatque, Ejusdem duodecim Articulos impiis opinionibus esse plenos. Tum ea recensebat, quæ in Concilio Ephesino acta fuerant, semper S. Cyrillo adversus, & Partibus Orientalium favens. In Rabbulam, Antecessorem suum, vehementius invehebatur, quamvis non nominaret, & Tyrannum dicebat, qui non solum vivos, sed etiam mortuos fuisset persecutus, præsertim Theodorum Mopsuestenum, cui publice in Ecclesia Anathema dixisset. Tandem Joannem Antiochenum, & S. Cyrillum, conciliante Paulo Emeseno, in Gratiam rediisse, narrabat, cujus Facti Acta mittebat ad Marim, & subjungebat: *Cessarunt lites, & Schisma, in pace sicut ante hæc jurgia est Ecclesia. Id ex his Actis cognosces. Bonum nuntium omnibus communicabis. Murus Divisionis ablatus est. Confusi sunt, quorum insolentia vivos, mortuosque lacessebat; jam de propria defensione sollicitiesse coguntur, & Doctrinam priori contrariam prædicare; nemo enim amplius est, qui affirmare audeat, unam esse Divinitatis, Huma-*

Humanitatisque Naturam, sed omnes fatentur, quod Templum, & qui in eo habitat, sit unicus Filius JEsus Christus. Hæc illa est Ibæ celeberrima ad Marim Epistola. Sæculum V. A. C. 448.

Ibas econtra petiit, ut legi juberetur Epistola, Nomine totius Cleri Edessæni in suam Defensionem scripta, & ad ambos Episcopos, Judices, Photium, & Eustathium data. In ea ponebatur Blasphemia, cujus Ibas accusabatur, sed sancte affirmabant, nunquam se talia ab ipso, vel quocunque alio proferri audivisse. Claudebatur Epistola in hunc modum: *Suppliciter rogamus, ut quantocius Episcopum nostrum ad nos dimittatis, quia appropinquant Festa Paschalia, quo tempore ipsius præsentia catechizandis, & baptizandis Neophytis est necessaria.* Ex his dispicimus, hanc Epistolam ad Conventum Tyriensem fuisse scriptam. Clerici sexaginta, & unus, nempe Presbyteri tredecim, Diaconi triginta sex, Subdiaconi undecim, & unus Lector signum apposuerant. De pluribus notatur, quod Syriace subscripserint, unde liquet, utriusque Sermonis tam Græci, quam Syriaci in hac Ecclesia usum fuisse. Lecto hoc Testimonio, & cœteris omnibus collatis, Ibas absolutus est, & Berythum missus. At istorum Actorum ultima desiderantur. *p.* 668.

Sæculum V.
A.C. 448.

§. XXIII.

Initia Eutychis.

Eutyches, qui, consentiente Uranio, contra Ibam egerat, novæ Hæresis Caput, Nestorii Errori directe oppositæ, evasit. Presbyter erat, & Monasterii trecentorum Monachorum prope Constantinopolim Abbas. Nemo isto homine unquam Nestorio magis infensus fuit; ab amicis S. Cyrilli inter viros illos, qui ad defendendam Fidem idonei essent, ascensus. Hoc ipso anno, S. Leo Papa, acceptis ab ipso litteris, quibus significabat, Nestorianos novis viribus resurgere, rescripsit, zelum ejus laudavit, & ut animo constanti esset, excitavit. S. Leonis epistola prima Junii, Posthumiano, & Zenone Consulibus, id est, anno 448. data est. Verum Nestoriani, quibus Eutyches irascebatur, revera erant Catholici, quod ex Epistola Synodali Domni Antiocheni, ad Imperatorem Theodosium data, apparet; in illa Eutychem accusat, quod Hæresin Apollinaris reducat, dicendo, Divinitatem Filii Dei, & Humanitatem ejus unam esse Naturam, dumque passionem Divinitati tribuit. Queritur etiam, quod Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestenum anathematizaret, viros, qui adversus Apollinarem fidei Defensores extitissent.

Lib. brev. c. 2. Coll. Lup. c. 203. Sup. XXVI. §. 20. Leo Ep. 19. al. 6.

Facund. VIII. c. 5.

Euse-

Sæculum V. A. C. 448.

Euſebius, Epiſcopus Doryleenſis in Phrygia, inter zeloſiſſimos Neſtorii Adverſarios numerabatur; idem is eſt, qui Conſtantinopoli, cum adhuc Laicus eſſet, & Cauſidicus forenſis, an. 429. contra eundem Libellum vulgavit. Cum ejusdem Sententiæ eſſet, ac Eutyches, inde inter ambos arcta neceſſitudo nata; at tandem ex continuis colloquiis agnovit Euſebius, Eutychem in hac quæſtione nimium dicere, & in alterum extremum, ſcilicet in Hæreſin oppoſitam, incidere. Diu amicum ad ſaniorem mentem reducere omni ſtudio conatus eſt, ſed cum jam conſtaret, eſſe obſtinatum, non modo amicitiæ renuntiavit, ſed & vices Actoris in eum ſuſcepit. Occaſione uſus eſt congregati Concilii triginta Epiſcoporum, qui, Conſtantinopoli ob cauſas alias commorantes, conventum agebant, ut litem inter Florentium Epiſcopum Sardenſem, Ludiæ Metropolitam, & duos ex eadem Provincia Epiſcopos, exortam componerent. *Sup. XXV. §. 2.*

§. XXIV.

Concilium Conſtantinopolitanum. Seſſio prima & ſecunda.

Ergo ſexto Idus Nov. Zenone, & Poſthumiano Conſulibus, id eſt, octava Nov. anno 448. Patribus in Aula Conſiliorum Eccleſiæ Cathedralis Conſtantinopolitanæ *Conc. Chalced. Act. 1. p. 150.*

Sæculum V. A. C. 448.

politanæ congregatis, quibus Flavianus præerat, postquam causa Lydiorum esset finita, Eusebius Doryleensis, unus ex his tribus præsentibus, de Sede sua surrexit, & Concilio Libellum obtulit, Patres obtestans, ut legeretur, & Actis inseretur. Igitur Flavianus hunc Libellum ab Asterio, Presbytero, & Nestorio legi jussit. In eo Indicium fiebat, Eutychem non cessare Blasphemias in JEsum Christum proferre, de Clericis contemptim loqui, & seipsum, Eusebium, accusare, quod Hæreticus esset; hinc rogabat Concilium, ut Eutyches vocaretur, ad istam Accusationem responsurus. Flavianus dixit: *miror ejusmodi Accusationem in Eutychem cadere; ne graveris ipsum adire, & colloqui, si revera deprehenderis, Doctrinam ejus sanam non esse, tunc ipsum Concilium accersat, ut se defendat.* Eusebius respondit: *antehac eram Eutychi amicitia conjunctissimus, hac super quæstione non semel modo, aut bis disseruimus, sed sæpius; monui, meliora docui, ipse autem propositiones, veræ Fidei contrarias, eloqui non cessavit. Quæ dico, per plures testes, præsentes, & qui loquentem audierunt, probare possum. Ergo adjuro vos, ut hominem vocetis, nam multos pervertit.* Flavianus: *etiam hac vice laboris te non pigeat! vade ad ejus Monasterium, & colloquere, ne novæ in Eccles[ia] turbe*

turbæ excitentur. Euſebius: *poſtquam jam toties acceſſi & non perſuaſi, iterum accedere, & ejus Blasphemias audire non poſſum.* Cum igitur Concilium videret, ipſum in Accuſatione perſeverare, juſſit, ut acciperetur Libellus, ad Acta referretur, & Eutyches citaretur per Joannem Presbyterum, & Defenſorem, cum Socio, Andrea Diacono, qui ipſi Libellum prælegerent, & monerent, ut, ſe defenſurus, in Concilium veniret. Sæculum V. A. C. 448.

Cum dies ſex præteriiſſent, duodecima Nov. Euſebio Doryleenſi poſtulante, præcipuæ duæ S. Cyrilli de Incarnatione Epiſtolæ lectæ ſunt. Prima data erat ad Neſtorium, & in Concilio Epheſino approbata; altera ad Joannem Antiochenum, ineundæ pacis cauſa, directa. *p.* 155.

His recitatis, Euſebius declaravit, hanc ſuam quoque eſſe Fidem, & his Argumentis ſe Adverſarios mendacii velle convincere; rogabatque Patres, ut declararent, ſe eidem Fidei ſubſcribere. Flavianus dixit, ſe firmiſſima Fide tenere, JEſum Chriſtum eſſe Deum perfectum, ex Anima Rationali, & Corpore compoſitum, Conſubſtantialem Patri ſuo ſecundum Divinitatem, & Matri ſuæ ſecundum Humanitatem; atque ex duabus Naturis, in una Hypoſtaſi, & Perſona unitis, poſt Incarnationem unum ſolum JEſum Chriſtum reſultare. Tum Epiſcopos ſingulos, *p.* 175.

ut

Sæculum V. A.C. 448. ut ſuam quisque ſententiam aperiret, invitavit; & ſinguli, quid crederent, a eundem ſenſum, quamvis aliis verbis, explicarunt; nempe Baſilius Seleuciensis ex Iſauria, Seleucus Amaſienſis ex Pon-
p. 182. to, Saturninus Marcianopolitanus ex Mœ-
185. ſia; Hi tres erant Metropolitæ. Julia-
187. nus, Epiſcopus in Inſula Co, a S. Leone Papa ad tractanda Conſtantinopoli Eccleſiæ Romanæ Negotia Delegatus, & cæteri, numero ſeptendecim. Tum Euſe-
190. bius Doryleenſis dixit: *Aliqui ex Epiſcopis, qui in hac urbe morantur, non adſunt, vel quod morbo impediantur, vel quod ad Concilium vocati non ſint; hinc peto, ut vocentur.* Ut id fiat, Archi-
191. piſcopus Flavianus juſſit.

§. XXV.

Seſſio tertia. Eutyches citatur.

Seſſio tertia in eodem loco, die Lunæ decima quinta Novembris celebrata. Euſebius Doryleenſis petiit, ut illi, qui ad Eutychem miſſi fuerant, quid actum ſit, referrent. Flavianus Notariis præcepit, ut dicerent, quinam miſſi fuiſſent; Notarii dixerunt, miſſos fuiſſe Joannem Presbyterum, & Defenſorem, & Andream Diaconum, eosque eſſe præſentes. Tunc in medium prodire juſſi ſunt, & Joannes Presbyter dixit: *Ubi ad Monaſterium Eutychis Abbatis pervenimus, Libellum ei*

præ-

prælegimus, & descriptum Exemplar dedimus, quis Accusator esset, ediximus, ipsumque citari, ut coram vobis se sistat, denuntiavimus. Sed venire recusat, dicens, sibi ipsi ab initio Professionis Monasticæ legem posuisse, ne unquam egrederetur, sed in suo Monasterio, tanquam in aliquo Sepulchri genere, permaneret. Id vero, ut vobis aperiremus, rogavit; Episcopum Eusebium a multo tempore suum esse inimicum, seque ideo solum accusasse, ut injuriam inferret. Se quidem Expositionibus Fidei Patrum Conciliorum Nicæni, & Ephesini subscribere paratum, si vero in aliquo loquendi modo balucinati fuissent, id se nec reprehendere velle, nec recipere, sed soli Scripturæ operam dare, quod securius, quam expositiones Patrum, veritatem edoceat. (*) *Se post Incarnationem unicam Dei Incarnati Naturam adorare.* Tum Commentarium e sinu protractum, & similia continentem, legebat. Adjunxit: *calumniati sunt me, dicentes, a me affirmari, Verbum Carnem suam de Cælo attulisse; innocens sum. At vero Dominum Nostrum JEsum Christum ex duabus Naturis, secundum Hypostasin unitis esse compositum, ex Patrum Explicationibus non didici, nec Doctrinam istam recipio, etsi quis mihi talia prælegeret, quia*

(*) Infallibilis Hæreticorum Nota!

Sæculum V. A. C. 448.

quia Sacræ Scripturæ Patrum Doctri
meliores sunt. Attamen confiteor, illu
qui natus est ex Maria Virgine, esse per
fectum Deum, & perfectum Hominem,
non autem Carnem habere, nostræ Cons
stantialem. Andreas Diaconus edixi
se quoque Eutychem, hæc omnia dice
tem, audivisse. Et quia Joannes Presby
ter dicebat, etiam Basilii Seleucien
Diaconum colloquentibus adstitisse, Fla
vianus hunc quoque interrogavit, q
p. 195. eadem se audivisse testatus est.

Eusebius Doryleensis petiit, ut Euty
ches iterum citaretur. Flavianus dixit:
Deus det, ut veniat, & errorem sum
agnoscat. Itaque Presbyteri Mamas, &
Theophilus eant, secundo vocent, & no
stram Epistolam, qua citatur, tradant.
Prius lecta est, & annotatum, esse secun
p. 198. dam Citationem. Dum reditus duorum
Presbyterorum, ad Eutychem missorum
expectatur, Concilii jussu exposition
Patrum in Fidem legebantur; tunc Eu
sebius Doryleensis assurgens, dixit: *ad*
meam pervenit notitiam, quod Eutyche
unum Tomum ad Monasteria miserit, qu
Monachos ad Seditionem excitet; peto, u
Presbyter ex HEBDOMON, *qui præsens est*
dicat, quid rei sit. Flavianus Presbyte
rum

(*) In una Natura perfectus Deus, & perfectus Homo. Qualis Theologia!

rum prodire jussit, & interrogavit: *quomodo vocaris?* Ipse respondit: *Abraham.* Flavianus: *quem gradum tenes?* Abraham: *Presbyter sum in* HEBDOMON, *& Tuæ Sanctitati subjectus.* Flavianus: *an id tibi notum, quod modo Eusebius Episcopus edixit?* Abraham: *notum mihi est; Manuel Presbyter, & Abbas, misit me ad Presbyterum Asterium, ut Sanctitati tuæ indicaretur, missum sibi ab Eutyche Tomum, Materiam de Fide tractantem, ipsumque a se petiisse, ut subscriberet.* Eusebius Doryleensis petiit, ut ad alia etiam Monasteria mitterentur, qui exquirerent, an Eutyches suum Tomum ipsis communicasset. Annuit Flavianus, & dixit: *Presbyter Petrus, & Diaconus Patricius, ad Monasteria Civitatis se conferent; Presbyter Retorius, & Diaconus Eutropius, ad Monasteria, quæ sunt in Sicai; Presbyteri Paulus, & Joannes, ad Monasteria Calcedonensia ibunt.* Sicai CivitatisConstantinopolitanæ suburbium erat, ita dictum, quod multæ ficus ibi viserentur. Hodie suburbium istud Pera appellatur.

Dum hæc Flavianus loquitur, Aetius Diaconus, & Notarius, dixit, Presbyteros Mamam, & Theophilum rediisse. Jubet Flavianus, ut, quid egissent, referrent; tum Mamas dixit: *cum Limen Monasterii Eutychis attigissemus, sub porta*

Sæculum V. A.C. 448.

p. 199.

Cand. C. P. c. 22. p. 67.

Acta Concilii Constantinopolitani.

Sæculum V. A C. 448.

vidimus Monachos, &, cum ipsis intra-tes, diximus: monete Archimandritam! habemus mandata ab Archiepiscopo, & to-to Concilio, quæ indicare necesse est; di-xerunt: Archimandrita ægrotat, vosque ad conspectum admittere non potest; quid velitis, nobis edicite! diximus: ea, quæ afferremus, nemini nisi Archimandritæ nuntiari oportere, & habere Citatio-nem scriptam; ingressi sunt, & cum Mo-nacho, cui Nomen Eleusinius, redeunte, dixerunt: Hunc Archimandrita mittit, vestra mandata suo Nomine excepturum. Diximus: si ipse audire, & recipere nos non vult, tantum edicite, tunc vidimus turbatos, in aures sibi invicem aliqua in-susurrantes, & murmurantes, quod Cita-tio scripta afferretur. Diximus: quid turbamini? dicimus vobis hujus Citatio-nis Summam; Concilium secundo ipsum vocat, ut veniat, & ad accusationem Epi-copi Eusebii respondeat. Tunc ingressi sunt, & nos quoque admiserunt; Citatio-nem Eutychi tradidimus; hanc coram no-bis prælegi jussit, dixitque: Legem mihi-metipsi imposui, ut vivus Monasterio non

p. 202. *egrederer, donec cogente fato efferrer. Vident Concilii Patres, quod Senex sim, & fractis viribus; facere possunt, quod lube-bit; tantum rogo, ne quis ad indicandam tertiam Citationem veniat; factum puto. Urgebat, ut Chartam deferendam accipe-remus;*

Sæculum V. A.C. 448.

remus; sed recusavimus, dicentes: si habes quæ ad Concilium dicas, ipse veni, & loquere. Lectionem etiam hujus Scripturæ audire noluimus. Ipse subscripsit, &, nobis abeuntibus, dixit, se eam ad Concilium mittere. Theophilus Presbyter, quæ Mamas retulerat, suo Testimonio confirmavit. Concilium mandavit, ut Eutyches a Memnone Presbytero, & Thesauri Custode, Epiphane, & Germano, Diaconis, Citationem scriptam ferentibus ad diem post istam quartam, nempe decimam septimam Nov. tertia vice comparere juberetur.

§. XXVI.

Sessiones quarta, & quinta.

Die Sessionem tertiam sequente, scilicet 16ta Nov. celebrata est quarta. Asclepiades Diaconus, & Notarius, dixit: *aliquot Monachi Eutychis, & Archimandrita Abraham, admitti petunt.* Flavianus dixit? *ingrediantur!* tum interroganti, ad quid veniissent, Abraham respondit, missos se ab Eutyche, quia ipse ægrotaret, subjungens: *revera tota nocte ingemiscens somnum non cepit; ego quoque eandem insomnem duxi, heri enim sub vesperum vocari me jusserat, & commisit mihi aliqua, quæ ad vos referrem.* Flavianus; *ægrotantem non urgemus, Dei est, tribuere Sanitatem, nostrum vero expectare,*

Sæculum V. A.C. 448.

ctare, donec melius habeat. Absit a nobis crudelitas! Deus nos constituit, ut omnia Humanitatis officia omnibus exhibeamus. Abraham: *aliud mihi mandatum dedit, quod aperiam, si interrogetis.*

Flavianus: *quomodo fieri possit, obsecro! ut dum unus accusatur, alius pro ipso respondeat? ægroto nolumus esse molesti; at si huc venerit, Patres, & Fratres non veniet; non est nobis ignotus, necdum vesteris amicitiæ affectum deposuimus. Qui olim prodiit, ut veritatem contra Nestorium tueretur, hodie multo magis veniat, ut se ipsum defendat. Homines sumus, & multi, etiam Maximi viri, errarunt. Pœnitentiæ neminem pudeat, sed in peccato perseverare, turpe est. Veniat ad nos, & errorem suum confiteatur; prætera condonamus. Spondeat, se imposterum expositionibus Patrum non adversaturum, & ulterius novum Dogma non disseminaturum. Id ut fiat, necessarium est. Antequam tibi notus esset, virum novi.* Et postquam surrexissent subjunxit Flavianus: *nosti, quantus sit Actoris Zelus! omnia lenta nimis videntur, dum res fidei agitur. Deus scit, quantum rogaverim, ut animo moderaretur, non persuasi, quid facere possum? forte vestram ruinam cupio? hoc Deus nolit!*

Sequenti die, vigesima septima Nov. ad Sessionem quintam conventum. Mem-

non Presbyter ad tertiam Eutychis citationem delegatus, quid egisset, retulit in hunc modum: *Eutyches dixit: misi Abraham Archimandritam, ut meo nomine in ea omnia consentiat, quæ Patres Concilii Nicæni, & Ephesini, & Beatus Cyrillus docuerunt.* Tum Eusebius Doryleensis, timens, ne ipse Calumniator haberetur, si Concilium huic Confessioni acquiesceret, loquentem Memnonem Presbyterum interturbavit, dicens: *jam Eutyches in omnia consentit; accusavi ipsum de his, quæ tempore præterito dixit, non vero quæ aliquando dicturus esset. Si modo ipsi orthodoxa expositio prælegatur, cui coactus subscribat, num ideo causa cecidi?* Flavianus dixit: *non licet tibi ab Accusatione desistere, nec ipsi de præteritis tacere.* Eusebius: *rogo te, ne hæc verba mihi noceant; testes habeo exceptione majores. Si enim furi, in carcere detento, dicas, noli imposterum furari, absque omni dubio promittet.* Memnon deinde ulterius retulit, Eutychem dilationem petiisse usque ad finem illius Septimanæ, & promisisse, se in Concilium proxima die Lunæ venturum.

Sæculum V. A. C. 448. p. 207.

Concilium Constantinopolitanum.

Illi postea ingredi jussi, qui ad Monasteria, in Tomum Eutychis inquisituri, missi fuerant. Presbyter Petrus dixit: *adivimus Monasterium Martini Presbyteri, & Archimandritæ, &, nobis interro-*

Sæculum V. A.C. 448.

gantibus, dixit: ultima die Veneris, hujus Menſis Novembris duodecima, Eutyches ſuum Tomum per Diaconum, cui Nomen Conſtantinus, ad me miſit, rogans ut ſubſcriberem. Recuſavi, dicens; non mei eſſe muneris ſubſcribere, ſed Epiſcoporum; inſtabat, dicens: niſi modo conſpiraveris mecum, me primum proſternet Epiſcopus, tuncque etiam te obruet. (*) *Inde ad Presbyterum, & Archimandritam Fauſtum digreſſi ſumus.* Flavianus, loquentis ſermonem interrumpens, quæſivit: *quid autem Martinus ſentiebat de materia Tomi, cui ſubſcribere noluit?* dixit Petrus: *ajebat, eſſe Doctrinam Concilii Epheſini, & S. Cyrilli; adeſſe etiam Subſcriptionem, ſed eam occultari. Abbas Fauſtus ſimiliter dixit, miſſum ſibi per Conſtantinum, & Eleuſinium fuiſſe Tomum, cui ſubſcriberet; quæſivit, quid contineat, reſponſum, eſſe expoſitionem Doctri-*

p. 212. *næ Nicænæ, & Epheſinæ; dixit: hanc & nos habemus; permittite, ut examinem, ne forte quidquam additum fuerit. Ipſi, audita de examine mentione, abierunt. Fauſtus ſubjunxit: Filii Eccleſiæ ſumus, & poſt Deum non habemus Patrem, niſi Archiepiſcopum.*

Jobus ad nos dixit: nullum Eutyches ad nos Tomum miſit, ſed dictum eſt nobis; bis diebus

(*) Hæc Conſtantinus in Perſona Eutychis loquitur.

diebus Archiepiscopus Tomum ad vos mittet, ut subscribatis; nolite facere! Accessimus ad Manuelem, qui nobis respondit, nihil ad se missum. Idem responsum ab Abrahamo retulimus. His auditis, Eusebius Doryleensis petiit, ut Eutychis causa juxta Canones judicaretur, existimans, sufficientia contra ipsum allata fuisse argumenta. Id Flavianus non negabat; at nihilominus, ut de justitia securissimi essent, Eutychi moram usque ad sequentem diem Lunæ 22dam Nov. quam petierat, concessit.

§. XXVII.

Sessio Sexta.

Sessio sexta die Sabbati, Mensis Nov. vigesima, habita. Eusebius Doryleensis petiit, ut ad diem Lunæ sequentem vocarentur certæ Personæ, quæ sibi, ut plene contra reum probaret, erant necessariæ, nempe Narses, Presbyter, & Eutychis Syncellus, Maximus, Archimandrita, & amicus ejus, Constantinus Diaconus, ejus Apocrysiarius, & Eleusinius, alter ex ejus Monasterio Diaconus. Jussit Flavianus, ut vocarentur. Tum Eusebius dixit: *indicatum mihi est, quod Presbyteri, Mamas, & Theophilus, qui ad Eutychem secundo vocandum missi sunt, aliqua dicentem audiverint, quæ non retulerunt, etiamsi ad penitus cognoscendam ipsius de*

Sæculum V. A C. 448.

Fide ſententiam ſint maxime idonea. Ito, ut hæc coram SS. Evangeliis edicant. Mamas tunc abſens, ſed Theophilus præſens erat, atque interrogatus reſpondit: *Eutyches ad me, & Mamam Presbyterum, Narſe Presbytero, Abbate Maximo, & quibusdam aliis Monachis præſentibus, dixit: obſecro! in quo Sacræ Scripturæ loco legitis, duas in Chriſto Naturas? & deinde: Quis SS. Patrum dixit, Verbum duas habere Naturas? reſpondimus: Tu autem nobis oſtende, in quo loco Scriptura dicatur, Filium eſſe conſubſtantialem? Eutyches repoſuit: id non in Scriptura, ſed in Expoſitione Patrum invenitur, replicavit Mamas: idem & nos ad quæſtionem tuam de duabus Naturis reſpondemus. Addidi;* inquiebat Theophilus: *eſtne Verbum perfectus Deus, an non eſt? Eutyches: eſt perfectus Deus. Inſtiti: poſtquam Verbum incarnatum eſt, eſtne Homo etiam perfectus, vel non eſt? dixit: eſt Homo perfectus. Ego intuli: ergo, ſi hæc duo perfecta, Deus perfectus, & Homo perfectus, unum Filium conſtituunt, quid prohibet dicere, Filium duas habere Naturas? Eutyches: parcat mihi Deus! ut JEſu Chriſti duas Naturas eſſe dicam, aut omnino de Natura Dei mei argutari audeam. Faciant de me, quod voluerint; ego in Fide, quam accepi, moriar!* Flavianus ad Theophilum: *quare hæc, pri-*

ma

ma vice ad nos reversus, non indicasti? Theophilus respondit: *nihil aliud nobis mandatum fuerat, quam citare Eutychem, hinc inutile fore credidimus, de re alia, quam quod nobis imperatum fuerat, referre.* Sæculum V. A. C. 448.

Postquam Mamas advenit, ea, quæ Theophilus modo edixerat, ipsi prælecta sunt, quibus auditis, ait: *cum, a Concilio missi, ad Eutychem veniissemus, mens nobis neutiquam erat, de talibus mentionem inferre; ipse vero sua dogmata promere, & disputare cœpit; nos humanissime virum corripiebamus; sed dicebat, Verbum Incarnatum venisse, ut Naturam Humanam, lapsam, repararet. Illico resumpsi: quam Naturam? repetiit: Naturam humanam. Dixi: at vero per quam Naturam, Natura humana reparata est? respondit: non didici ex Scriptura in Filio duas Naturas dari. Reposui: etiam ex SS. Scripturis non didicimus Filium Consubstantialem, sed ex SS. Patribus, qui Scripturas optime intellexerunt, & fideliter explicarunt. Dixit Eutyches: de Natura Divinitatis non disputo, & duas Naturas non admitto, avertat Deus! Hic sum! si me deponant, Monasterium meum Sepulchrum mihi erit.*

§. XXVIII.

Sessio septima. Eutyches comparet.

Constituto tempore, nempe die Lunæ,

Sæculum V. A.C. 448. 22da Nov. Septimam, quæ ultima fuit, Seſſionem celebrarunt. Congregatis Patribus, Aſterius Presbyter, & Notarius, dixit, Epiſcopum Euſebium ante foras ſtare. Flavianus dixit: *ingrediatur!* & ſubjunxit: *Diaconi Philadelphius, & Berillus, circum Eccleſiam perquirant, an Abbas Eutyches, ſicut promiſerat, adve-nerit.* Statim regredientes dixerunt, ſe in tota Eccleſia quæſiviſſe, & nec ipſum, nec quemquam ab ipſo miſſum, inveniſſe. Flavianus ſecundo miſit Diaconos Crispinum, & Jobianum, qui eum quærerent. Ubi redierunt, dicebant, ſe quidem ipſum non inveniſſe, ſed comperiſſe illico adfuturum, valido Præſidio ſtipatum. Expectante Concilio, Joannes Presbyter, & Defenſor intravit, dicens: *Eutyches advenit, quem magna militum, & Monachorum cohors, atque Præfecti Prætorio Duces comitantur; nolunt permittere, ut ad Concilium ingrediatur, niſi polliceamur, nos ipſum reddituros. Magnus quoque, Silentiarius, ante fores eſt, & tanquam Imperatoris Legatus admitti petit.* Flavianus dixit: *ingrediantur.* Ubi igitur admiſſi ſunt, Silentiarius prompſit, legitque Mandatum Imperatoris, quo volebat, ut Patricius Florentius ad conſervandam Fidem Concilio intereſſet. Audito hoc Mandato, Concilium bis terve exclamavit, Gratias agens, & vota pro longa

p. 219.

longa Imperatoris vita concipiens. Ex his colligendum, ejusmodi acclamationes nudam fuisse Cæremoniam; quandoquidem nihil magis certum, quam quod istud Mandatum Patribus molestum acciderit. Concesserunt tamen, consentiente etiam Eutyche, ut Florentius adesset, misitque Flavianus Silentiarium, qui eum introduceret. Sæculum V. A. C. 448.

Florentio præsente, in medium Congregationis adducti sunt Actor, & Reus; & ambo stabant. Tum Aetius, Diaconus, & Notarius Acta, quæ hactenus conscripta erant, legere jubetur. Ubi legendo pervenit ad illum locum, quo S. Cyrillus, ad Orientales scribens, duarum Naturarum distinctionem docet, Eusebius Doryleensis lectionem interrupit, dicens: *Iste hanc Doctrinam negat, & contrariam tradit.* Patricius Florentius dixit: *si Tuæ Sanctitati placet, interrogetur Papa Eutyches, an istud fateatur.* (*) Eusebius dixit: *patere, ut omnia Acta legantur, mihi ad eum convincendum sufficiunt; etiamsi modo revocaret sententiam, id causæ meæ neutiquam noceret. Malas ejus artes pertimesco; ego pauper sum, Relegationem mihi minitatur, ipse opulentia valet, Oasin mihi in Exilii locum destinat.* Eutyches in Judicio.

Si

(*) Hic Abbas Papa appellatur, sed a Viro Sæculari.

Sæculum V. A. C. 448.

Si calumniator habear, Dignitate mea privabor. Flavianus ſecurum eſſe juſſit, quidquid reſponderet Eutyches, ipſi noxæ non futurum.

Deinde dixit ad Eutychem: *audiſti, quid Accuſator tuus dicat; ergo palam profitere, an duarum Naturarum conjunctionem credas.* Eutyches dixit: *ita duarum Naturarum.* Euſebius: *an duas Naturas confiteris, Domine Archimandrita! poſt Incarnationem, & quod JEſus Chriſtus nobis ſecundum Carnem conſubſtantialis ſit, vel non?* Eutyches, ad Flavianum converſus, reſpondit: *non veni, ut diſputem, ſed ut, quid ſentiam, Tuæ Sanctitati aperiam; id in hac charta ſcriptum eſt, fac, ut legatur.* Flavianus: *Tu ipſe lege!* Eutyches: *non poſſum. Quare non,* inquit Flavianus, *eſtne hæc expoſitio tua, vel alterius? ſi tua eſt, ipſus lege! Mea eſt,* dixit Eutyches, *& Expoſitioni SS. Patrum conſentanea.* Flavianus: *quorum Patrum? ipſe tuam mentem explica! cur tibi opus ſit charta?* Eutyches: *Hæc eſt Fides mea. Adoro Patrem cum Filio, & Filium cum Patre, & Spiritum Sanctum cum Patre, & Filio. Confiteor ejus Adventum in Carne, aſſumpta ex Carne Sanctæ Virginis, & propter noſtram Salutem hominem perfectum factum fuiſſe. Hæc confiteor in Præſentia Patris, & Filii, & Spiritus S. & Tuæ Sanctitatis.*

p. 223.

Flavia-

Sæculum V. A.C. 448.

p. 226.

Flavianus: *an confiteris, eundem JEsum Christum, unicum Dei Filium, esse Consubstantiali Patri secundum Divinitatem, & Consubstantialem Matri secundum Humanitatem?* Eutyches: *dixi jam, quæ sentio, quid ultra interrogas?* Flavianus: *an hodie confiteris, quod in JEsu Christo sint duæ Naturæ?* Eutyches: *quia JEsum Christum scio esse Deum meum, & Cæli, terræquæ Dominum, in hoc usque tempus nunquam ausus sum, ejus Naturam* Eutyches. *scrutari; quod autem nobis sit Consubstantialis, in hunc diem non dixi; fateor.* Flavianus: *an non profiteris, eundem esse Consubstantialem Patri secundum Divinitatem, & nobis secundum Humanitatem?* Eutyches: *huc usque nunquam dixi, quod Corpus Domini, Dei Nostri, nostro Consubstantiale sit, sed dico, Sanctam Virginem ejusdem nobiscum esse Substantiæ, & Deum Nostrum de Ea Carnem sumpsisse.*

Basilius, Episcopus Seleucienſis, dixit: *Si Mater Christi nobis consubstantialis est, etiam Christus est, nam Filius Hominis appellatus est.* Eutyches: *quia hæc modo affirmatis, in omnia consentio.* Patricius Florentius dixit: *cum Mater nobis Consubstantialis sit, certe etiam Filius.* Eutyches: *huc usque hoc non dixi, nam quia affirmo, Corpus ejus esse Corpus Dei (attende, quid dicam) non ideo etiam affirmo, Corpus Dei esse Corpus Hominis,*

sed

Sæculum V. A. C. 448.

sed Corpus humanum, & Dominum, ex Virgine esse incarnatum. Si id quoque addendum, JEsum Christum nobis esse Consubstantialem, etiam hoc concedo; antehac quidem id non admittebam. Flavianus: *ergo ex Necessitate, non autem ex Mente propria, fidem confiteris?* Eutyches: *hæc dico ex mente, qua modo sum. Usque in hanc horam non ausus sum hæc dicere, nam sciens, quod Dominus, sit Deus noster, non existimabam, mihi licere, curiosius in Ejus Naturam inquirere; quia autem Sanctitas Tua hanc mihi licentiam facit, &, quid sentiendum, edocet, hæc etiam affirmo.* Flavianus: *Nihil innovamus, sed tantum Fidem Patrum Nostrorum sequimur.* Patricius Florentius dixit: *An fateris, vel non fateris, Domino Nostro post Incarnationem duas Naturas inesse?* Eutyches: *Confiteor, quod duarum Naturarum fuerit ante conjunctionem, sed post conjunctionem unam tantum Naturam confiteor.*

Eutyches judicatur.

227. C. Concilium dixit: *Porro necessarium est, ut, quid credas, clare confitearis, & anathematizes omnia illa, quæ Doctrinæ, tibi modo prælectæ, adversa sunt.* Eutyches: *Dixi vobis: quod antea hæc non affirmaverim, nunc, quia sic docetis, affirmo, & Patres meos sequor. Sed hæc in S. Scriptura clare dicta non inveni, & omnes Patres hæc non docuerunt; si hoc*

Ana-

Anathema pronuntio, væ mihi! nam Patres meos anathematizo. Totum Concilium exiliit, & exclamans, dixit: *Anathema sit!* Flavianus: *Sanctum Concilium dicat, quam pœnam mereatur hic vir, qui nec vult Fidem, missis ambagibus, confiteri, nec Concilii sententiam humiliter sequi?* Seleucus, Episcopus Amaseenses dixit: *Deponi meretur, sed, si vis, potes, eidem indulgere.* Flavianus: *Si culpam fateretur, & errorem damnaret, venia dignus videretur.* Florentius: *An dicis, duas esse Naturas, & JEsum Christum nobis esse Consubstantialem? eloquere!* Eutyches: *In S. Cyrillo, & S. Athanasio legi, ipsum duplicis esse Naturæ ante conjunctionem, sed post conjunctionem, & Incarnationem non amplius duas Naturas, sed unam affirmant.* Florentius: *An duas Naturas post Conjunctionem confiteris? edic!* Eutyches: *S. Athanasium prælegi jubete! videbitis, ipsum nihil ejusmodi affirmare.* Basilius Seleucienſis dixit: *Nisi duas Naturas admittas post Conjunctionem, utique commixtionem, & confusionem affirmas?* Florentius: *Qui non admittit duas Naturas, & Christum esse utriusque Naturæ, rectam Fidem non tenet.* Tunc omnes Patres surrexere, clamantes: *Nemo aliud, quam credat, coacte confitetur. Longam vitam Imperatoribus! annos plurimos!*

Sæculum V. A. C 448.

p. 230.

Sæculum V. A.C. 448.

mos! Fides Noſtra ſemper vincit. Obſtinatus eſt homo, utquid ultra cum contumace verba prodigis?

§. XXIX.

Eutyches damnatur.

Flavianus ſententiam pronuntiavit in hunc modum: *Eutyches, quondam Presbyter, & Archimandrita, tam ex iis, quæ antea, quam quæ hodie edixit, plene convincitur, quod Errori Valentini, & Apollinaris adhæreat, & obſtinate eorum Blaſphemias repetat; eo etiam magis nocens, quod Documenta noſtra, & Monita, ut ſuam Doctrinam reciperet, contempſerit; Quamobrem flentes, & gementes, miſeram Hominis ruinam, Auctoritate JEſu Chriſti, quem blaſphemavit, ipſum Ordine Sacerdotali, Noſtra Communione, & ſui Monaſterii Regimine, eſſe privatum declaramus. Omnibus illis, qui ipſi loquentur, aut impoſterum converſabuntur, indicamus, ipſos quoque Excommunicationi ſubjacere.* Huic Sententiæ Epiſcopi triginta duo, Abbates viginti, & unus, ex quibus octodecim erant Presbyteri, Diaconus unus, & quatuor Laici, ſubſcripſerunt. Inter Abbates cæteris magis celebres ſunt, Andreas, Fauſtus, qui S. Dalmatii Filius fuiſſe videtur, Martinus, Jobus, Manuel, Abraham, & Marcellus, Acemetenſium Abbas. Inter Epiſco-

piſcopos ſpectabiliores fuere, Flavianus Constantinopolitanus, Saturninus Marcianopolitanus, Baſilius Seleucienſis, Seleucus Amaſeenſis, Ethericus Smirnenſis, Julianus Coanus, a S. Leone Legatus. Concilio finito, Eutyches ſubmiſſa voce ad Patricium Florentium ait: ſe ab his Judicibus ad Concilium Romanum, Ægypti, & Jeroſolymitanum appellare, quod illico Florentius Flaviano, ædium ſuarum gradus aſcendenti, dixit. Vox iſta, clanculo pronuntiata, nihilominus Eutychi poſtea obtento fuit, quod appellaſſet ad Papam, ad quem equidem Epiſtolam dedit.

Sæculum V. A. C. 448.

Ap. Conc. Calced. Act. 1. p. 244.

Leo. Epiſt. 20. al. 8.

§. XXX.

S. Marcellus, Abbas Acemetenſium.

Sanctus Marcellus Acemetenſium Abbas, Apameæ in Syria honeſtiſſimo Genere ortus, in ipſo ætatis flore orbatus eſt Parentibus, pinguis Hæreditatis Dominus. Non ideo tamen, etſi Juvenis, Mundi illecebris capi potuit; Antiochiam profectus, litterarum, & maxime ſtudio Pietatis ſe totum dedit. Exinde divitias ſuas ſparſit in pauperes, & ſe contulit Epheſum, ubi illo tempore multi viri, virtute præſtantes, degebant. Cum litteras venuſtiſſime formaret, Libris deſcribendis occupabatur, quo labore ſibi ipſi panem, & præterea quod egenis e-

Vit. ap. Sur. 29. Dec. c. 2. 3.

Sæculum V. A. C. 448.

rogaret, lucrabatur. Jam tunc temporis totas ferme noctes orando transigebat. Alexandri, Acemetensis Monasterii Fundatoris, fama attractus, hujus

c. 4. 5. Communitatis membrum fieri expetiit; ibi tam magnis ad Perfectionem passibus progressus est, ut ipsum, si S. Alexander vitâ defungeretur, in ejus Successorem eligendum præviderent omnes; hunc ut effugeret honorem, discessit, & alia invisit Monasteria, optimi cujuscunque virtutes imitaturus. Ad suum Monasterium non prius rediit, quam electus fuisset Abbas Joannes, qui saltem aliquam Pastoralis Regiminis partem in eum congessit.

c. 7. Abbati Joanni prœdium in Bithynia, quod Gommon dicebatur, media Leuca Constantinopoli distans, dono datum est; illo Fratres transtulit, & fundavit Domum, quæ posterioribus temporibus magnum Acemetensium Monasterium est appellatum; illud quoque alio nomine *Irenajon*, quod Græce idem significat, ac Pacatum, dicebant, quia ibi majori tranquillitate, & libertate fruebantur, quam Constantinopoli, ubi hujus Instituti Novitas iisdem Adversarios, & perturbationes creaverat. Joannes Abbas, in Presbyterum, & Marcellus in Diaconum

Marcellus.

c. 9. 10. eadem die ordinati. Hunc ex Communitate Saniores magni æstimabant, & re-

vere-

Sæculum V. A. C. 448.

verebantur, aliis eundem, quod vanam gloriam captaret, insimulantibus, quibus ut siniſtram ſuſpicionem eximeret, Joannes Marcello præcepit, ut Asinorum domesticorum curam in se susciperet; ipse vile ministerium præsente tota congregatione non modo prompto animo subiit, verum etiam, dato chirographo, se obstrinxit, quod in illo tota vita sua perseverare vellet; sed ab illis ipsis, quos invidia usserat, perspecta viri humilitate, rogatus, priora, quæ obierat munera, repetiit.

Haud multo post hæc tempore, Joanne Abbate fatis functo, & Marcello ad Monasterii Regimen admoto, tantus affluxit Discipulorum numerus, ut ædes haud modice amplificare necesse fuerit. Deo ita disponente, vir opulentissimus, cui nomen Pharetrius, advenit, se cum filiis, quos habebat adhuc adolescentulos, Marcelli Disciplinæ subjecit, & Bona sua Monasterio contulit. Tunc igitur Marcellus ampliorem Ecclesiam, Valetudinarium, & Hospitium condidit, vetera ædificia ruinam minantia reparavit. Ab avaritiæ vitio erat remotissimus; Cum frater ejus, qui multa Bona possederat, Hæredem scripsisset, totam Hæreditatem aliis virorum, Virginumque Monasteriis, quorum inopiam non ignorabat, distribuit, suo nihil omnino

c. 11.

c. 12.

c. 30.

Sæculum V. A C. 448

retinuit. Plura ab ipso edita narrantu
miracula, inter quæ istud singulare est.
Paulus Monachus, ægrotans, misit, qu
Marcellum rogaret, ut ad se inviseret;
Marcellus tunc forte in suo Monaster
de Articulis Fidei Episcopo Calcedonen-
§. 27. si colloquebatur. Hac finita Collatio-
ne, ad Paulum se contulit, at vero jam De-
functi corpus ad sepulturam præpara-
bant; Marcellum acerbissime afflixit
tristis casus, ergo oratione ad Deum con-
versus, funus tetigit, & ecce! protinus
redeunte anima, surrexit Paulus, & lo-
cutus est. Rogavit adstantes Marcellus,
ut rem insolitam silentio premerent;
ipsi autem tantum miraculum non vul-
gare non potuerunt. Multi viri, inge-
§. 13. nio præstantes, ex Marcelli Monaster
prodiere; & qui Ecclesias, aut Monaste-
ria ædificabant, quosdam ex ejus Disci-
pulis sibi expetebant. Ipse postquam
§. 35. noctem, & bonam diei partem oran
transegisset, horas reliquas Charitati in
Proximum dabat. Primo illos ad col-
loquium admittebat, qui in adversis a
nimo fluctuabant, iisque dabat consilia
quæ ipsi S. Scriptura, & propria experien-
tia suggerebant. Secundo loco illis ac
res indulgebat, qui se damnum passo
querebantur, in quorum gratiam litte
ras commendatitias ad Judices, ad Ma
gistratus, non nunquam ad Imperatore
scri

scribebat. Tandem ægros invisebat, & quodcunque levaminis genus poterat, suppeditabat. Sæpe petentibus arbitrum se præbebat, componebat lites, & inimicos conciliabat. Talis fuit S. Marcellus, qui Concilio Constantinopolitano adfuit, & Eutychis Damnationi signum apposuit. Sæculum V. A. C. 448.

§. XXXI.

Epistola Eutychis ad S. Leonem.

Eutyches, a Synodo damnatus, ad S. Leonem Papam amplissimam dedit Epistolam, in qua de Accusatione Eusebii Doryleensis queritur. *His non obstantibus*, inquit, *morbo, & senectute obrutus in Concilio sistere me volui, quamvis etiam, conjuratum in me fuisse, non ignorarem, Libellum obtuli, in quo Fidei meæ Confessionem scripseram; at Episcopus Flavianus eum non accepit, nec, ut recitaretur, concessit. Ergo mea voce professus sum, me Fidem Concilii Nicæni, ab Ephesino confirmatam, tenere. Cogere volebant, ut duas Naturas confiterer, iisque Anathema dicerem, qui negant; ego vero reveritus sum prohibitionem Concilii, ne quidquam Fidei Nicænæ addatur; sciebam quoque, Sanctos Patres nostros, Julium, Felicem, Athanasium, & Gregorium hanc vocem: duæ Naturæ, rejecisse. Nec de Natura Verbi Divini* *Collect. Lup.* 6. 222.

Sæculum V. A. C. 448.

disputare, nec istos Sanctos Patres anathematizare ausus sum. Hinc rogavi, ut causa ad tuam Sanctitatem referretur, sancte promittens, memet tuo Judicio simpliciter esse subjecturum. (*) *Verum surdas aures pulsavi; nam interrupto Concilio, Depositionis Sententiam contra me promulgarunt; ipsa vita periclitari cœpissem, nisi me armatorum manus eripuissent. Tum aliorum Monasteriorum Superiores coegerunt, ut Depositioni meæ subscriberent, quod nec contra manifestos Hæreticos, nec contra ipsum Nestorium, factum. Tandem eousque me persecuti sunt, ut, cum Fidei meæ Confessionem publice proponerem, quo me coram populo purgarem, ne quis auscultaret, impedierint, atque ad valvas affixam diripuerint. Ergo ad vos recurro, Religionis Defensores! nihil in Fide novum affero, sed Apollinarem, Valentinum, Manetem, Nestorium, eosque, qui, Carnem Domini Nostri de Cælo descendisse, dicunt, atque omnes Hæreses, a tempore Simonis Magi natas, anathematizo. Rogo vos, ut nulla habita ratione eorum, quæ malis quorumdam artibus contra me acta sunt, de Fide, quæ visa fuerint, pronuntietis, nec æquo animo*

(*) Etsi Hæreticus sit Eutyches, nihilominus illius ævi usus ad SS. Pontificem recurrendi, & appellandi, inde cognoscitur.

animo feratis, ut vir, qui annis septuaginta in Continentia, & Pietatis Exercitationibus vixit, e medio Catholicorum expellatur. Huic Epistolæ adjunxi utrumque libellum, tam illum, quem Adversarius meus Concilio tradidit, quam eum, quem afferens traditurus eram, si fuisset, qui recipere voluisset. Adjeci etiam, quæ a Patribus nostris circa duas Naturas definita sunt. Post hanc Epistolam inveniuntur litteræ, quas Julius Papa ad quemdam Episcopum Dionysium dedisse jactatur; in iis errorem Pauli Samosateni impugnans, dicit, in JEsu Christo unam Naturam esse admittendam, eo modo, quo homo una Natura est, etiamsi ex corpore, & anima, quæ diversæ naturæ sunt, componatur. At dubitatur, an hæc Julii Papæ Epistola authentica sit. (*) Eodem tempore Theodosius Im-

c. 224.

(*) Der Anonymus I. in der Anmerkung über die Geschichte des Herrn Fleury an diesem Orte saget, es wisse niemand von diesem Briefe des Pabstes Julius etwas, als Eutyches; allein unser fleißige Uebersetzer, der es sich nicht zur Schuld will legen lassen, daß er die Gelegenheit versäumet hätte, einem Römischen Pabste eine falsche Lehre anzudichten, meynet, er komme ganz gewiß von diesem Pabste her, und hat darum eine Anmerkung gemacht. Aber gut! daß kein andres Zeugniß wider

Sæculum V. A. C. 448.

perator ad S. Leonem ſcripſit; Eccleſiam Conſtantinopolitanam turbis fuiſſe agitatam indicat, Auctorum Nomina diſſimulans, & ſolum hortatur, ut in hanc Eccleſiam pacem reducat. (*) Non eſt dubium quin Eutyches, ut ita ſcriberet Imperator, opera Chryſaphii Evnuchi, Patroni ſui, obtinuerit.

Leo ep. 20.

S. Leo, acceptis his Litteris, ad Flavianum ſcripſit in hunc modum: *Miror, quod tu de his ſcandalis nihil ad me perſcripſeris, atque in ejusmodi cauſis referendis quisquam te diligentior extiterit.* (**) *Si ita omnia ſe habeant, ut nobis Eutyches expoſuit, non videmus, quod jure ab Eccleſiæ Communione ſeparatus fuerit; cum vero cupiamus, ut Epiſcopi nunquam non, omnibus maturo prius conſilio penſatis, judicent, ſine cauſæ cogni-*

tione

---

wider den Pabſt Julius vorhanden iſt, als des Eutyches, und dieſes Ueberſetzers, ſie ſind vom gleichen Werth.

(*) Ecce! Imperator Orientis ad SS. Pontificem convertitur, ut is Pacem in Eccleſiam Conſtantinopolitanam reducat. At nullum reperitur Exemplum, quod Eccleſia Romana unquam a Conſtantinopolitana remedium poſtulaverit.

(**) Ita Superior ad Inferiorem loqui ſolet. Econtrà in Epiſtola Flaviani ad S. Leonem, Numero ſequenti, Notæ loquentis Inferioris ad Superiorem ſuum deprehenduntur.

Sæculum V. A. C. 449.

tione quidquam pronuntiare non possumus. Ideo ad nos mitte Virum huic Legationi idoneum, qui nos de omnibus, quæ acta sunt, certiores reddat, & doceat, quis novus error contra Fidem subortus sit, ut, sicut Imperator vult, commotos dissensionis fluctus componere valeamus. Id difficile non erit, cum Presbyter Eutyches in suo Libello promiserit, si quidquam reprehensione dignum in sua Doctrina inventum fuerit, illud se lubenti animo emendaturum. Hæc Epistola duodecimo Kalendas Martii, Asterio, & Protogene Consulibus, nempe 18. Febr. 449. & Responsoria ad Imperatorem prima Martii data est. *Ep. 28. al. 7.*

§. XXXII.

Epistola Flaviani ad S. Leonem.

Flavianus, acceptis Papæ Litteris, quas ei Comes Pansovius reddidit, data Epistola respondit, in hunc ferme modum: *Eutyches Apollinaris, & Valentini Hæreses reducit, affirmans, ante Jesu Christi Incarnationem duas esse Naturas, Divinam, & Humanam, at post conjunctionem unam tantum supereſſe Naturam, atque Corpus ejus, ex Maria assumptum, non esse nostræ Substantiæ, nec Matri consubstantiale, quamvis illud corpus humanum nuncupet. Igitur ab Episcopo Eusebio accusatum, cum in Concilio* *Post. ep. 21. S. Leon. Conc. Calced. 1. p. c. 4.*

Sæculum V. A. C. 449.

suis responsis, & ore proprio Hæresin prodidisset, damnavimus, quod ex Actis quæ unacum his litteris mittimus, cognosces. Æquum est, ut hæc ad tuam notitiam deferantur, quippe Eutyches, quem Pœnitentiam agere oporteret, ut Deum placaret, & dolorem, quo lugemus cum ruinam, leniret, Ecclesiam nostram tumultu implere adnititur, schedas convitiis plenas publice affigit, & insolentia intolerabili Libellos supplices Imperatori tradit. Ex tuis quoque perspicimus, eundem litteras ad te dedisse, mendaciis repletas; dixit enim, se in Judicio, tradito Libello, ad tuam Sanctitatem appellasse, quod falsum est; sed fallere te velle non erubuit. Hæc omnia te excitent, Sanctissime Pater! ut consueto Tibi vigore istud negotium aggrediaris; communem causam, tanquam tuam, defende! Sententia damnationis, canonice pronuntiatæ, tuus consensus accedat Auctoritas! denique Fidem Imperatoris confirma. Nihil jam hujus causæ, nisi tuum auxilium, id est, Approbatio deest; sic Pax stabilietur, & sparsus rumor de convocando Concilio, quo omnium Ecclesiarum quies turbaretur, evanescet. Nempe tunc in Oriente percrebuerat rumor de convocando Concilio œcumenico, quod etiam Ephesi deinde celebratum.

§. XXXIII.

Sæculum V.
A.C. 449.

§. XXXIII.

Condemnationis Eutychianæ Retractatio.

Eutyches, Libellis Imperatori traditis, quorum mentionem facit Flavianus, rogabat, ut Acta Concilii Constantinopolitani, quæ non fuisse fideliter conscripta dicebat, retractarentur; idque Imperator concessit. Hunc in finem, & Imperatoris mandato, Constantinopoli, in Baptisterio Ecclesiæ, sexto Idus Aprilis, Protogene Consule, id est, octava Aprilis, anno 449. Conventum egerunt. Triginta ferme Episcopi aderant, ex quibus decem, duodecimve in priori Concilio assederant. Omnibus Thalassius Cæsarienſis præfuit. At vero Patricius Florentius omnia agenda disponebat, & Macedonius Tribunus, atque Notarius, Acta conscribebat. Paucis ante hunc Conventum diebus, Epistolæ S. Leonis Papæ Constantinopolim advenerant. Ipse Eutyches non comparuit, sed Constantinum, Eleusinium, & Constantium Monachos, misit. Eusebius Doryleensis nolebat ut admitterentur, dicens: *Si Eutyches missis Vicariis se defendit, mihi quoque discedendum est;* Meliphtongius, Episcopus Juliopolitanus, Eusebio assentiebatur; addebat præterea, cum statutum esset, celebrare Concilium œcumenicum, cau-

Liber. brev. c. 11. *Conc. Calce. p.* 241. *ibid. p.* 236.

p. 229. *bis B.*

sas

Sæculum V. A. C. 449.

sas omnes eidem esse reservandas. Sed vicerunt, qui Imperatoris mandato obtemperandum putarunt, sicque Eutychis Legati admissi.

Ab Episcopis rursus petebatur, ut de Actorum istorum veritate juramento affirmarent; at Basilius Seleuciensis dixit:

p. 440. *Usque in hanc diem ignoramus morem, quo Episcopis juramentum deferatur.* Cessit monenti Patricius. Flavianus Notarios suos, qui Acta Concilii scripserant, in hunc Conventum adduxerat; jussit Patricius, ut ea afferrent; Aetius Notariorum unus pluribus disputabat, id a se contra æquitatem exigi, & Acta suspecta esse non posse, quin suspicio in Notarios redundaret. Tandem, jubente Concilio, Actorum tabulas authographas prompsit, & Constantius, nomine Eutychis, descriptum exemplum attulit. Legere ergo cœperunt, & ad primam, secundamque Sessionem nemo quidquam objecit; disceptatum deinde de Eutychis responsis, quæ ad eum citandum missi retulerant, & quæ ipse postea in Concilio præsens dederat. Id quoque in excusationem trahebatur; non totum Concilium ipsi Anathema dixisse. Ad hæc Aetius: *In Conciliis sæpe fit, ut unus Episcopus aliquid dicat, quod tanquam a toto Concilio dictum accipitur, & notatur. Hic omnium temporum usus fuit.*

N. 245.
p. 148.
p. 169.
p. 233.
p. 240.

Qui

Sæculum V. A. C. 449.

Qui in fine subscribit, omnia acta probare censetur. Idem Aetius alia occasione dicebat: *Episcopi sæpe in Conciliis multa loquuntur, consilia in Bonum commune conferentes, quæ scribi non permittunt.*

p. 244.

Post hæc Constantinus, alter ex Eutychis Procuratoribus dixit: *Quando Depositionis Sententia recitabatur, Eutyches ad Concilia Sanctissimorum Episcoporum, Romani, Alexandrini, Jerosolymitani, & Thessalonicensis, appellavit, quod Actis insertum non legitur.* Patricius dixit: *Cum, finito Concilio, strepitus aurium usum prohiberet, dixit leni voce ad me, quod ad Concilium Romanum, Alexandrinum, & Jerosolymitanum appellet; credidi, æquitati consentaneum non esse, ut id Flavianus ignoraret; accessi, & quid Eutyches dixisset, retuli.* Basilius Seleuciensis dixit: *Sane! veritatem eloquor; antequam Patres discessissent, cum instarent, ut duas Naturas sine commixtione, & confusione confiteretur, respondit: Si hoc me Patres, nempe Romanus, & Alexandrinus dicere jubeant, dicam. Non appellando hæc loquebatur, sed dicebat; non audeo hoc affirmare, quod Patres sciam esse contrarios.* Flavianus dixit: *Hoc ex ore ipsius non audivi, sed cum, soluto Concilio, ad meum Conclave ascenderem, illud Magnificentissimus*

Sæculum V. A. C. 449.

tissimus Patricius mihi retulit. Patricius ait: *Edicant Episcopi, an sciant Eutychem appellasse!* Declararunt, nihil de ista appellatione ad suam Notitiam deveniisse.

p. 256. Eutyches præterea libellum supplicem Imperatori tradidit, rogans, ut audiretur Magnus, Silentiarius, qui de præcedenti Concilio quædam occulta esset manifestaturus, quod etiam impetravit. Magnus quinto Kalendas Maji, nempe

p. 245. 27. Aprilis, eodem anno 449. coram Ariobindo, Officiorum Magistro, comparuit, & edixit, quemquam sibi, antequam Concilium inciperet, scriptam in Eutychem Damnationis sententiam ostendisse. Tunc etiam Macedonius Tribunus, & Notarius edixit, Asterium Presbyterum, & Notarium apud se indicium fecisse, quod alii Notarii Acta corrupissent. Hæc etiam urgente Constantino, Eutychis Procuratore, acta sunt.

Liber brev. c. 11. *Conc. Calc. p.* 1. *c.* 5. Tunc vero Flavianus mandato Imperatoris Confessionem Fidei suæ tradere jussus est. In ea profitetur, quod Conciliis, Nicæno, Constantinopolitano, & Ephesino adhæreat, & in JEsu Christo duas Naturas post Incarnationem in una Hypostasi, & Persona agnoscat; quod nequidem dicere recuset, unam Verbi Divini Naturam, dummodo adjiciatur, quod incarnata sit, & humanizata. Tum omnibus

omnibus illis, qui JEſum Chriſtum in duos dividunt, & ante omnes Neſtorio anathema dicit. Sæculum V. A. C. 449.

§. XXXIV.

Convocatio Concilii Epheſini.

Interim Chryſaphius Evnuchus, maximum Eutychis Præſidium, ad Dioſcorum, Epiſcopum Alexandrinum, litteras dedit, quibus promittebat, ſe, quoad viveret, ipſius partibus fore addictiſſimum, ſi Eutychis defenſionem in ſe ſuſcipere, & Flaviano, atque Euſebio adverſari vellet. Imperatricem quoque Eudociam excitavit, ut iisdem partibus ſe jungeret, quo Pulcheriam ad Indignationem provocaret. Eutyches pro ſe etiam per litteras Dioſcorum rogavit, ut de hac cauſa cognoſceret, & ea, quæ contra ſe acta fuerant, ad examen revocaret. Dioſcorus ad Imperatorem ſcripſit, Concilium œcumenicum convocari oportere, quod etiam, & facile, Eudocia, & Chryſaphio operam jungentibus, obtinuit. Epiſtolam, qua Concilium convocatur, habemus, ad Dioſcorum directam, Conſtantinopoli tertio Kalendas Aprilis, poſt Conſulatum Poſthumiani, & Zenonis, id eſt, 30. Martii anno 449. datam. In ea Imperator dicit; cum circa Fidem aliqua dubia exorta eſſent, quibus multorum Conſcientiæ perturbarentur, ſe Epiſco-

Niceph. lib. XIV. c. 47.

Lib. brev. c. 12.

Conc. Calced. Act. 1. p. 99.

Sæculum V. A. C. 449. Episcopis præcepisse, ut congregarentur. *Et tu quoque*, ait, oratione ad Dioscorum directa, *tecum assumes decem Metropolitas, tibi subjectos, & alios Episcopos decem, & ad primam diem appropinquantis mensis Augusti Ephesum vos conferetis. Plures Episcopi non adveniant, ne Synodus multitudine laboret; si quis ex vocatis abfuerit, coram Domino Deo rationem reddet. Theodoreto autem, Episcopo Cyrensi, cui jam ante præcepimus, ut suæ Ecclesiæ solius curam gerat, prohibemus, ne ad hoc Concilium veniat, donec Patribus jam congregatis visum fuerit, ipsum advocandum.* Ejusdem formulæ Epistolas ad alios Episcopos Imperator dedit; nimirum unusquisque Patriarcha, seu Exarcha, parem Episcoporum numerum ex sua Provincia adducere jubebatur.

Sequente die decima quinta Maji Imperator alteram ad Dioscorum dedit Epistolam in hunc sensum: *Relatum est ad nos, quosdam in Oriente Archimandritas, populosque Catholicos contra aliquos Episcopos, qui Nestoriani audiunt, fervide disputare, hinc mandamus, ut piissimus Presbyter, & Archimandrita Barsumas Ephesum eat, omnium Archimandritarum ex Oriente vices acturus, atque in Concilio cum Sanctitate tua, & omnibus Patribus assideat.* Imperator ad Barsumam

p. 10. Barsumas.

p. 106.

mam quoque scripsit; laudat virum, ac si plurima pro Fide passus esset, atque jus voti, & Sessionis in Concilio tribuit. Hanc gratiam ipsi Eutyches, & Dioscorus ab Imperatore impetrarunt, ea fraude, ut alii Abbates omnes, qui ipsis non favebant, excluderentur. Sæculum V. A. C. 449.

Præterea duobus viris Laicis imperatum, ut tanquam Imperatoris Mandatarii Concilio interessent, nempe Elpidius, Comes Consistorii, seu Imperatori a Consiliis, atque Eulogius, Tribunus, & Notarius. Hi habebant in mandatis, ut diligenter curarent, ne quid in Concilio turbaretur, si quis vero tumultum excitaret, hunc in custodiam darent, & ad Imperatorem deferrent. Qui Eutychem condemnarunt, non ut Judices, sed ut Partes Concilio adsint. Nihil aliud in medium afferre liceat, quam causam Fidei. Ad Proclum, Asiæ Proconsulem, mandata speciatim missa, ut duobus Imperatoris Vicariis militare auxilium ferret, si, tumultu exorto, opus esset. Alia quoque Epistola ab Imperatore ad Concilium data, qua materiam tractandam præscribebat, scilicet quæstionem Fidei, inter Flavianum, & Eutychem motam, definiendam, & præcipiebat, ut omnes, qui Errorem Nestorii vel docerent, vel eidem faverent, suis Ecclesiis cedere cogerentur. Tandem Imperator ad Dios-

ibid. 107. *ibid.*

Sæculum V. A. C. 449.

corum ſcripſit, eique conceſſit, ut Concilio præſit, *Cum bene ſciam*, inquit, *ſanctos Archiepiſcopos, Juvenalem Jeroſolymitanum, Thalaſſium, & omnes Catholicos, qui zelo veritatis ardent, Tuæ Sanctitati conſenſuros.* Ejusdem formulæ Epiſtola ad Juvenalem Jeroſolymitanum data.

p. 110.

S. Leo Papa quoque cum Epiſcopis Occidentis ad hoc Concilium invitatus; ſed Imperatoris Epiſtola non ante tertium Idus Maji, id eſt, decimam tertiam ejusdem menſis ipſi reddita eſt. Duo tantum Menſes, & dimidius usque ad primam Aug. qua Concilium inchoandum, ſupererant, & maxima hujus temporis pars in præparandis profecturis Epiſcopis ad longam viam neceſſariis fuiſſet conſumpta. Deinde convocandum erat in Urbem Concilium, deſignandi Legati, iisdemque mandata conſcribenda. Satius ergo S. Leoni viſum, ut Epiſtolas ſcriberet, & hujus Concilii celebrationem, ſi poſſet, impediret, aut ſaltem efficeret, ut Fides ſalva conſervaretur. Primo ad Imperatorem Theodoſium vigeſima quinta Maji ſcripſit; declarat, ſe Fidei Nicænæ eſſe tenaciſſimum, at etiam eodém modo, quo Neſtorium, illos quoque damnare, qui JEſum Chriſtum veritatem carnis noſtræ aſſumpſiſſe negant, id eſt Eutychem; hinc rogat Imperato-

Leo ep. 28. *al.* 13. *c.* 4.

Ep. 23. *al.* 9.

rem,

rem, ut Concilium in Italia convocari procuret. Verumtamen cum Papa deinde videret, efficere se non posse, ut Concilium Ephesi non ageretur, illo mittendos designavit Julium, Episcopum Puteolanum, Renatum Presbyterum ad titulum S. Clementis, Hilarium Diaconum, & Dulcitium Notarium, quibus plures Epistolas ferendas commisit. Sæculum V. A.C. 449. *v. Quesn. Not. 39. ad Epist. 24.*

§. XXXV.

Epistola S. Leonis ad Flavianum.

Inter S. Leonis Epistolas maximi ponderis illa est, quam ad Flavianum, Episcopum Constantinopolitanum, dedit; in ea solidissime explicat, quæ de Mysterio Incarnationis credenda sunt. Initio Eutychem ignorantiæ notat, qui in errorem lapsus esset, quod Sacræ Scripturæ operam non dedisset, imo nequidem attendisset ad voces Symboli, quod omnes Fideles discerent; cum in eo dicant, se in Deum Patrem Omnipotentem, & in JEsum Christum, Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui de Spiritu S. & ex Maria Virgine natus esset, credere. Tum S. Leo subjungit: *Hi tres Articuli ad omnes ferme Hæreticorum Machinas subvertendas sufficiunt; dum enim credimus, Deum Omnipotentem, & æternum, esse Patrem, Ejus Filium eidem Coæternum, Consubstantialem, & perfecte similem, esse* *Ep. 23. al. 10*

c. 2.

Sæculum V. A. C. 449.

demonstramus. Idem æterni Patris æternus Filius de Spiritu Sancto, & ex Maria Virgine natus est. Hæc Generatio in tempore Generationi æternæ nihil ademit, nihil addidit, sed tota reparando Homini, atque Morti, & Dæmoni superandis, impensa est; quandoquidem nos peccati, mortisque Auctorem vincere non potuissemus, nisi ille assumpsisset nostram Naturam, & suam fecisset, qui nec peccato inficI, nec morte retineri poterat. Ergo de Spiritu S. conceptus est in Sinu Virginis, Matris suæ, quæ eum ita genuit, sicut absque Virginitatis detrimento conceperat. S. Leo deinde Argumenta ex Sacra Scriptura expromit, & probat, Verbum veram Carnem assumpsisse, quia in Evangelio Filius David, & Abraham vocatur. Probat ex S. Paulo, dicente: *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Ex iis, quæ Deus Abrahæ promisit: *in te benedicentur universæ cognationes terræ;* quod a S. Paulo explicatur, & ad Christum transfertur. Ex Vaticiniis Isaiæ, de *Emmanuel*, Virginis Filio, & Puero, qui nobis natus est. Unde tandem infert, JEsum Christum non tantum assumpsisse figuram Hominis, sed verum Corpus, ex Matre sua extractum. Operationem Spiritus Sancti non obstitisse, quo minus Caro Filii ejusdem Naturæ esset cum Carne Matris

Matth. 1. 1.

Rom. 1. 3.

Galat. 3. 8.

Isai. 7. 14. 9. 6

tris, sed id solum effeciſſe, ut Virgini Fœcunditas tribueretur. Sæculum V. A. C. 449.

Itaque, ut S. Leo prolixius docet, *utraque Natura, integra perſeverans, uni Perſonæ unita eſt, ut idem Mediator fieri & mori poſſet, qui aliunde Immortalis, & impaſſibilis perdurat. Omnia, in ſe habet, quæ in nobis ſunt, omnia, quæ, cum nos crearet, dedit, & quæ reparanda ſuſcepit; ſola mala non habet, quæ Deceptor in Genus Humanum invexit. Formam Servi ſine peccati macula accepit. Una Natura ex conſortio alterius non mutatur; Idem qui verus Deus, etiam verus Homo eſt; in hac conjunctione nulla deceptio. Deus, ineffabilem Gratiam Naturæ Humanæ exhibens, non minuitur, Homo Dignitate, quam accipit, non conſumitur. Verbum, & Caro proprias ſibi operationes ſervant. Scriptura veritatem duarum Naturarum æqualiter demonſtrat.* c. 3. c. 4.

Deus eſt, quia legimus; In Principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum. Homo eſt, quia dicitur: Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis. Deus eſt; omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Homo eſt, ex Muliere natus, & Legi ſubjectus. Nativitas Carnis Naturam humanam teſtatur, partus Virginis Divinam indicat Potentiam. Infans in cunis vagit, idem ab Gal. 4. 4.

Sæculum V. A. C. 449.

S. Leonis Epistola ad Flavianum, c. 5.

2. Cor. 11. 8.

Angelis laudatur Altissimus. Herodes vult puerum occidere, Magi veniunt ut Oriente eundem adorare. Ipse Baptismum S. Joannis baptizatur, simul vox Patris de Cælo allapsa, eundem Filium suum Dilectum esse declarat. Homo tentatur a Dæmone, Deo Angeli ministrant. Fames, sitis, lassitudo, somnus, hominem evidenter probant, at vero quinque millia hominum quinque panibus saturare, Mulieri Samaritanæ aquam vivam dare, super mare ambulare, fluctus voce compescere, certissime Dei sunt. Unius Naturæ non est, amicum mortuum plorare, & eundem ab inferis resuscitare, Cruci affixum esse, & Diem in Noctem vertere, Elementa omnia concutere, & Latroni portas Cæli aperire. Deus dicit: Pater, & ego unum sumus. Homo: Pater major me est; Etsi enim in JEsu Christo unica Dei, & Hominis Persona sit, nihilominus aliud est subjectum, Passionis utrique communis, & aliud communis gloriæ.

Hæc Personæ unitas causa est, cur dicamus, Filium Hominis de Cælo descendisse, & Filium Dei Carnem sumpsisse ex Virgine; Filium Dei crucifixum fuisse, & sepultum, quod in Symbolo recitamus, quamvis in humana tantum Natura crucifixus fuerit. Apostolus dicit: Si Dominum Gloriæ cognovissent, nequaquam crucifixissent eum. JEsus Christus interro-

terrogat *Apostolos suos: Vos autem,* Sæculum V.
quem me esse dicitis, qui Filius hominis A. C. 449.
sum, & quem videtis, in vera Carne am- Matt. 16. 16.
bulare? S. Petrus respondit: Tu es Chri-
stus, Filius Dei vivi, agnoscens ipsum
simul Deum, & Hominem. Post suam
Resurrectionem Corpus suum sensibile, &
palpabile, & plagarum locum ostendebat,
loquebatur, manducabat, & cum Discipu-
lis suis habitabat, simul vero per portas
clausas intrabat, iisdem Spiritum San-
ctum, & Scripturarum intelligentiam
tribuebat, duas in se Naturas distinctas,
& unitas manifestans.

Eutyches, dum negat, Naturam no- 1. Joan. 4. 2.
stram in Filio Dei esse, timeat, S. Joan-
nis fulmen, dicentis: Omnis Spiritus, qui
confitetur JEsum Christum in carne ve-
nisse, ex Deo est; & omnis Spiritus, qui
solvit JEsum, ex Deo non est, & hic est
Antichristus. Nam quid est JEsum sol-
vere, nisi Naturam Humanam ab ipso se-
parare? Error, circa Corporis JEsu Chri-
sti Naturam, Passionem Ejus, & Sangui-
nis efficaciam sequela necessaria destruit.
Dum vero Eutyches vobis respondit: Con- c. 6.
fiteor Dominum Nostrum ante conjun-
ctionem duas habuisse Naturas, sed post
conjunctionem unam tantum Naturam a-
gnosco, miror, quod horrendam Blasphe-
miam non castigaveris; cum nihilominus
impium sit, dicere, Filium Dei ante In-

Sæculum V. A. C. 449.

carnationem utriusque Naturæ fuisse, quam post Incarnationem in eodem unam tantum agnoscere. Non ommittas, Eutychem ad Retractationem hujus Erroris hortari. Si, Deo Gratiam dante, convertatur; si sequatur Conversio, Hominem indulgentissime habere poteris, nunquam enim Fides utilius defenditur, quam ubi Error ab ipsis suis Sectatoribus condemnatur. Hæc est celeberrima S. Leonis ad Flavianum Epistola, ad id destinata, ut in Concilio, tanquam de Fide Ecclesiæ Romanæ Testimonium, recitaretur.

§. XXXVI.

Aliæ S. Leonis Epistolæ.

Ep. 25. al. 11. Sanctus Leo, ad Julianum, Episcopum Coanum, suum Constantinopoli Legatum, scribens, eandem Doctrinam explicat, ut haberet, quo veritatem contra Hæreticos defenderet, & se Flaviano jungeret. *Co*, seu *Coos*, parva Insula est haud procul *Gnide*, quæ hodie *Lango*, seu *Stanchio* dicitur. In hac Epistola dicit Papa, Eutychem Catholicos Nestorianismi accusare, at vero ab Hæresi ejus, cum veritatem Incarnationis negaret, Bona omnia, quæ ex isto Mysterio sequuntur, & Christianorum Spem omnem tolli. *Ergo credendum est, Verbum non esse mutatum in Carnem, aut in animam, cum Divinitas immutabilis sit; rursus Carnem non*

fuisse

Sæculum V. A. C. 449.

fuisse mutatam in Verbum; nec impossibile videatur, ut Verbum cum Carne, & Anima unum JEsum Christum constituant, cum in quolibet Homine Caro, & Anima, quæ diversissimæ sunt Naturæ, unam Personam efficiant. (*) *Quando Eutyches dixit, duas fuisse ante Incarnationem Naturas, crediderit, necesse est, Animam Salvatoris in Cælo extitisse, antequam Verbo uniretur in Sinu Virginis, quod contra Catholicam Fi-*

c. 8.

c. 8.

(*) In illa Epistola, superius Numero XXXI. memorata, quæ Julii Papæ esse jactatur, dictum, in JEsu Christo unam Naturam esse admittendam, eo modo, quo Homo una Natura est, etiamsi ex Corpore, & Anima, quæ diversæ Naturæ sunt, componatur. Ad hanc propositionem, ab incerto Auctore profectam, responderi potest, ante conjunctionem, Animam, & Corpus non esse perfecte diversæ Naturæ, quia nec anima existit, nec corpus, tanquam naturæ completæ. Quomodo autem explicanda S. Leonis Verba, hic dicentis: *Nec impossibile videatur, ut Verbum cum Carne, & Anima unum JEsum Christum constituant, cum in quolibet Homine Caro, & Anima quæ diversissimæ sunt Naturæ, unam Personam efficiant.* Subtilis est Quæstio, & dubitare quis possit, an S. Leo affirmet, Carnem, & Animam si non in existentia, saltem in Essentia fuisse diversæ Naturæ ante conjunctionem? & an post conjunctionem diversæ Naturæ permaneant? sed hæc Theologi sunt, non Historici.

Sæculum V. A. C. 449.

dem pugnat, quippe non assumpsit Humanitatem, antea creatam, sed assumendo creavit; in damnatam Origenis opinionem relabimur, si dicimus, animas vixisse, & operatas fuisse, antequam corporibus immitterentur. Anima JEsu Christi ab anima nostra non diversitate Generis, sed sublimitate virtutis, distinguitur. Caro ejus desideria Spiritui contraria non producebat, nulla in Eo pugna, sed affectus Divinitati subjiciebantur.

S. Leo simul ad Imperatorem Theodosium Epistolam dedit; indicat nomina Legatorum, quos mittebat, qui vices suas in Concilio gererent, atque Spiritum Justitiæ, & Lenitatis afferrent; *& ut error condemnetur*, inquit, *cum dubitare nemo possit, quænam de Incarnatione sit Fides Catholica; venia Eutychi concedatur, si, quod in Libello, ad me misso, pollicitus est, erroris eum serio pæniteat.* Ad S. Pulcheriam quoque scripsit; Zelum Fæminæ adversus omnes illius ævi Hæreticos laudat; dum de Eutyche loquitur, commiseratione dignum putat, quod magis ignorantia, quam malitia erasse crederet, & emendationem speraret. *Quod si*, inquit, *in errore perseveret, nemo Sententiam, ab Episcopis in eum latam, revocare poterit.* Rationem reddit, cur ipsus ad Concilium non proficiscatur, & primo adducit, Rem sine exemplo esse, deinde

Ep. 26. *al.* 12.

S. Leonis epistolæ.

Epist. 27. *al.* 13.

c. 3.

mise-

miserum Italiæ statum, in quo, si Roma discederet, populum suum in luctum, desperationi simillimum, conjecturus esset: Nempe, spectante ad Ruinam Imperio, trepidabant Itali, tuncque omnium animos implebat terror ingruentium Hunnorum, qui anno post hæc tertio in Italiam advenerunt. Sæculum V. A. C. 449.

S. Leo scripsit etiam ad Faustum, Martinum, aliosque Abbates Constantinopolitanos, qui Condemnationi Eutychis subscripserant, ut iis ad fidem strenue defendendam animos adderet; quid fide Catholica credendum sit, se in epistola sua ad Flavianum data docuisse monet, & ait: *in illa Doctrinam nostram sufficienter exposuisse puto, ut eam Præsulis vestri Ministerio recipiatis.* Tandem ad ipsum Concilium Ephesinum dedit epistolam; Imperatorem Concilium ideo convocasse agnoscit, ut error Judicio magis authentico seu pleniore aboleretur, (*) & suis Legatis Potestatem tribuit, ut communi cum Concilio opera, quod Deo magis gratum futurum esset, decernerent; nempe ut ante omnia errorem damnarent, deinde Eutychem, si retractaret, & damnaret

Ep. 28. *al.* 14.

Ep. 29. *al.* 15. *Conc. Calc. p.* 2. *c.* 13.

(*) Hic iterum elucet Sacræ Sedis Auctoritas. Anonymus I. ad hos Numeros plurima in Fleurio carpit, quæ cum sint minima, nolo Lectorem a serie Narrationis abstrahere.

Sæculum V. A.C. 449.

naret Hæresin suam, restituerent. In omnibus his litteris S. Leo epistolam suam ad Flavianum citat; sunt autem epistolæ sex, omnes eadem die, Idibus Junii, Asterio, & Protogene Consulibus, id est, decima tertia Junii, anno 449. datæ. In alia, ad Imperatorem Theodosium data, excusat, quod ad Concilium ipse non vadat, sicut in epistola ad Pulcheriam, & addit: *Tam evidenter in hac Quæstione Fidei veritas patet, ut satius fuisset, nullum convocare Concilium; sane nulla penitus dubitandi causa supereſt.*

Ep. 33, *al* 17.

Flavianus altera, ad S. Leonem data epistola, rursus Eutychis errores, & ejusdem condemnationem explicat; *Hujus Judicii Acta*, inquit, *jam diu est, quod ad te miserim, ut Hominis Impietatem omnibus tuæ Jurisdictionis Episcopis notam facias, ne quis, Hæresin ejus ignorans, per litteras, aut alio modo cum ipso communicet.* Ex his videmus, Flavianum a Papa novum Decretum non petere, sed id solum, ut suum in Patriarchatu Occidentis observetur. Nec sine causa timuit Flavianus, ne Eutyches ibi malæ causæ Patronos quæreret, quippe is S. Petro Chrysologo, Episcopo Ravennatensi, qua in urbe degebat ut plurimum Imperator Valentinianus, scripserat; verum acceptum a Viro Sancto responsum Eutychi minime favebat, cujus hoc erat initium.

Post Ep. 33. *Leon. Conc. Calc. part.* 1. *c.* 6.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæculum V. A.C. 449.

S. Petri Chryſologi Epiſtola ad Eutychem.

Triſtes litteras tuas non ſine mœrore legi, ſicut enim Eccleſiarum Pax Cæleſti gaudio nos recreat, ita diſſenſiones, præſertim ſi talibus cauſis ortum debeant, vehementer affligunt. Post ep. 23. Leon. *Leges humanæ triginta annorum præſcriptione omnes lites tollunt, & poſt tot Sæcula de JEſu Chriſti Generatione, quam Lex Divina nobis proponit, tanquam ineffabilem, diſputatur. Non ignoras Origenem, cum in Principia inquireret, & Neſtorium, cum de Naturis altercaretur, in errorem lapſos.* Conc. Calc. c. 1. p. 15. Tum Textus aliquos ex Scriptura de Incarnatione affert, & ſubjungit: *plura tibi reſponderem, ſi Frater noſter Flavianus aliquid litterarum hac ſuper re ad me dediſſet, ſi enim tu ipſe quereris, auditum te non fuiſſe, quomodo judicare poſſumus de iis, quæ nec vidimus, nec ab aliis, qui præſentes fuere, audivimus? exhortor te, Venerabilis Frater! ut ſubmittas te omnibus, quæ Beatus Papa Romanus ſcripſit, quia S. Petrus, qui in ejus Sede vivit, & præſidet, veram Fidem dat, quærentibus eam. Nos vero amor pacis, & Fidei de talibus cauſis abſque Romani Epiſcopi conſenſu judicare non permittit.* (*) Poſt hujus

(*) Eximium pro Auctoritate Pontificia, ſimulque

Sæculum V. A.C. 449.

hujus Epistolæ tempus nullibi amplius hujus Sancti Viri mentio occurrit, cui Sermonis elegantia Chrysologi, id est, oris aurei, Nomen peperit. Centum septuaginta sex Sermones, & plerosque in SS. Evangelia ab ipso habemus. Ecclesia secunda die Dec. ipsius memoriam colit. (*)

Martyr. R. 2. Dec.

§. XXXVIII.

Pseudo-Concilii Ephesini initium.

Conc. Calc. Act. 1. p. 115.

Concilium Ephesinum, ab Imperatore ad primam Aug. convocatum, octavo ejusdem Mensis, id est, secundum Romanos

que pro Bona fide Fleurii, ejusmodi textus excerpentis, testimonium!

(*) Die letzten Zeilen dieses Abschnittes hat der Uebersetzer ausgelassen, und davor eine Anmerkung hingeschrieben. Er setzet sich auf seinen Richterstuhl, und spricht: Die Gedanken des Heil. *Petrus Chrysologus* in seinen Schriften wären edel, und die Worte, damit er sie ausgedrückt, auserlesen. Inzwischen glaubten doch nicht alle, daß er damit den Namen eines *Chrysologi* verdienet habe. Das auserlesenste für unsern Uebersetzer, in den Schriften des Heil. Petrus, ist das Zeugniß, welches er hier giebet, daß er über Glaubenssachen ohne Gemeinschaft mit dem Bischof zu Rom zu urtheilen sich nicht getraue. Das wäre eine nothwendige Anmerkung gewesen für einen Protestanten, der aus Liebe zur Wahrheit die Geschichte des Herrn Fleury übersetzet hätte.

manos sexto Idus Aug. secundum Ægyptios decima quinta *Mesori*, Indictione tertia, post Consulatum Zenonis, & Posthumiani, nempe anno 449. primo congregatum est. Episcopi in eodem loco consederunt, quo Concilium Ephesinum primum actum est, in Ecclesia, quæ Maria dicebatur. Episcopi centum triginta ex Provinciis, Ægypti, Orientis, Asiæ, Ponti, & Thraciæ adfuere. Dioscorus Alexandrinus, sicut Imperator mandaverat, primum locum occupabat. Tunc nominatur Julius, S. Leonis Papæ vices gerens; ita enim hoc nomen juxta meliora exempla latina, & antiquos Historiæ Scriptores, non autem Julianus, legendum est. Is nempe est Julius Puteolonanus, quem Papa miserat. Hunc sequuntur Nomina Juvenalis Jerosolymitani, Domni Antiocheni, Flaviani Constantinopolitani, cui itaque locus quintus obtigit, quod esset inter Patriarchas novissimus. (*) Post quinque Patriarchas leguntur Exarchæ, & Metropolitæ, vel eorum Vicarii, scilicet Stephanus Ephesius. Thalassius Cæsariensis in Cappadocia. Eusebius Ancyranus in

Sæculum V. A.C. 449.

Evag. 1. hist. c. 10. Brevic. hist. Eutich. tom. 4. Conc. p. 1079. Prosp. Chro. Ap. & Prot. Coss. p. 53. vid. Quesn. not. 39. ad epist. 24. S. Leon. & Bacheni Flaviani Constantinopolitani, cui itaque locus quintus obtigit, quod esset inter Patriarchas novissimus. (*) Post quinque Patriarchas leguntur Exarchæ, & Metropolitæ, vel eorum Vicarii, scilicet Stephanus Ephesius. Thalassius Cæsariensis in Cappadocia. Eusebius Ancyranus in luæ. Præf. in Conc. Calc. n. 30. 31.

(*) Non placet causa, a Fleurio allata, ideo Flaviano quintum locum obtigisse, quod esset inter Patriarchas novissimus, sed potius, id Dioscori, aliorumque inimicorum ejus artibus factum existimarem. Interim Orientales exemplum nobis

Sæculum V. A.C. 449.

in Galatia, Joannes Sebastenus in Armenia. Cyrus Aphrodisiadenus in Caria, Erasistratus Corinthi. Quintillus Heracleensis loco Anastasii Thessalonicensis. Aliique, qui in Actis reperiri possunt. Post Episcoporum nomina veniunt Presbyteri; primus eorum est Abbas Barsumas, tum quatuor ab Episcopis absentibus Delegati; tandem omnium ultimi, Diaconus Hilarius, & Notarius Dulcitius Papæ Legati. De Presbytero Renato nulla mentio, quia in via, nempe in Insula Delos, diem oppetiit. Eutyches quoque Ephesi erat; nec votum ex suo Monasterio non egrediendi, nec gravis Senectus, nec corporis infirmitates ipsum ab hac profectione retardaverant.

Joannes, Presbyter, & Notariorum Primicerius verosimiliter Ecclesiæ Alexandrinæ, Promotoris officium obiit, quo Petrus, Presbyter, in Concilio Ephesino primo functus fuerat. Is ubi convocati Concilii causas summatim retulit, jubente Dioscoro, prælegit Imperatoris Epistolam,

Conc. Calc. Act. 19. *p.* 101.

Sup. XXV. §. 37.

bis suppeditant, ipsos Decretum suum Concilii Constantinopolitani, quo Episcopo Constantinopolitano primum locum post Romanum tribuebant, non observasse. Hic etiam notari meretur, Juvenalem Jerosolymitanum Domno Antiocheno fuisse prælatum.

lam, qua Synodus convocabatur. Tum Julius, Episcopus, Papæ Legatus, dixit: *S. Papa Noster, Leo, simili Epistola vocatus est.* Quia latino Sermone utebatur, Florentius, Episcopus Lydesenus, loquentis verba interpretabatur. Diaconus Hilarus, ejusdem Interpretis opera, addidit: *Imperator noster Christianissimus per Litteras suas Beatum Episcopum nostrum Leonem vocavit, ut Sancto Concilio interesset, & Sua Sanctitas venisset, nisi factum exemplo careret. Sed scitis, Papam nec Concilio Nicæno, nec Ephesino, nec cuicunque alii simili adfuisse; itaque huc nos misit, ut Ipsius vices ageremus; concredidit nobis Epistolas, ad vos directas, quas ut prælegi jubeatis, rogamus.* Dioscorus dixit: *accipiantur litteræ, quas ad S. Concilium Oecumenicum Sanctissimus Frater noster Leo dedit;* at vero, harum lectione omissa, Joannes Presbyter aliam epistolam, ab Imperatore ad Dioscorum datam, legendam proposuit, quod ut fieret, Juvenalis Jerosolymitanus jussit. Erat vero illa epistola, qua præcipiebatur, ut Barsumas Concilio interesset. Juvenalis dixit: *simile mandatum de Barsuma accepi; æquum igitur est, ut in Concilio adsit.* Comes Elpidius deinde Imperatoris mandata, sibi, & Tribuno Eulogio commissa legit, jussitque legi epistolam Imperatoris ad Concilium dire-

Sæculum V. A.C. 449.

p. 122.

S. Leonis epistola non legitur.

p. 126.

p. 127.

Sæculum V. A. C. 449.

ctam, qua Flavianus jurgia de Fidei materia Eutychi moviſſe accuſabatur.

His lectis, Thalaſſius, Epiſcopus Cæſarienſis, dixit, juxta Imperatoris voluntatem, in iſta epiſtola indicatam, miſſis omnibus aliis, a Quæſtione Fidei eſſe incipiendum. Julius Epiſcopus, Papæ Legatus, annuit. Dioſcorus dixit: *Non in hunc finem convenimus, ut Fidem, dudum a Patribus noſtris explicatam, rurſus exponeremus, ſed ut examinemus, an nova opiniones Patrum Deciſionibus conformes ſint. Ergo ab hac diſcuſſione initium ducamus. An Fidem Patrum veſtrorum relinquere vultis?* Concilium dixit: *ſi quis in Fide Patrum quidquam mutet, Anathema ſit! ſi quis aliquid adjiciat, Anathema ſit! Patrum Noſtrorum Fidem ſervemus!* plures ejusmodi in laudes Dioſcori plauſus ſecuti. Tum Comes Elpidius dixit: *Cum de Fide conſentiatis, jubete, ut introducatur Archimandrita Eutyches, qui hujus Conventus cauſa eſt, & ſuam Sententiam vobis explicet.* Annuit Concilium, atque ingreſſum, Thalaſſius Cæſarienſis, ut cauſam ſuam defenderet, invitavit.

p. 131.

§. XXXIX.

Eutychis Libellus.

Eutyches dixit: *Commendo me Patri, & Filio & Spiritui S. & Veſtræ Juſtitiæ. Vos*

Vos teſtes eſtis Fidei meæ, pro qua in primo Concilio, hic congregato, vobiscum decertavi. Habeo in manibus meis Libellum Fidei meæ. Jubete, ut legatur! ergo legi cœptum. Symbolum Nicænum continebat, & teſtabatur Eutyches, ſe ſecundum hanc Fidem vivere, & mori cupere, atque Manetem, Valentinum, Apollinarem, Neſtorium, & omnes Hæreticos usque ad Simonem Magum, eosque, qui dicerent, JEſu Chriſti Carnem de Cœlo deſcendiſſe, anathematizare. Poſt hæc legebatur: *Secundum hanc Fidem vivens accuſatus ſum ab Euſebio, Episcopo Doryleenſi, qui contra me Libellos tradidit, Hæreticum me appellans, nulla determinata Hæreſi; nempe ut mihi, ad rem improviſam turbato, in cauſæ meæ examine nova quædam verba exciderent. Epiſcopus Flavianus comparere me juſſit, qui totum ferme tempus cum Accuſatore meo conſumebat; ſperabat, me, cum Monaſterio excedere non ſolerem, non venturum, qua occaſione arrepta, contumaciæ reum, deponeret. Nec vana fuit conjectura! dum enim ex Monaſterio in urbem Conſtantinopolim procedo, Magnus, Silentiarius, quem in vitæ præſidium Imperator mihi dederat, ad me dixit, nihil jam profuturam meam præſentiam, cum jam, antequam audirer, condemnatus fuiſſem. Ipſius hac de re extat teſtimonium. Ubi*

Sæculum V. A. C. 449.

p. 134.

p. 135.

p. 142.

Sup. §. 33.

Sæculum V. A.C. 449.

in conſpectum Congregationis veni, Fidei meæ formulam nec acceperunt, nec legi paſſi ſunt. Et poſtquam viva voce edixi Fidem meam Confeſſioni Nicænæ, in Concilio Epheſino confirmatæ, eſſe conſentaneam, voluerunt, ut aliqua verba adderem. Timui ne Decretum primi Concilii Epheſini, & Nicæni transgrederer, & petii, ut Sanctum Veſtrum Concilium hac de re edoceretur, paratus, me veſtro Judicio ſubjicere. Me iſta loquente, juſſerunt recitari Depoſitionis meæ Sententiam, quam Flavianus diu ante contra me illis, quibus placuerat, verbis, ſcripſerat. Multa quo-

p. 143. Sup. n. 33.

que in Actis adulterata fuere, quod deinde ad preces meas, jubente Imperatore, demonſtratum. Non enim Flavianum Epiſcopum mea ad vos Appellatio, non canorum meorum Reverentia, non pugnæ, in quibus graſſanti Hæreſi caput hoc objeci, cohibere valuerunt, ne me Auctoritate abſoluta condemnaret. Ipſe me tanquam Hæreticum furentis populi multitudini, ad crudele facinus in Eccleſiam Cathedralem, & forum concurrenti, truncandum tradidit; at in extremo periculo Divina me Providentia ſervavit. Sententiam, contra me pronuntiatam, in variis Eccleſiis promulgari, & Monachos eidem ſubſcribere juſſit, quod nunquam antehac, ut ſcitis, nec contra Hæreticos factum. Eandem in Orientem transmiſit, ut in multis locis Epiſcopis

pi, & Monachi subscriberent, Judices in hac causa incompetentes; cum hanc potius Episcopis illis, ad quos appellaveram, communicare debuisset. Hæc sunt, quæ me coegerunt, ut ad vos, & ad Imperatorem confugerem. Judicii in me exerciti Judices estote.

Sæculum V. A.C. 449.

His perlectis Flavianus Constantinopolitanus dixit: *Accusator ejus fuit Eusebius; jubete, ut ingrediatur!* Comes Elpidius dixit: *Imperator jussit, ut qui prius Judices fuere, nunc Partes agant. Ergo Archiepiscopo Flaviano respondeo, Accusatorem vice sua functum esse; dicit, se causa vicisse, itaque Judex Actoris jam Personam gerit, quod & in Tribunalibus civilibus usitatum. Hodie convenistis, ut Judices judicetis, non ut Accusatorem admittatis, & causam a principio repetatis. Jubete igitur, ut reliqua istius Causæ Acta legantur.* Dioscorus manibus, pedibusque consensit, alii Episcopi annuerunt. Ita Eusebius Doryleensis Concilio exclusus, & Eutyches admissus. Cum itaque omnes Episcopi consensissent, ut Acta legerentur, Dioscorus etiam quid Julius, Papæ Legatus, vellet, exquisivit; qui respondit: *volumus, ut Acta legantur, ea conditione, ut prius Papæ epistolæ recitentur.* Hilarus Diaconus adjecit: *atque id, quod petimus, eo magis æquitati consentaneum est, quod Sanctissimus Episcopus Roma-*

p. 146.

p. 150.

Sæculum V. A. C. 449.

Romanus non prius ſcripſerit has epiſtolas, quam ſibi hæc Acta, quæ legi vultis, referri, & recitari juſſiſſet. Eutyches dixit: *Legati Sanctiſſimi Archiepiſcopi Romani Leonis modo mihi ſuſpecti eſſe meruerunt, nam in Domum Flaviani Epiſcopi diverterunt, prandium ibi ſumpſerunt, & omne obſequii genus accipiunt. Rogo igitur, ne, quodcunque contra me egerint, cauſæ meæ nocere credatur.* Dioſcorus dixit: *ordo rerum poſtulat, ut antea ipſius Cauſæ Acta, & deinde Piiſſimi Epiſcopi Romani litteræ legantur.* Ita poſtulatio, ut epiſtola Papæ legeretur, jam ſecundo eluſa. Econtra Acta Concilii, Conſtantinopoli, octava Nov. 448. & diebus ſequentibus celebrati, quorum Flavianus unum, & Eutyches alterum exemplum porrexit, lecta ſunt.

Sup. f. 24. 25. &c.

§. XL.

Lectio Actorum Conſtantinopolitanorum.

Cum legeretur Libellus Euſebii Doryleenſis contra Eutychem, & nominaretur S. Cyrillus, Concilium Epheſinum exclamavit: *S. Cyrilli memoria in æternum durabit! Dioſcori, & Cyrilli una eſt Fides! Anathema illi, qui aliquid addit, vel reſcindit.* Julius, Papæ Legatus dixit: *Hæc Sedis Apoſtolicæ Fides eſt.* Poſtquam lecta fuiſſet epiſtola S. Cyrilli ad

p. 151.

p. 174.

ad Joannem Antiochenum, ut concordia reduceretur, & in qua duarum Naturarum distinctionem dari inculcat; Eustathius, Episcopus Berytensis, dixit, S. Cyrillum in aliis quoque epistolis mentem suam explicasse, exempli causa in litteris ad Acacium Melitinensem, ad Valerianum Iconiensem, & Successum, Diocæsariensem, ubi inter alia verba hæc haberet: *ergo non duas Naturas intelligere oportet, sed unam Verbi Incarnati Naturam;* atque hunc loquendi modum S. Athanasii testimonio confirmaret. Sæculum V. A.C. 449.

Ubi legi cœperunt Acta ultimæ Sessionis, in quibus Eusebius Doryleensis Eutychem urgebat, ut duas Naturas post Incarnationem confiteretur, & JEsum Christum secundum Carnem nobis Consubstantialem esse, Concilium Ephesinum exclamavit: *tollite! cremate Eusebium! vivus comburatur! secetur medius! sicut divisit, ita dividatur!* Dioscorus dixit: *num ferre hunc Sermonem potestis, ut post Incarnationem duæ Naturæ affirmentur?* Concilium dixit: *Anathema illi, qui hoc affirmat!* Dioscorus: *voce, & manibus vestris mihi opus est, si quis clamare nequeat, manum extendat!* Concilium: *Si quis duas Naturas dicat, Anathema sit!* Et postquam Eutychis expositio lecta fuisset, Dioscorus: *quam modo Fidei Confessionem probatis?* Concilium: *Confessionem* p. 223. ibid.

Sæculum V. A.C. 449.

sionem Eutychis. Impius est Eusebius! Alludebant ad Nomen ejus, quod idem

p. 236. Sup. §. 35. significat, ac Pius. Post Acta Concilii Constantinopolitani lecta etiam sunt Acta

p. 245. Conventus, octava Aprilis, anno 449. celebrati, quando hæc Acta retractata, & 27. Aprili relata sunt.

Omnibus his lectionibus finitis, Episcopi, invitante Dioscoro, in suffragia ivere. Primus locutus est Juvenalis Jeroso-

p. 256. lymitanus, & dixit: *cum Eutyches semper fuerit professus, se expositionem Fidei Nicænæ, & ea, quæ in Concilio primo Ephesino decreta sunt, amplecti, omnino Orthodoxum inveni, & decerno, ut in Monasterio, & Gradu suo permaneat!* Concilium dixit: *justum est hoc Judicium!* Domnus Antiochenus: *accepta epistola, a Concilio Constantinopolitano in causa Eutychis ad me data, ejus condemnationi subscripsi; nunc vero audito Libello, quem Concilio obtulit, & in quo Fidem Nicænam, & primi Concilii Ephesini, confitetur, in tuam concedo sententiam. Presbyteri Dignitatem, & Communitatis suæ Regimen resumat.* Eadem fuit Stephani Ephesini, Thalassii Cæsarienſis, Eusebii Ancyrani, & omnium reliquorum Episcoporum Sententia, exceptis Papæ Lega-

Eutyches absolvitur.

p. 276. tis, de quibus non est mentio. Barsumas post omnes Episcopos suam opinionem dixit, & quia, utpote Natione Syrus, Græ-

cæ

cæ linguæ non erat gnarus, Euſebius Monachus Interpretis vices ſubiit. Tandem Dioſcorus, Concilii Præſes, omnium ultimus, in Favorem Eutychis ſuffragium dedit. Sæculum V. A. C. 449.

Tum Joannes Presbyter Libellum Supplicem, a Monachis Monaſterii Eutychis traditum, legit in hæc verba: *Divinis promiſſis confiſi, Bona noſtra, Dignitates, Munera, ſpes omnes reliquimus, ut Familiam Monachorum, quorum numerus ad trecentos excrevit, ſub piiſſimo Archimandrita Eutyche conſtitueremus; major pars noſtrum ultra annos triginta hic transegit. At Reverendiſſimus Epiſcopus Flavianus, qui nobis ad virtutem viam præire, & contra obtrectatores tueri, debuiſſet, Paſtorem noſtrum calumniis oppreſſit, & depoſuit. Nobis, miſſo Presbytero Theodoſio, aliis quibusdam Clericis comitantibus, indicari juſſit; ut ab ipſius conſortio abſtineremus, & ne quidem colloqueremur. Bona autem Monaſterii Flaviano (En viri avaritiam) Pauperum nomine cuſtodiremus; ſyn juſſa facere detrectaremus, nos unacum Abbate Noſtro Divinorum Myſteriorum participatione privandos ſciremus.* p. 277.

Nec intra minas ſtetit Epiſcopus; in illo ipſo Altari, quod Flavianus ſex menſibus ante ultimum facinus erexerat, a Sacrificio ceſſatum. Iniqua Cenſura usque

Sæculum V. A.C. 449.

ad tempus S. Concilii vestri ligati fuimus, & aliqui ex nostris Fratribus in hoc statu defuncti. In hoc luctu transegimus Festum Nativitatis Domini Nostri, Festum Epiphaniæ, & Resurrectionis, quo tempore Episcopi plerisque Peccatoribus absolutionem impertiri, & Principes reis gratiam concedere solent. Novem Menses sunt, ex quo hunc rigorem patimur; de cætero omnia Regulæ Monasticæ Exercitia servamus. Hæc cum ita sint, supplices rogamus; miseremini nostri! Sacramentorum usum restituite, & injusto oppressori, pœnam, quam meretur, infligite! Huic Libello Narses Presbyter, Diaconi decem, Subdiaconi tres, & sexdecim Monachi, universim triginta quinque nomina subscripserunt. Dioscorus jussit, ut fi-

p. 280.

dem suam profiterentur; ipsi fidem suam Eutychis Fidei consentaneam affirmarunt. Itaque, ex Juvenalis, & totius Concilii sententia, absoluti, Ecclesiæ Communioni redditi, atque ipsis concessum, ut denuo functiones Ordinum, in quibus essent, peragerent.

§. XLI.

Flavianus damnatur.

Dioscorus deinde proposuit, an non ea legere expediret, quæ de Fide in

p. 281. p. 284. &c.

primo Concilio Ephesino decisa fuissent, cumque Episcopi annuissent, legi cœpta sunt

Sæculum V.
A. C. 449.

sunt Acta sextæ Sessionis, 22. Julii, anno 431. in his continebantur Symbolum Nicænum, Textus Patrum de Incarnatione loquentium, Libellum Charisii, cum falsa Fidei Confessione Theodori Mopsuesteni, & ex Libris Nestorii excerpta. His perlectis Dioscorus dixit: *credo, quod vos omnes Patrum Nicænorum Expositionem, in Concilio præcedenti, in hac urbe celebrato, confirmatam, approbetis; audivimus etiam, quod præcipiatur, ut, si quis dicat, aut aliud cogitet, aut aliam Quæstionem moveat, condemnetur. Quid vobis videtur? quisque suam sententiam scriptam aperiat.* Thalassius Cæsarienſis edixit, se Conciliis Nicæno, & Ephesino adhærere, & eos omnes detestari, qui contraria sentirent. Idem senserunt alii Episcopi. Julius, Papæ Legatus, declaravit, eundem esse Sedis Apostolicæ sensum. Sed Diaconus Hilarus addidit: *Id epistolis, quas Sedes Apostolica ad vos dedit, conforme est, & si eas legi jubeatis, videbitis, quod sint veritati consentaneæ.* Verumtamen hujus admonitionis nulla ratio habita est.

Sup. XXV. §. 56. *p.* 292. *p.* 296. *p.* 300. *p.* 301. *p.* 304.

Econtra Dioscorus, posito fundamento, ea, quæ maxime volebat, intulit, dicens: *S. Concilium Nicænum, & S. Concilium Ephesinum Fidem exposuerunt, & præceperunt, ut quisquis aliud diceret, condemnaretur; aliunde vero vobis notum est,*

Sæculum V. A.C. 449.

Flavianus.

p. 305.

est, Flavianum, olim Episcopum Constantinopolitanum, & Eusebium Doryleensem, omnia susque deque vertisse, & omnibus Ecclesiis lapidem Scandali posuisse; ergo manifeste patet, quod se ipsos pœnis, quas Patres Nostri statuerunt, obnoxios reddiderint; Quam ob rem, ut Patrum Decreta confirmentur, judicavimus, præfatos Flavianum, & Eusebium omni Dignitate Sacerdotali, & Episcopali esse privandos. (*) *Sententiam vestram edicite! ut Actis inseratur, & scitote! omnia, quæ hodie fiunt, ad Imperatores esse deferenda.* Flavianus dixit: *recuso te Judicem!* Hilarus, Ecclesiæ Romanæ Diaconus, dixit: *contradicitur?* atque hæc vox latina Actis Græcis inserta est.

Nihilo-

(*) Ex his, & præcedentibus, in hac parte Historiæ contra Protestantes demonstrari potest necessitas, ut secundum JEsu Christi promissum, uni Sedi Episcopali Auctoritas, & Jurisdictio in omnes alias, atque in definiendis Fidei causis infallibilitas inhæreat. Flavianus Constantinopolitanus Eutychem, & Sectatores ejus, quos inter Dioscorus, damnat, Dioscorus Alexandrinus Eutychem absolvit, & Flavianum damnat; specimen etiam justitiæ præbet, quod Dioscorus affirmet, se nullam aliam, quam Doctrinam Conciliorum Nicæni, & Ephesini I. defendere. Quando litium finis erit, & quis Judex? nisi Successor illius, ad quem solum JEsus Christus ter dixit: *Pasce oves meas!* † & *Confirma Fratres tuos?* ††

† *Joan. 21.*
†† *Luc. 22.*

Nihilominus Juvenalis Jerosolymitanus, eodem modo, quo Dioscorus, Depositionem Flaviani, & Eusebii, ac si Fidem Nicænam, & Ephesinam corrupissent, pronuntiavit. Exemplum Domnus Antiochenus, Thalassius Cæsarienſis, Eusebius Ancyranus, Stephanus Ephesinus, & reliqui omnes secuti sunt. Ipse Barsumas, ut Judex, post omnes Episcopos pronuntiavit. Tunc omnes, exceptis Papæ Legatis, nomina apposuerunt. Talia Concilii Ephesini Acta legimus; sed non sine tumultu hæc gesta sunt. Sæculum V. A.C. 449.

Quando Dioscorus Sententiam in Flavianum pronuntiare cœpit, Onesiphorus, Episcopus Iconiensis, cum pluribus aliis surgens de Sede sua, & Dioscori genua complexus, efflictim rogabat, ne faceret. Ipse exiliens & stans in pedaneo, dixit: *etsi scirem, linguam mihi e gutture evellendam, non aliud loquerer*: atque Episcopis preces geminantibus, & repugnantis genua tenentibus, clamavit: *huc Comites!* tunc Proconsul, stipatus maxima cohorte militum, partim gladiis, partim fustibus armatorum, & præparatas catenas gestantium, intravit. Ita plerique Episcoporum, cum viderent vim adhiberi, in tabula rasa nomen apposuerunt, cum in Ecclesia usque ad noctem inclusi, alia via libertatem sperare non possent. Qui Flaviano fidem servantes, subscribere *Conc. Calc. Act. 1. p. 253.* *ibid. p. 130.*

Sæculum V. A.C. 449.

bere noluerunt, in exilium missi. Diaconus Hilarus, elusis feliciter insidiis, Romam occultis itineribus pervenit. Quidam alii Episcopi in hoc Concilio fuere depositi, de quibus Acta, quæ habemus, non meminerunt, scilicet Ibas Edessenus, & Daniel Carrisienſis, ejus Nepos, Aquilinus Byblienſis, & Savinianus Perranus. Theodoretus, etiam absens, depositus fuit; imo & Domnus Antiochenus, quia consensum suum in condemnationem Flaviani, vi extortum, retractasset; quod etiam malis Dioscori artibus effectum; nam tertio post illam Sessionem, in qua Flavianus depositus, die, Dioscorus in Concilio protulit epistolas, a Domno ad se contra duodecim S. Cyrilli articulos datas; verborum sensum in eis obscurum dicebat, atque tanquam de Nestoriana Hæresi suspectum, quamvis absens esset, & ægrotus, deposuit. Quid Domno exinde factum, nescimus; ipsum ad Monasterium S. Euthymii rediisse, ibique haud diu postea diem clausisse, conjectura est. Hic exitus fuit hujus Concilii, quod multo frequentius nomine Latrocinii Ephesini occurrit.

Epist. Pulch. part. 1. *Conc. Calc. c.* 35. *Evagr.* 1. *c.* 10.

Niceph. 14. *c.* 47.

Brevic. Hist. Eutych. to. 4. *Conc. p.* 1080

Evagr. 1. *c.* 10.

Flavianus, & Eusebius in carcerem detrusi. Sed Flavianus præterea, quod in Concilio contra protestatus fuisset, Legatis Papæ Libellum tradidit, quo ad Sedem Apostolicam appellabat. Soluto Conci-

Sæculum V. A.C. 449.

Concilio Dioscorus illico discessit, pronuntiavitque Excommunicationem contra S. Leonem Papam, cui ut subscriberent, decem ferme Episcopos, qui secum ex Ægypto venerant, adduxit. Flavianus in Exilium missus, post paucos dies Hypepe in Lydia, Persecutorum pedibus proculcatus, & ærumnas maximas præsertim a Barsuma, & Monachis ejus perpessus, occubuit. Ecclesia memoriam Ejus 18va Febr. colit. In ejus locum, verosimiliter jam defuncti, Episcopus Constantinopolitanus ordinatus est Anatolius, Diaconus Alexandrinus, qui Constantinopoli Dioscori Apocrisiarius fuerat. Inde Schisma in Ecclesia ortum, Episcopis Ægypti, Thraciæ, & Palæstinæ, Dioscorum, Episcopis vero Ponti, & Asiæ illos sequentibus, qui Communioni Flaviani adhærebant. Hoc vulnus ante obitum Theodosii non coaluit. Imo hic Princeps Edictum promulgavit, quo Concilium Ephesinum secundum approbatur, & præcipitur, ne quis Episcopus ordinetur, qui Hæresin Nestorii, & Flaviani defendat, quorum unam esse Doctrinam putat; prohibetur etiam, ne quis servet Theodoreti libros, qui in censum librorum Nestorii referuntur. (*)

Libell. Theo. Conc. Calc. A. 3. p. 397. Prosp. Chr. int. Marc. Chr. A. 449.

Conc. Calc. A. 4. p. 524. Martyr. R. 18. Febr. lib. Brev. c. 12.

Conc. Calc. part. 3. c. 10.

Interim

(*) Hier finde ich wieder eine feine Anmerkung des tollen Uebersetzers, in welcher er saget: *Dioscorus*

Sæculum V. A.C. 449.

Interim Res Orientis S. Leonem maxime sollicitum tenebant, vehementer mirantem, quod nullæ litteræ inde advenirent; itaque, cum vir spectatus, cui nomen Eupsychius illo profecturus, scribendi opportunitatem præbuisset, ad Flavianum epistolam dedit, qua suam sollicitudinem indicat. Hæc epistola undecima Aug. an. 449. scripta. Verum haud diu postea reversus ad eum Archidiaconus Hilarus omnia, quæ acta fuerant, plenissime Sanctum Papam edocuit.

Ep. 35. *al.* 21.

§. XLII.

Ravennius, Episcopus Arelatensis.

At vero priusquam Diaconus advenisset, S. Leoni, adhucdum ob res Orientis incertitudine suspenso, allata est epistola Episcoporum Provinciæ Viennensis, (*) qua Electio Ravennii in Sedem Arelatensem, S. Hilario succedentis, nuntiabatur. In S. Leonis Responsoria leguntur Nomina

Ep. 36. *al.* 106.

corus war eben ein solcher Mann, als sein Vorfahrer *Cyrillus*. Warum hat aber der Heil. Cyrillus die Wahrheit der Gegenwart JEsu Christi im Heil. Abendmal so gar deutlich erweisen müssen und das Ansehen des Römischen Pabstes vertheidigen? Denn das ist die Ursach, warum unser Uebersetzer ein unversönliches Herz gegen ihn bekommen.

(*) Forte Arelatensis, ut Anonymus I. notat.

na duodecim Episcoporum, ad quos data est, & dicit SS. Pontifex: *Nostro judicio confirmamus Bonum opus, quod feciſtis, dum in urbe Arelatensi, defuncto Hilario S. Memoriæ, Virum, quem æque ac Anteceſſorem ejus magni æſtimamus, Fratrem Noſtrum Ravennium, unanimi conſenſu, atque ex Clericorum, Magiſtratuum, Populique voto conſecraſtis.* Ex his colligimus, morem fuiſſe, ut equidem Papa de Electione Episcopi in Sedem Majorem, qualis erat Arelatensis, certior redderetur, sed ipsius consensum, antequam consecraretur, non fuisse expectatum. Notari quoque merentur verba, magnum honorem testantia, quo S. Leo Papa S. Hilarium Arelatensem, non obstantibus, quæ olim inter ipsos acta erant, prosequitur. Hæc epistola 22. Aug. a. 449. data. S. Leo ad Ravennium quoque scripsit, qui ei non erat ignotus, quia in Causa S. Hilarii Romæ fuerat; hortatur, ut omnes virtutes, quibus Episcopale fastigium ornatur, colat, & se de iis, quæ pro Bono gregis sui facturus esset, sæpius per litteras edoceret. Paucis diebus elapsis, nempe 26. Aug. alteram ad eundem dedit, qua monet, ut ab homine, per Provincias Galliæ vagante, nomine Petronio, qui se Diaconum Ecclesiæ Romanæ dicebat, sibi caveret. *Mone cæteros Episcopos*, ait in fine S. Leo, *ut impoſtorem ab*

Sæculum V. A. C. 449.

Sup. §. 4.

Epiſt. 37. *al.* 107.

Epiſt. 38. *al.* 107.

Sæculum V. A.C. 449.

omnium Ecclesiarum Communione excludant.

§. XLIII.

Concilium Romanum Ephesino oppositum.

Hilarus Diaconus Romam pervenit sub Finem Mensis Sept. jam vero singulis annis initio Octobris in Urbem Concilium convocabatur, cum igitur opportunissime Patres essent congregati, de iis statim, quæ Ephesi acta erant, deliberatum. Omnia communi omnium Sententia rejecta sunt, & plures epistolæ Nomine S. Leonis, & Concilii scriptæ. Prima ad Imperatorem Theodosium dirigitur, in qua S. Leo, Dioscorum plurima adhibita vi egisse, & in Concilio Ephesino nullam Canonum rationem habitam conqueritur. *Relatum est ad nos,* inquit: *non omnes eos, qui ad Concilium convenerant, ad ferendam Sententiam fuisse admissos. Quidam rejecti sunt, quidam introducti, qui victas, captasque manus dederunt, &, quod Dioscorus impie petebat, coacti subscripserunt, optime gnari, actum esse de sua Dignitate, nisi obedirent. Legati nostri constanter restiterunt, & merito, nam totum Fidei Christianæ Mysterium tollitur, nisi crimen istud, omni Sacrilegio majus, deleatur. Igitur Ego & Fratres mei obtestamur te (ne silentium nostrum coram Tribu-*

Epist. Leon. 16. *al.* 4.

Tribunali JEsu Christi nos reos faciat) & in conspectu inseparabilis Trinitatis, & omnium Angelorum obsecramus te! jube, ut omnia in eo statu, in quo ante hæc judicia fuerant, permaneant, donec ex toto Mundo major Episcoporum numerus congregetur! Sæculum V. A. C. 449.

Et inferius: *Omnes Italiæ nostræ Ecclesiæ, & Episcopi, cum lacrymis tibi supplicant, ut Concilium universale in Italia celebrari jubeas, cum Nostri fideliter reclamarint, iisque Flavianus Libellum Appellationis tradiderit. Ita omnia de Fide dubia, & omnes dissensiones, quæ vinculum charitatis disrumpunt, aufferentur. Episcopi ex Provinciis Orientis quoque adveniant, ut, qui infirmitate animi erraverunt, restitui possint. Ex Concilii Nicæni Canonibus, huic epistolæ adjectis, intelliges, quam necessaria, postquam appellatum est, nostra postulatio sit.* Dubium non est, quin Canones Nicæni, hic memorati, nulli sint alii, qnam Sardicenses, & notatu dignum, in quem sensum eos S. Leo interpretetur; (*) quamvis enim

Sap. l. XII. §. 39. & l. XXIV. §. 6.

(*) Ueber diese Sardicensische Canones vernünftlet unser Uebersetzer, und saget in seiner Anmerkung; daraus sey das Recht der Appellation entstanden, welches ob es wohl anfänglich nur auf die Absetzung der Bischöfe eingeschränket gewesen, dennoch

Sæculum V. A.C. 449.

illi Canones, Appellatione ab Episcopis interjecta, soli Papæ judicium tribuere videantur, tamen S. Leo id Concilio universali defert, atque illud convocandi necessitatem, tam ex Canonum præscripto, quam ex Appellatione, a Flaviano suis adversariis oppositа, infert. (*) Secun-

v. Quesn. Dissert. 8.

da

dennoch nachher auf alle vorkommende Fälle erweitert worden. Im Anfange wäre es eine bloße Gunst, und Gefälligkeit gewesen, nachher sey eine Schuldigkeit daraus geworden. Ja freylich! nur die Fälle, welche in den Geschichten des Herrn Fleury allein vorkommen, hätten den Uebersetzer von den Rechten des Römischen Stuhles überzeugen können, wenn er keine Vorurtheile vor den Augen hätte. In den dreyen ersten Jahrhunderten war die Ausübung solcher Rechte, welche den Nachfolgern Petri auf seinem Bischöflichen Stuhle aus den Worten Christi im Evangelio zugeflossen, theils unmöglich, theils nicht nothwendig; sind doch viele Fragen von den Geheimnissen des Glaubens, und der Menschwerdung Christi selbst allererst nach den entstandenen Ketzereyen des Arius, Nestorius, und Eutyches in ein volles Licht gesetzet worden. Allein so viel Einsicht hat unser Uebersetzer nicht.

(*) P. Balduinus in sua Reflexione ad hunc Librum, & Numerum dicit Fleurium sibi ipsi applaudere in S. Leonis verbis: quod Appellationem S. Flaviani Concilio deferat, quamvis id Canones Sardicenses soli Papæ tribuisse videantur. Nullus

da epistola Synodalis S. Leonis, & Concilii Romani, ad S. Pulcheriam data est. Idem, quod in præcedenti epistola, queritur, quod nempe epistola sua ad Flavianum Ephesi non fuerit lecta. Declarat, quod omnes Episcopi Occidentis Communionem cum Flaviano conservent, & rogat Sororem Principem, ut illorum preces, qui Concilium universale pete-

Sæculum V. A. C. 449.

Epist. 41. *al.* 26. S. Leonis Papæ epistolæ.

Nullus hic plausus! sed quid S. Leo scripserit, Fleurius simpliciter refert. Addit Pater Balduinus: sed Fleurium ad ea advertere oportuisset, quæ ipsemet inferius in Libro XXX. Num. XXXV. ex S. Gelasio excerpsit, nempe: *frequenter etiam sine Concilio præcedente Sacra Sedes eos absolvit, quos Concilium inique damnaverat, & eos damnavit, quos damnari oportuit.* Ecce hic P. Balduinus dari in SS. Pontifice Auctoritatem absolvendi, & damnandi sine Concilio ex ipsius Fleurii excerptis probat. Ubi hic mala fides? At aliqua verba omisit; respondeo: noluit omnia verba reddere, sed sensum. Quid est, quod conqueratur P. Balduinus? cum, ipsomet judice, ex his excerptis Fleurii satis constet, S. Gelasium dixisse, Papam in Concilio damnatos, etiam nullo existente Concilio posse absolvere? Si Pater Balduinus, omissis inutilibus jurgiis, ex Historia Fleurii testimonia pro Auctoritate Sacræ Sedis, ab ipso ex omnibus Sanctis Patribus, & SS. Pontificibus excerpta, conscribere voluisset, integrum volumen, Ecclesiæ utilissimum, & refellendis Hæreticis aptissimum, edidisset.

Sæculum V. A. C. 449.

terent, apud Fratrem Imperatorem suo suffragio fulciret. Epistola tertia data est ad Clericos, Magistratus, & populum Constantinopolitanum; in ea solatium ingerit, hortaturque, ut constantes in Fide, & Episcopo suo obedientes perseverent. *Quoniam*, ait S. Leo, *quisquis Flaviani Sedem invadere, ipso in vivis agente, ausus fuerit, nunquam nostra Communione dignus erit, aut Episcoporum censui inseretur.* Epistola S. Leonis quarta, ad Faustum, Martinum, Petrum, Magnum, Eliam, & Emanuelem, qui omnes Presbyteri, aut in urbe Constantinopolitana Abbates, data, in eundem finem scripta est, ut solatium afflictis afferat, & in Fide, atque obedientia sui Episcopi confirmet. Quatuor epistolæ Synodales eadem die, Idibus Octobris, Asterio, & Protogene Consulibus, id est, decima quinta Octobris, anno 449. scriptæ.

Epist. 45. *al.* 21.

Epist. 47. *al.* 20.

S. Leo alias quoque epistolas privatas scripsit. Prima est, ad S. Flavianum, ut solatium ferret, & constantiam inspiraret; necdum enim defunctum sciebat. Altera ad Anastasium Thessalonicensem, cui gratulatur, quod Epheſi non fuisset, hortatur, ut in Fide, & Communione Flaviani perseveret, & aliis fortitudinis exemplum præbeat. Scripsit ad Julianum Coanum, eundem in finem, nempe ut æquo animo esse juberet. Rursusque ad Clericos,

Epist. 42. *al.* 27.

Epist. 43. *al.* 29.

Epist. 44. *al.* 30.

Epist. 46. *al.* 23.

cos, Magistratus, Populumque Constantinopolitanum, ut de Incarnationis Fide, quam tenere deberent, amplius erudiret. Hæc ultima posterius quam cœteræ scripta videtur, quia in ista S. Leo mentionem facit de populi acclamationibus, quæ conscriptæ, & ad ipsum missæ fuerant, nec aliæ esse possunt, quam illæ, quibus populus Flaviani Depositionem publice maledictis insectatus fuerit. In hac epistola S. Leo inter alia argumenta, quibus Incarnationis veritatem probat, affert Sacramentum Evchariſtiæ, (*) *in quo ipsi infantes*, inquit, *ore suo veritatem Corporis, & Sanguinis JEsu Christi confitentur.* Nempe illo tempore parvuli Corpus, & Sanguinem Christi accipiebant, & cum cœteris respondebant: *Amen!* Hilarus Diaconus suo Nomine ad S. Pulcheriam litteras dedit, excusans, quod Constanti- Sæculum V. A. C. 449.

(*) Da haben wir wiederum ein unvergleichliches Zeugniß des Heil. Leo für die wahre Gegenwart Christi im Heil. Sacrament; unser Uebersetzer ist ein grosser Feind dieses Geheimnisses; was saget er aber dazu? hat er vielleicht hier eine lange Anmerkung gemachet, und diese Lehre heftig bestritten? ja wohl! er zeiget uns den Rücken, und hat die fünf Zeilen von den Worten: in hac epistola an, bis auf: Hilarus Diaconus, schlechterdings ausgelassen. Ey! Herr Uebersetzer! was werden redliche Protestanten zu dieser Heldenthat sagen? *part. 4. p. 556.*

Sæculum V. A. C. 449.

stantinopolim non iviſſet, ut epiſtolas Papæ, quas eidem reddendas habebat, traderet. Significat quo modo res Epheſi geſtæ fuiſſent, quanto periculo fugiſſet, & refert Dioſcori Tyrannidem, quam Papa, & totum Occidentis Concilium damnaſſet.

Conc. Calc. p. 1. c. 24.

§. XLIV.

Theodoreti Epiſtola ad S. Leonem.

Ep. 113. ap. S. Leon. p. 531.

Theodoretus, cum & ipſe, quæ Epheſi acta eſſent, comperiſſet, ad S. Leonem Papam ampliſſimam dedit epiſtolam; in exordio agnoſcit, Sanctam Sedem primum locum tenere in omnibus. (*) Deinde in laudes Urbis, & ſpeciatim S. Leonis prolixius excurrit, Zelum ejus adver-

c. 2. ſus Manichæos effert, ejusdemque ad Flavianum Epiſtolam, quam legiſſe ſe, & admiratum, tanquam Spiritus S. verba, affir-

c. 3. mat. Inde ad cauſam ſuam deſcendens, de Dioſcori injuſtitia queritur, qui ſe non vocatum, nec expectatum, abſentem, & itinere triginta quinque dierum remotum

c. 4. condemnaſſet. Labores, quos pro Eccleſia tuliſſet, memorat. *Ab annis viginti ſex*, inquit, *munus Epiſcopale gero, nunquam*

(*) In omnibus. in allen ſoll der Römiſche Stuhl den Vorzug haben; das war dem Ueberſetzer zu viel, darum hat er dieſes Wörtgen ausgelaſſen.

quam Theodoto, nec Episcopis Antiochenis, Antecessoribus ejus, visus sum reprehensione dignus. Ultra mille Marcionitas, Arianos, & Eunomianos plurimos ad veram Ecclesiam reduxi. Octingentas Parochias sub Pedo meo Pastorali numero, in iis nec unum Hæreticum invenire est. Quoties ab insectatoribus lapidibus ictus fuerim, & quam acriter adversus Gentiles, & Judæos decertandum fuerit, testis mihi est in Cælo Deus. Multos libros ab annis viginti c. 5. *scripsi.* Tum eosdem singulatim recenset. *In iis Lector, an Regulam Fidei secutus sim, vel ab eadem discesserim, facile deprehendet.*

Sæculum V. A.C. 449.

Obsecro! humillimas preces meas non rejicias, nec spernas Senectutem meam, post tot labores, ab adversariis meis despectam. Imprimis mentem tuam scire percupio, an huic Depositionis sententiæ, per nefas in me latæ, acquiescere debeam. Tuum judi- c. 6. *cium expecto. Si jubes, ut his Judicibus obediam, tibi obsequar. Nemini ero molestus, Dei Judicium expectabo; Deus, inquam, quem testor, non hic meum privatum honorem mihi cordi esse, sed animarum periculo me commoveri, cum aliqui ex rudioribus, præsertim ex Hæreticis, nuper conversis, suspicari possint, me ipsum Hæresis labe infectum; vident enim, quanta sit eorum Auctoritas, a quibus damnor, at veram Doctrinam a falsa discernere non*

Theodoretus,

Sæculum V. A. C. 449.

valent. Ego quidem annis plurimis Episcopus sum, hoc tamen tempore nec domum, nec agros, nec sepulchrum etiam, vel obolum acquisivi; sponte Paupertatem amplexus sum, Hæreditatem paternam statim post obitum Parentum meorum, testis est omnis Oriens, in alios distribui. Hanc tibi epistolam Presbyteri Hypatius, Abraham Chorepiscopus, & Alypius, Monachorum Exarcha, qui apud nos sunt, pervehent; mihi te ire non licet, me enim, sicut cæteros, Imperatoris jussa retinent.

c. 7.

Iisdem tres alias litteras ferendas commisit; unam ad Renatum, Ecclesiæ Romanæ Presbyterum, & Legatorum Pontificis ad Concilium Ephesinum unum, quem jam defunctum vita Theodoretus nesciebat, imo Concilio adfuisse non dubitabat. In ea Sanctæ Sedis Primatum supra omnes Mundi Ecclesias confitetur, quod ex eo præcipue arguit, quia hanc Sedem nulla unquam Hæresis afflavisset. (*) Altera epistola ad Archidiaconum Romanum, nempe ad Hilarum data est; nihil autem in sermone occurrit, ex quo colligi posset, sciviſſe Theodoretum, ipsum Ephesi fuisse. Tertia ad Episcopum, cui nomen Florentius, dirigitur, sed in contextu plures compellat, tanquam Occidentis Episcopos, qui cum S. Leone

Epist. 116.

ep. 118.

ep. 117.

(*) Eximium prorsus Theodoreti contra Protestantes testimonium?

Leone causam ejus discussuri essent. Simul ad Patricium Anatolium scripsit, rogans, ut sibi ab Imperatore libertatem in Occidentem proficiscendi impetraret, & ab illius Orbis Partis Episcopis judicaretur, aut saltem reverti sibi liceret ad suum Monasterium, quod ab urbe Cyrensi centum viginti milliariis, Antiochia septuaginta quinque, & Apamea tantum tribus, distabat; id rogandi causa fuit, quod subaudisset, esse, qui eum urbe Cyrensi vi expellere cogitarent. Quamvis S. Leonis, aliorumque Occidentalium epistolas responsorias non habeamus, ex sequentibus tamen discernimus, acceptissimos venisse Legatos ejus, & Papam, insuperhabita Dioscori Sententia, Theodoretum in suum Episcopatum restituisse. Imperator quoque Licentiam fecit, ut ad suum Monasterium rediret, ubi Historiam suam Ecclesiasticam concinnasse creditur. Ibi etiam plures epistolas apologeticas, & ad amicos consolatorias scripsit.

Sæculum V. A. C. 449.

ep. 119.

Conc. Calc. Act. 1. *p.* 102. *epist.* 122. 123. *&c.*

Interea Principis Pulcheriæ Responsoria S. Leoni reddita, in qua summum in Fidem Catholicam affectum testatur; Pontifex Gratias egit, preces iterans, ut petitionem suam de convocando Concilio suo suffragio juvaret, *Res enim humanæ*, inquit, *in tuto esse nequeunt, nisi Fides simul Regali, & Sacerdotali Auctoritate defendatur.* S. Leonis Responsum decimo

ep. 48. *al.* 31.

Sæculum V. A. C. 450.

mo sexto Kalendas Aprilis, Valentiniano septimo cum Collega Avieno Consule, nempe 17. Martii, anno 450. datum est.

ep. 49. al. 32. Eodem die scripsit ad Martinum, & Faustum Abbates Constantinopolitanos, respondens ad eorum epistolam, quam responsoriam, cum ipse unacum Concilio Romano scripsisset, dederant. Hortatur, ut populos in Fide Catholica contineant.

§. XLV.

Rescriptum in Causa Ecclesiarum Arelatensis, & Viennensis.

Post ep. 49. S. Leon. Sub idem tempus S. Leo binam ex Gallia Legationem recepit. Prima advenit ab Episcopo Viennensi, querente, quod Episcopus Arelatensis ordinationem Episcopi Vasionensis sibi arrogasset. Alteram Legationem adornarant Episcopi Provinciæ Arelatensis, qui missis Presbytero, cui nomen Petronius, & Diacono, cui nomen Regulus, libellum supplicem communibus votis obtulerunt, in quo sequentia leguntur: *Res est in tota Gallia notissima, & Romæ minime ignota, nullam aliam Civitatem prius quam Arelatensem Episcopum accepisse, nimirum S. Trophimum, a S. Petro Apostolo missum, & porro Fidei Prædicationem ab hac Ecclesia in cæteras Galliarum Partes fluxisse; itaque, cum Episcopi Arelatenses Viennensibus antiquiores*

Sæculum V. A. C. 450.

quiores sint, quo jure Viennensis hodie Primatum sibi tribuit? Non est necesse, ut hic nomen: *Galliæ*, in tota sua amplitudine accipiatur, sufficit, si de Provincia Narbonensi integra, id est, de antiqua Provincia Romana intelligatur. Quod autem S. Trophimus a S. Petro missus referatur, id solum indicat, quod a Sancta Sede missus sit. (*) Ulterius in hoc Libello dicunt: *Hinc Antecessores nostri Ecclesiam Arelatensem semper Matris loco venerati sunt, semper Civitates nostræ inde sibi Episcopos dari postularunt, atque hujus Ecclesiæ Episcopi semper Majores nostros, sicut & nos, consecrarunt. Majores tui hujus Ecclesiæ Privilegia suis Epistolis confirmarunt, nec ullatenus dubitamus, eas in S. Sedis tabulis inveniri. Decreverunt, ut Ecclesia Arelatensis ad eum modum in Galliis Auctoritate polleat, quo Ecclesia Romana in universo Mundo Primatum tenet.* (**) Tum Civitatis Arelatensis prærogativas civiles subjungunt; *Constan-*

(*) Hic Fleurius sequitur Gregorium Turonensem; Anonymus I. aliud sentit, & putat, id quod de Missione S. Trophimi refertur, ad litteram accipiendum. Sed sive a S. Petro, sive ab aliquo Successorum ejus missus fuerit, nihil Auctoritati Summæ Sedis derogatur.

(*) Primatus heisset bey dem Protestantischen Uebersetzer ein Vorgang. Ubrigens ist dieses Zeugniß

Sæculum V. A. C. 450.

Constantinus eidem Nomen tribuit. Valentinianus, & Honorius hanc urbem universæ Galliæ Matrem appellarunt; Illorum Imperatorum temporibus in ea Consulatus dabatur, & recipiebatur. Hanc Præfectus Prætorio insidet. Inde est, quod hæc Ecclesia non solum Provinciam Viennensem, sed tres Provincias, & ex Sanctæ Sedis mandato omnes Gallias semper gubernaverit.

Ep. 50. *al.* 109.

S. Leo in sua Responsoria nomina duodecim Episcoporum, ad quos dirigitur, ponit, & dicit, Episcopi Viennensis Legatos, & Epistolas prius ad se pervenisse. Pars utraque, quæ in rem suam erant, exposuerat, ex quibus apparebat, jam Viennensem, jam Arelatensem Ecclesiam per vices varias Prærogativas usurpasse. Itaque S. Leo Auctoritatem, quam Episcopo Viennensi jam prius, rejecta S. Hilarii Arelatensis petitione, tribuerat, confirmavit, decrevitque, ut Episcopus Viennensis quatuor vicinis Civitatibus, Valentiæ, Civitati Allobrogum †, Genevæ, & Gratianopoli præesset, aliæ ejusdem Provinciæ urbes Episcopi Arelatensis Regimini subes-

† Tarentasiæ.

sent.

niß der Bischöfe aus der Arelatensischen Provinz für das Ansehen der Römischen Kirche wider die Protestanten sehr herrlich.

sent. (*) Hæc Epistola tertio Nonas Maji, Valentiniano, & Avieno Consulibus, id est, quinta Maji 450. data est. Eadem die ad Ravennium Arelatensem scripsit, jubens, ut Epistolam suam ad Flavianum datam, quam ipsi unacum Epistola S. Cyrilli mittebat, omnibus Galliarum Episcopis notam faceret. Dicit quoque, se Legatos Ecclesiæ Arelatensis diutius detinuisse, quod voluisset, ipsos eorum omnium testes esse, quæ contra novam Hæresin, Incarnationi adversantem, statuerentur. Hæc verba indicare videntur, quod Concilio Romano mensis Octobris elapsi interfuerint; & SS. Pontificis voluntas fuerit, ut Episcopi ex ipsorum ore, quæ chartæ mandare consultum non fuisset, discerent.

Sæculum V. A. C. 450.

Ep. 51. *al.* 110.

§. XLVI.

Valentiniani ad Theodosium Epistola.

Imperator Valentinianus Ravenna Romam profectus est ad Festum S. Petri, nempe, ut conjecturæ locus est, anno 450. sub finem Mensis Junii; Galla Placidia, Mater ejus, & Licinia Eudoxia, uxor, piæ

Conc. Calc. p. 1. *c.* 25. 26. *&c. & post ep. S. Leon.* 47.

(*) Der Uebersetzer hat hier eine Nota, in welcher er das Urtheil des heil. Leo durchaus mißbilliget. Wir haben in der kürzlich vorhergehenden Anmerkung gesehen, daß er zwar den heil. Leo unverschämt lästern, aber nicht widerlegen kann.

Sæculum V. A.C. 450.

piæ Peregrinationis Comites se dedere. Altera, postquam advenerant, die, in Ecclesiam S. Petri se conferunt; peracta Vigilia, nempe ipso Festo, S. Leo, pluribus ex diversis Provinciis Episcopis circumdatus, quippe ad hanc solemnitatem Romam convenire adsueverant, ubi persolutæ preces, coram Altari, in conspectum Imperatoris, & Reginarum processit, inter viriles gemitus rogans, ut Fidei Catholicæ periculo, in quo versaretur, maximo, moveri se paterentur; tum miserum Religionis statum in Oriente referunt, & Flavianum per summam injuriam a Dioscoro depositum. Supplices igitur Cæsarem, & Principes Fœminas per Sanctitatem Loci, in quo starent, obtestabantur; ad Imperatorem Theodosium scriberent, peterentque, ut Concilium totius mundi, & œcumenicum convocaret, quod tantis malis remedium afferret. Hæc S. Leonis postulatio, Episcoporum preces, & populi acclamationes in Acta relatæ sunt.

Ergo Imperator Valentinianus ad Theodosium scripsit; rogabat, ut S. Petri Dignitatem, & Primatum supra omnes Ecclesias ab Antiquitate Episcopo Romano concessum, tueri vellet, ita ut liberè de iis, quæ Fidei sunt, decernere, & ipsos Episcopos judicare posset. *Hinc enim Episcopus Constantinopolitanus*, inquit, Conci-

Conciliorum Canones secutus, ad ipsum appellavit. Gratissimum igitur mihi, & Ecclesiæ feceris, si mandaveris, ut, omnibus mundi Episcopis in Italia congregatis, Papa unacum ipsis totam causam retractet, atque Fidei, & Religioni consentaneum ferat Judicium. Ambæ Imperatrices in eundem sensum scripserunt. Placidia item suo nomine scripsit ad Pulcheriam, hortata, ut in eundem finem consequendum operam conferret. Sæculum V. A.C. 450.

S. Leoni Imperator Theodosius ad Epistolam Synodalem Mensis Octobris, anni 449. dederat Responsorias, in quibus dicebat, Concilium Nicænum sufficere, nec opus esse, ut novum convocetur, petebatque, ut Papa Anatolii, Episcopi Constantinopolitani, in locum Flaviani electi, Ordinationem ratam haberet. S. Leo noluit Confirmationem præcipitare, sed distulit, donec de Fide Anatolii sibi plenius constaret, petiitque, ut Fidem coram omnibus Clericis, & populo profiteatur, & confessionem manu sua scriptam ad S. Sedem mittat, in omnibus Ecclesiis promulgandam; Ea Epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium, & ipsius Papæ, S. Leonis, ad Flavianum datæ consentanea sit, illosque, qui aliud de Mysterio Incarnationis crederent, a sua Communione rejiciat. Tum subjungit: *Mitto Fratres meos, Abundium, & Asterium,* *Ep. 52. al. 53.*

S. Leo

Sæculum V. A. C. 450.

Episcopos, & Basilium, & Senatorum Presbyteros, ut si Episcopus Constantinopolitanus eandem Fidem confiteatur, & pace Ecclesiæ gaudeamus, & si aliqui ab ea recedant, Clementia Tua Concilium Oecumenicum in Italia agi concedat, quod Synodus, in hunc finem Romæ congregata, mecum petiit.

Ep.53.al.34. Simul ad Faustum, Martinum, alios-que Abbates Constantinopolitanos, numero sedecim, scripsit, rogans; cum suis Legatis operam jungerent, & efficerent, ut ab Anatolio publica Fidei Professio exigeretur. Hæ Epistolæ ad Imperatorem, & Abbates eadem die decimo sexto Kalendas Aug. Valentiniano, & Aviteno Consulibus, id est, 17. Julii, anno 450. datæ sunt. *Ep.54.al.35.* Triduo posterius ad Imperatricem Pulcheriam in eundem finem scripsit.

Conc. Calc.p. 1.c.29.30.31. In Responso Theodosii ad Imperatorem Valentinianum, & ambas Imperatrices, Placidiam, & Eudoxiam, nihil praeter humanissimas formulas continebatur; nisi quod summatim se Religioni addictissimum affirmabat; cœterum se ea, quæ Religionem respicerent, ad Papam perscripsisse ajebat, tamque Concilium Ephesinum, quam Depositionem Flaviani rata habenda esse contendebat. (*)

§. XLVII.

(*) Wiederum eine Anmerkung des Ueberset-
zers.

Sæculum V.
A. C. 450.

§. XLVII.

Theodosii obitus. Marcianus Imperator.

Chrysaphium Evnuchum, qui suis artibus Theodosii animum in Schismate Dioscori fovendo obfirmabat, avaritia infamem reddiderat, inde, haud diu post hæc, Principis Gratia excussus, in Insulam relegatus, & suadente Pulcheria merito supplicio sublatus. Imperator Theodosius e vita excessit eodem anno 450. 29. Jul. annos natus quadraginta novem, postquam quadraginta, & uno imperasset. (*) Eudoxia Imperatrix, defuncti uxor,

Marcell. Christ. an. 450. *Niceph. XIV. c.* 49. *Prosp. integ. h. an.*

tzers. Er hatte in seinem gehörigen Orte vergessen zu melden, daß Dioscorus sich nicht gescheuet, den heil. Pabst Leo zu excommuniciren; hier erzehlet er mit grossem Vergnügen, daß Dioscorus diesen Streich ausgeführet habe; und setzet hinzu: Diesen Bann unterzeichneten zehn Bischöffe, aber wie leicht zu erachten, mit zitternden Knochen. Wenn sie in dem Dioscorus einen rechtmäßigen Gewalt hierzu erkannt hätten, würden sie nicht so gezittert haben.

(*) Eine neue Anmerkung unsers Protestanten über die Regierung, und Gemüthsart Kaysers Theodosii. Zu Ende verfället er, ich weiß nicht wie, auf den heil. Cyrillus, und fähret in seiner Unsinnigkeit fort diesen heil. Mann mit den beyden Helden, wie er saget, dem Theophilus, und Dioscorus zu vermengen.

Sæculum V. A. C. 450.

uxor, relicta Constantinopoli, votum fingens, Jerosolymam petiit, ibique reliquos vitæ annos egit. Inde Pulcheria, Virginis Iconem, quæ a S. Luca picta ferebatur, dono misit. Itaque Pulcheria, defuncti Soror, jamque Imperii Orientis Domina, effecit, ut Marcianus, in Illyrico natus, rebus Bello gestis clarissimus, Imperator eligeretur. Hunc igitur Senatus, Exercitus, omnium hominum Ordines, Imperatorem salutarunt; nec tanta res dilata est, donec de consensu Valentiniani, qui in Occidente imperabat, constaret, quo autem non obstante, is Marciani Electioni postea acquievit. Pulcheria, ut Marciano majorem Auctoritatem conciliaret, & ipsa in Imperio Socia esse posset, eidem nupsit, addita conditione, ut Virginem permanere liceret; quippe annum vitæ quinquagesimum primum numerabat, & ipse a Senectute non aberat. Ex priori Matrimonio ei filia supererat, quæ Anthemio, postea Occidentis Imperatori, nuptui data. Duæ præ aliis Virtutes Marcianum commendabant, zelus in Religionem Catholicam, & in egenos liberalitas. In Hebdomon, Die Jovis, 24. Aug. Imperator proclamatus est.

Marcell. Chro. 450.
Chr. Pasch. p. 319.
Idac. Chron.
Olymp. 30.
Evagr. 1. *c.* 21. 22.
Nice. XIV. Theod. lect. c. 1. 2.
Evag. II. hist. c. 1.
Evagr. II. c. 16. *III. c.* 26
Chro. Pasch. p. 319.

In Imperii sui principiis Legem condidit, qua Clerici, & Monachi, qui a Religione Catholica deficientes, Hæresin

L. ult. Cod. de Apost.

Apol-

Apollinaris, aut Eutychis amplecteren- Sæculum V.
tur, omnibus Hæreticorum pœnis sub- A. C. 450.
jiciebantur. Duodecima Nov. anni se-
quentis 451. severissimam Legem ad ex-
tirpandam Idololatriam tulit. Prohibet, *L. 7. Cod. de pag.*
ne fana, jam diu clausa, aperiantur, ne
fores floribus ornarentur, nec in aris suc-
cenderetur ignis, thus injiceretur, offer-
rentur Libationes, aut victimæ immola-
rentur. Rei ultimo supplicio afficeren-
tur, Bona omnia Fisco adscriberentur.

§. LXVIII.

Concilium Constantinopolitanum sub Anatolio.

Sancti Leonis Papæ Legati, Roma sub *Acta S. Abund. ap. Bar. an. 405. p. 120.*
finem Mensis Julii, anno 450. profe-
cti, Constantinopolim, Theodosio Impe-
ratore jam fatis functo, pervenientes, ab
Marciano, & Pulcheria, benignissime ex-
cepti sunt; cumque Anatolius, Episco-
pus Constantinopolitanus, Synodum E-
piscoporum, qui tunc præsentes erant,
Abbatum, Presbyterorum, & Diacono-
rum collegisset, Abundius, Episcopus
Comensis, ex Legatis Pontificiis alter,
S. Leonis Epistolam ad Flavianum tradi-
dit; postquam publice recitata fuisset,
Patrum Latinorum, Græcorumque Au-
ctoritati, & Catholicorum Fidei con-
sentanea ab omnibus est judicata. Ita-

Sæculum V. A. C. 450.

que Anatolius, omnium primus, consensit, subscripsit, Eutychi, & Nestorii Doctrinæ, & Sectatoribus eorum Anathema dixit. Omnes præsentes Episcopi, Presbyteri, Abbates, & Diaconi præeuntem secuti sunt.

Eusebius, & quatuor Papæ Legati, Abundius, & Asterius Episcopi, Basilius, & Senator Presbyteri, ubi consentientem Anatolium audierunt, Gratias Deo egerunt, atque Anathema dixerunt Eutychi, omnibusque illis, qui errorem ejus secuti, dicerent, ante Incarnationem duas, post Incarnationem vero unam tantum esse Naturam. Anathema Nestorio quoque, & ejus Assecli dictum. In eodem Concilio decretum, ut Episcopis, a quibus metu extortum, ut Flaviani Condemnationi subscriberent, cum nemine, nisi cum suis Diœcesanis communicare liceret.

Epist. Pulch. I. p. Conc. Calc. c.35.

Marciani Imperatoris jussu, S. Flaviani Corpus, Constantinopolim delatum, in Basilica Apostolorum pone Antecessores suos honorifice conditum est. Mandatum etiam particulare dedit, ut Episcopi, qui ideo proscripti fuissent, quod cum Sancto Flaviano pro Fide Catholica steterint, ab Exilio revocarentur. Inter illos Theodoretus fuit; id enim ex ejus Epistolis, ad quosdam viros potentes, Anatolium, & Vincomalum Patricios,

cios, datis, in quibus Gratias agit, quod sibi redeundi licentiam obtinuissent, dispicimus. In iis litteris etiam rogat, ut suadeant, convocandum esse Concilium, cui Imperator cum Imperatrice interfit, quo omnibus turbis via præcluderetur. Ad Abundium quoque, Papæ Legatum, Theodoretus Epistolam dedit, in qua significat, se Epistolæ S. Leonis ad Flavianum subscripsisse, idem etiam ab Iba Edessено, & Aquilino Byblienſi factum.

Sæculum V. A. C. 450.

Ep. 138. 139.

ap. Bar. an. 450.

Imperatori Marciano, quamprimum Imperiale solium conscendit, nihil prius curæ fuit, quam ad Sanctum Leonem Papam, utpote veræ Religionis Caput, & Fidelium omnium Principem, litteras dare; (*) in quibus se ejus ad Deum precibus commendat, & strictim de celebrando Concilio monet. Pulcheria Imperatrix, quæ Constantinopoli acta fuerant, perscripsit; nempe Anatolium subscripsisse, S. Flaviani Corpus revectum, revocatos exules; rogat etiam, ut, quæ ipsius essent, ad convocationem Concilii conferret. Tandem ipse Anatolius Constantinopolitanus ad S. Leonem

Conc. Calc. p. 1. *c.* 33.

c. 35.

(*) Diese Worte, welche von der Hoheit eines Römischen Pabstes zeugen, hat der deutsche Uebersetzer ausgelassen. Das ist seine Art, den Gewalt der Römischen Bischöffe zu bestreiten.

Sæculum V. A. C. 451.

nem litteras dedit, Fidei suæ testes. Tres etiam Legatos misit, Casterium Presbyterum, Patricium, & Asclepiadem Diaconos, qui Acta Concilii Constantinopolitani, a Papæ Legatis conscriptas Notas de iis, quæ in Concilio contigerant, atque Marciani, & Pulcheriæ Epistolas Romam detulerunt.

§. XLIX.

S. Leonis ad Marcianum Litteræ.

Ep. 58. 59. 60 *al.* 38. 39. 40.

Sanctus Leo Papa ab Anatolio Legatos dimisit post Festum Paschæ, quod anno 451. in octavam Aprilis incidebat, iisdemque multas Responsorias ad memoratas Epistolas eadem die, nempe Idibus Aprilis, Adelphio Consule, seu 13. Aprilis, anno 451. ferendas commisit. Ad Pulcheriam; agnoscere se fatetur, ipsam tam contra Hæresin Nestorii, quam

ep. 59.

Eutychis ad Ecclesiæ emolumentum plurima præstitisse. Eusebium Doryleensem, qui Romæ erat, & in cujus Sedem intruserant Successorem, Principis favori commendat; is enim Cathedra sua depulsus, & alio in locum ejus subrogato, Romam ad Summum Pontificem se contulerat, utque calumnias dissiparet, quibus Nestorii Hæresi favere ferebatur, præsentibus Legatis Constantinopolitanis suæ Fidei Professionem deposuit, affirmans, quod trium Conciliorum œcumeni-

menicorum Nicæni, Constantinopolitani, & Ephesini Decreta recipiat. Præterea S. Leo Pulcheriæ commendat Julianum Coanum, hactenus Constantinopoli morantem, atque Clericos Constantinopolitanos, quorum fidelitas in Flavianum ad extrema duraſſet. Anatolio Fidei puritatem, & pacem Ecclesiæ Constantinopolitanæ gratulatur. In causa Episcoporum, qui metu turbati, & trepidantes condemnationi S. Flaviani subscripserant, id, quod in Concilio Constantinopolitano statutum fuerat, S. Leoni probatur, ut nempe interim ad solius Ecclesiæ suæ Communionem redigerentur; *Verumtamen*, subjungit, *communicato cum Legatis nostris consilio, jubebitis, ut, qui jam male admissa tota mente damnant, ad nostram Communionem recipi possint. Quod vero ad illud attinet, an Nomina Dioscori, Juvenalis, & Eustathii ad Altare omittenda; id facietis, quod honori Flaviani non noceat, & animos populorum contra vos non irritet.* Rogat etiam Anatolium, ut Juliani Coani, Clericorum, Flaviano addictorum, &, absente Eusebio, Ecclesiæ Doryleensis curam gerat. Tandem præcipit, ut hæc Epistola publice prælegatur.

Sæculum V. A. C. 451.

ep. 60.

Tatianus, Romæ Præfectus, S. Leoni alteram Epistolam Imperatoris Marciani, 22. Nov. anni præteriti, datam, reddidit,

Conc. Calc. 1. *p. c.* 34.

Sæculum V. A. C. 451.

in qua significat, gratum sibi fuisse Legatorum ejus adventum, & ut in Orientem veniret, Concilium celebraturas, invitat, & subjungit: *Si id commodum Tibi non sit, fac, ut per Epistolas tuas resciam; tuncque nostras in omnem Orientem, Thraciam, & Illyricum mittemus, quibus omnes Episcopi in certum locum, qui nobis placuerit, convocentur, ibique ea, quæ ad Pacem Ecclesiæ, & Fidem Catholicam, pertinent, stabiliantur, sicut a Te juxta Canones definitum est.*

Ep. 62. al. 42. S. Leo.

S. Leo 23. Aprilis respondit. Imperatorem rogat, ut Mysterium salutis nostræ ad Examen revocari non permittat, ac si de iis, quæ credenda sunt, dubium esset. *Non licet*, inquit, *vel minima voce a Doctrina Evangelistarum, & Apostolorum discedere, aut divinas Scripturas aliter, quam Patres nostri didicerunt, & docuerunt, interpretari; ex quo sequitur, perverse jam quæstiones impias, dudum a S. Spiritu, quamprimum eas Damon excitasset, extinctas, denuo moveri. Nihil magis æquitati repugnaret, quam si propter pauculos, circa Fidem insanientes, in dubium vocaretur, num Eutyches impie senserit, aut Dioscorus pessime judicaverit. Nulla jam quæstio est, quid fide tenendum sit, sed quibusnam ex illis, qui errorem fatentur, ignoscendum.* Cœterum, quid de convocatione Concilii

cilii sentiat, per Legatos se indicaturum promittit. Sæculum V. A. C. 451.

Nam non longa mora post Legatorum suorum reditum S. Leo alios duos Constantinopolim misit, Lucentium, Episcopum Asculitanum, & Basilium Presbyterum; his injunctum, ut cum Anatolio illis ad Ecclesiam reducendis operam darent, quos sincera pœnitentia subiret, quod Dioscori Factione implicari se passi essent; hos non nisi maturo examine reciperent, nec tamen diu reconciliationem differrent, aut nimio uterentur rigore. Iisdem Legatis tres Epistolas, eadem die, septima Junii, anno 451. datas, primam ad Imperatorem Marcianum, secundam ad Pulcheriam, ad Anatolium tertiam, ferendas commisit. In Epistola ad Imperatorem ait: *Quod ad Concilium convocandum spectat, Clementia tua meminisse potest, me id ipsum expetiisse. At nostrorum temporum ratio nullatenus permittit, ut Episcopi ex omnibus Provinciis accersantur, cum illæ, unde præprimis essent vocandi,* (nempe Occidentis) *potissimum Bello turbentur, nec Pastoribus a suis Ecclesiis discedere liceat. Ergo rem hanc in commodius tempus differ, postquam per Dei Misericordiam securitas publica reducta fuerit.* Imperatricem Pulcheriam rogat, ut Eutychem procul ab urbe Constantinopoli deportari

Ep. 63. *al.* 44.

Ep. 63. *c.* 2.

ep. 64. *al.* 45. *c.* 3.

Sæculum V. A. C. 451.

tari curaret, nocere enim hominis pœnitentiam, & in Ejus locum illi Monasterio Abbatem Catholicum præfici. Anatolium monet, ne adhucdum de Factionis illius Principibus, qui Conciliabulis præfuissent, quidquam decernat, etiamsi pœnitentiæ signa darent, nec etiam Reconciliationis spem adimeret, sed hoc Negotium Sacræ Sedi mature examinandum reservaret, & interim ad Altare in Ecclesia Constantinopolitana eorum Nomina non recitaret.

ep. 65. al. 46. c. 2.

§. L.

Attila in Gallia.

Jornand. Cassiod. Chr. Prosp. Chr. Marcell. &c.

Bella, quæ Romanum Imperium illa tempestate misere vexabant, & convocandum Concilium, S. Leone teste, retardabant, præprimis ab Hunnis movebantur; (*) Populi hi feroces, olim superata Mæotica Palude, usque ad ripas Danubii pervenerant, atque Imperatores Orientis ad præstanda tributa coegerant. Theodosio juniore Imperatore, ex Thracia primum, & Illyrico, deinde etiam ex Achaja, & reliquis Græciæ

(*) Hier hat der Uebersetzer, was ihm im Herrn Fleury nicht gefiel, ausgelassen, und über drey Blätter aus andern Profan Schriftstellern eingeschaltet, deren Innhalt sich auf die Kirchengeschichte wie die Faust auf ein Aug schicket.

ciæ Provinciis, prædas egerant. Tandem Rex eorum Attila, ſubactis pluribus aliis Barbarorum Regibus, Exercitum, in quo quingenta hominum millia fuiſſe numerata referunt, hoc anno 451. ex Pannonia in Galliam traduxit, ſimulans, ſe arma in Theodoricum Viſigothorum Regem moturum. Trajecto Rheno, Metas pervenit in Vigilia Paſchatis, & urbis tectis ignem ſubjecit; tunc populus inermis jugulatus, Sacerdotes ante aras contrucidati, nihil ab hoc incendio intactum, niſi S. Stephani oratorium, ſuperfuit. Inde copias abducens Attila multis urbibus, Rhemis, Cameraco, Veſuntioni, Lingonibus, Antiſſiodoro, perniciem attulit. *Greg. Turo. II. hiſt. c. 6.*

Sæculum V. A. C. 451.

Urbi Pariſienſi tantus terror illatus, ut jam jam cives cum uxoribus, & parvulis in loca munitiora ſe recipere parabatur, ut in Deo fiduciam haberent, atque cum maritis ſuis iram Dei jejuniis, & oratione mitigare ſtuderent. Multæ mulieres, virginis conſilium ſecutæ, dies integros vigilando, & orando in Baptiſterio transegerunt. Viros quoque monebat, ne res ſuas alio transferrent, prædicens, urbes illas, quo ſe recepturi eſſent, a Barbaris vaſtandas, & Pariſienſes nullum damnum paſſuros. In illa trepidatione quidam cives ſanctæ Virginis *vit. S. Genov. ap. Bell. 3. Jan.*

S. Genoveva,

inte-

Sæculum V. A. C. 451.

interitum machinari cœperunt; jamque coeuntes deliberabant, an lapidibus obruenda esset, vel projecta in amnem undis suffocanda, cum Archidiaconus Antissiodorensis Parisios advenit, qui, detectis insidiis, ad improbos dixit: *Cavete vobis a consilio pessimo; hanc Virginem S. Germani ore multoties laudari audivi, ejusque virtutes prædicari.* Eventus S. Genovevæ Vaticinio respondit; quippe Hunni ad agrum Parisiensem non accessere.

Greg. Tur. II. hist. c 7. vita S. Aniani. ap. Sur. 17. Nov.

At vero Aurelianum urbs obsidione pressa, & magna vi mœnibus arietes admoti sunt. S. Anianus, illius Civitatis Episcopus, cum periculum advertisset, Arelatem ad Patricium Aetium ivit, & ad auxilium ferendum excitavit, tum rediens, civitatem intravit, & populum suum, ut opem a Deo peteret, hortatus est. Venit Aetius cum Theodorico, Visigothorum Rege, Barbarosque ad solvendam obsidionem compulit, cum dissectis mœnibus ingressi, urbem direpturi essent. Biennio post hæc S. Anianus ad Superos abiit. Is Viennæ nobili stirpe natus, adolescentiam necdum egressus, relictis, quæ mundi sunt, Cellulam sibi extra Urbem construxit, ubi Deo multis annis serviit. S. Evurtii deinde famam secutus, Aurelianum venit, & ejusdem Successor in Episcopatu fuit. Ac

Sidon. VIII ep. 15.

tila in vastissimam Campaniæ planitiem recessit, ubi eum Aetius, cujus Exercitum Gothorum, Francorumque auxilia auxerant, memorabili pugna vicit, & tota Gallia expulit. Urbs Trecensis in immensis illis agris sita, inermis, & murorum præsidio destituta, imminentis Attilæ furorem expavescebat. Verum S. Lupi, ipsorum Episcopi, ei occurrentis reverentia Barbarum continuit; imo S. Episcopum non itineris Comitem modo, sed & sibi, copiisque suis Præsidium ad Rhenum usque esse jussit, promittens ipsum incolumem postea dimissurum. Promisso stetit, seque ejus precibus commendavit.

Sæculum V. A. C. 451.

Greg. Tur. hist. c. 7.

Vita S. Lupi ap. Sur. 29. Jul.

§. LI.

De his, quæ Concilium Calcedonense præcesserunt.

Imperatore Marciano in proposito perseverante, ut sine mora Concilium in Oriente convocaretur, Epistolæ ad Anatolium, aliosque Majorum Cathedrarum Episcopos directæ sunt, quibus indicabatur, ut Niceam in Bithynia cum tot Episcopis, sibi subjectis, quot placuisset, prima die Sept. convenirent. Imperator se ipsum adfuturum edicit. Epistolæ istæ Constantinopoli, decimo sexto Kalendas Junii, Marciano Consulatum geren-

Conc. Calc. p. 1. c. 36. 37.

Sæculum V. A. C. 451.

gerente, id est decima septima Maji, anno 451. datæ.

S. Leo hac Convocatione comperta, alios Legatos duos, quos ad Concilium mitteret, Paschasinum, Episcopum Lilibæensem in Sicilia, & Bonifacium, Ecclesiæ Romanæ Presbyterum, delegit. Hic Roma dimissus, & Paschasinus e Sicilia, unde maturius Constantinopolim pervenire posset, quippe tempus, inchoando Concilio constitutum, breve erat, illa vero Provincia reliquis in Occidente magis tranquilla, & Barbarorum incur-

ep. 68. sionibus minus exposita. Ante omnia S. Leo Paschasino misit Epistolam suam ad Flavianum, & aliquot ex Patribus selectos textus, Mysterium Incarnationis explicantes, quibus jam prius Legati ejus Constantinopoli usi fuerant. His adjuncta Epistola, vigesima quarta Junii, anno 451. data, in qua ea, quæ in Oriente contigerant, docet. *Scito*, inquit, *totam Ecclesiam Constantinopolitanam unanimi consensu subscripsisse, & Nestorium, Eutychemque cum Doctrina eorum anathematizasse. Scito etiam, mihi modo Epistolam Episcopi Constantinopolitani redditam, in qua refert, Episcopum Antiochenum ad omnes Episcopos misisse litteras circulares, quibus Epistolam meam recipit, & similiter Nestorium, & Eutychem, apposita manu, damnat.* Ultimo

S. Leo

S. Leo Paſcaſino præcipit, ut a viris peritis in diem Paſchatis anni 455. inquiri procuret, quia in computatione Theophili Alexandrini, qua illa ætate tota Eccleſia utebatur, difficultas occurrebat. Sæculum V. A. C. 451.

Bonifacius Presbyter, quia ipſe ſolus ex urbe Roma dimittebatur, Legationis mandata & litteras ferebat, quæ Sexto Kalendas Julii, Adelphio Conſule, nempe vigeſima ſexta Junii 451. datæ. Duæ ad Imperatorem Marcianum, ad Anatolium una, & una ad Concilium dirigun-tur. In his Litteris S. Leo non obſcure *Ep.* 69. *al.* 49. ſignificat, longe gratius ſibi futurum fuiſſe, ſi Concilium in tempus magis ido- 73. *al.* 43. 70. neum dilatum, & in Italia celebratum 72. *al.* 47. fuiſſet; ſe nihilominus Imperatoris voluntati morem gerere, & quamvis tempus valde breve fuiſſet poſitum, Epiſcopum Paſcaſinum, & Presbyterum Bonifacium mittere, ut ſuo Nomine Concilio præeſſent, cum Lucentio, & Baſilio, quos antea delegaſſet, & Juliano Coano, qui hujus negotii momenta penitiſſime noviſſet, cum jam diu in Oriente verſaretur, & Concilio Epheſino interfuiſſet. (*) Huic quoque S. Leo peculiariter Legati Pontificis.

(*) Ex his luculentiſſime probatur, cujus ſit in Concilio Oecumenico, etiam in Oriente ce-

Sæculum V. A. C. 451.

riter ſcripſit. Cœterum in his Epiſtolis, ſicut in aliis, aſſerit, de Fide, quæ certa eſt, non eſſe diſputandum, & petit, ut Epiſcopi, Sedibus ſuis pulſi, eoquod Fidem Catholicam defendiſſent, reſtituantur, ſalvis primi Concilii Epheſini Decretis, & Sententia contra Neſtorium lata. Hoc ultimum ideo additum, quod zeloſiſſimi Eutychis Adverſarii Hæreſis Neſtorianæ a quibusdam accuſarentur.

ep. 71.

ep. 74. 75. *al.* 50. 51.

In aliis Epiſtolis, ad Marcianum, & Pulcheriam vigeſima Julii datis, dicit SS. Pontifex; ſe nullum alium in finem optaſſe, ut Concilium in Italia ageretur, quam ut omnes Occidentis Epiſcopi adeſſe poſſent. Sibi ſententiam ſtare, omnes, qui bona fide errorem retractarent,

ep. 75.

eſſe

---

lebrato, præeſſe, Imperatore, & Archiepiſcopo Conſtantinopolitano conſentientibus. Interpres Proteſtans dicit, Fleurii Præjudicium eſſe, omnibus Catholicis commune, dum affirmat, Legatos SS. Pontificis in Conciliis Oecumenicis præfuiſſe; ſed nullatenus veroſimile eſt, ſi res exemplo caruiſſet, & Orientales hoc jus in Romanis Pontificibus non agnoviſſent, nullum ex toto Oriente Epiſcopum Romanos Præſides fuiſſe recuſaturum, præſertim cum nemo neſciat, quod Orientales vix unquam ſatis æquo animo tulerint, primam Orbis Chriſtiani Sedem in Occidente eſſe quærendam.

esse leniter habendos, atque ideo, se consentiente, jam non paucos ad Communionem fuisse receptos. Factionis Duces notatos quidem, sed adhuc dum in Sedibus suis usque ad Concilii Judicium relinqui: *Tandem*, inquit, *paucis complectar omnia; perspicuum vobis fiet, unicam votorum nostrorum metam esse, ut Hæresis, quam abominamur, extinguatur, & cura nostra Hæretici convertantur.* Sæculum V. A. C. 451.

Cum Episcopi, ad Imperatoris Mandatum, Niceam convenissent, Is primam ad eos dedit Epistolam, rogans, ut se expectarent. Post aliquod temporis spatium, scripserunt Episcopi, non nullos in tam longa commoratione partim ægritudine, partim aliis ærumnis vexari; respondit Imperator; *Legati Papæ Leonis præsentiam meam, in Concilio necessariam, existimant, &, me absente, illo se conferre nolunt; hinc rogo vos, ut Calcedonem veniatis, quo me ex Urbe Constantinopoli, ubi me Reipublicæ pericula retinent, commodius conferam.* Episcopi Nicea ad eum miserunt Atticum, Archidiaconum Constantinopolitanum, qui moneret, timere Patres, ne in illa Constantinopolis vicinia Eutychis Sectatores tumultum excitarent. Rescripsit tertio Imperator; nihil timerent, & sine cun-

Conc. Calc. 1. p. c. 58.

c. 41.

Episcopi Calcedonem vocantur.

c. 42.

Sæculum V. A. C. 451.

ctatione Calcedonem venirent, ne Concilium in longum nimis tempus differretur, sibi enim Res Illyrici non permittere, ut procul abesset. Nempe Hunni, ex Gallia profligati, in Illyricum penetrare conabantur, quos fortiter Marcianus repulit.

Cœterum editis mandatis caverat, ne factiosorum hominum motibus Concilium turbaretur. Lege una, hoc anno, tertio Idus, id est decimo tertio Julii data, prohibetur, ne in Ecclesiis acclamando, aut concurrendo tumultus cieatur. Omnibus universim interdicitur, ne Constantinopoli, vel alibi in cœtus coeant, statuto seditiosis mortis supplicio. Pulcheria quoque Imperatrix, cum Episcopi Niceæ congregati essent, Strategio in Bithynia Consulari scripsit, jubens, ut omnes Clericos, Monachos, Laicosque, qui non vocati, & sine Episcoporum suorum licentia ad turbas commovendas venissent, ejiceret.

L. 5. Cod. de his, qui ad Eccles. conf.

Conc. Calc. p. 1. c. 39.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXVIII.

S. LEO, PAPA.
MARCIANUS ET VALENTINIANUS III. IMPERATORES.

§. I.

Concilii Calcedonenſis Auſpicia.

Sæculum V. A.C. 451.

Cum Epiſcopi Nicea Calcedonem commigraſſent, atque etiam delegati ab Imperatore Proceres Conſtantinopoli adveniſſent, congregatum eſt Concilium in S. Euphemiæ Martyris Eccleſia; hæc in littore maris ſita, non

Sæculum V. A.C. 451.

plus quam ducentos quinquaginta passus, id est, duo stadia distabat a Bosphoro. Crescebat molliter collis, in quem Ecclesiam adituri sine labore ascendebant; inde jucundissimus in subjecta prospectus erat, quippe virentes campi, lætæ segetes, & omnis generis arbores circumspicientibus patebant, oculos attollentibus montes, & sylvæ objiciebantur, item mare hinc tranquillum, inde fluctibus agitatum, ex adverso urbs Constantinopolis conspiciebatur, vel sola in paucis rarum spectaculum.

Evagr. II. c. 3.

Ingredientibus patebat vasta area, undique Columnis ornata, nempe Peristilium; inde aditus erat in Basilicam, haud multo minorem, & ipsam columnis decoratam; tum subibatur fornicatum fastigium, columnis itidem fulcitum, quod totum intus ambiebat oratorium, ubi officio Divino assistentes orabant, & unde Sacerdotes sacris operantes despici poterant. Sub hoc fornice ad Orientem sanctæ Martyris sepulchrum erat, & Reliquiæ argenteæ thecæ inclusæ. Semper amœnissimus odor in illo loco præsentes recreabat; multaque ibi miracula edi credebantur. Statutis diebus Episcopus Constantinopolitanus, Imperator, Magistratus, populusque, illo conveniebant; tunc Episcopus, illud Sanctuarium ingressus, per angustum foramen,

men, quod in ſiniſtro ſepulchri latere patebat, impoſitam virgæ ferreæ ſpongiam immittebat, quam deinde cruore tinctam retrahebat; liquorem ſingulis de populo diſtribuebat, ita ut ſanguinis hujus guttulæ in omnes plagas deferrentur. Prope Tumulum Sanctæ imago in tela depicta viſebatur; in ea eximii Pictoris penicillus facta Martyrio ejus adjuncta exhibebat; quæ S. Aſterius Amaſeenſis litteris mandata ad nos tranſmiſit. Hæc de Eccleſia S. Euphemiæ prope Calcedonem. Sæculum V. A. C. 451.

Patres in eam Eccleſiam prima vice octavo Idus Octobris, Marciano Conſulatum gerente, Indictione quarta, id eſt, octava die Octobris anno 451. convenere. Aderant novemdecim ex primis Imperii Proceribus, ſcilicet Anatolius Militiæ Magiſter, qui anno 440. Conſul fuerat. Palladius Prætorio Præfectus. Tatianus Urbi Conſtantinopoli Præfectus. Vincomalus officiorum Magiſter. Sporatius Domeſticorum Comes, ſeu Prætorianorum Centurio, qui anno ſequenti 452. Conſulari Dignitate fulſit, & plures alii, qui poſtquam ſupremis in Republica muneribus functi eſſent, locum in Senatu tenebant. Epiſcopi, quorum nomina Acta referunt, trecenti ſexaginta numero ſunt. Primo loco veniunt Papæ Legati, Paſcaſinus, & Lucentius, cum

Sæculum V. A. C. 451.

Bonifacio Presbytero, secundo Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, Dioscorus Alexandrinus, Maximus Antiochenus, & Juvenalis Jerosolymitanus. (*)

Act. 1. *p.* 94. In Sessionibus sequens ordo observatus; Magistratus, & Senatores in medio ante Altaris cancellos sedebant, ad sinistram Papæ Legati, (**) deinde Anatolius Constanti-

(*) Hic Episcopi Constantinopolitani Nomen secundo loco positum legitur, quod S. Leo Papa interim amore Pacis, & ut majora mala averteret, dissimulavit; quam parum vero id probatum ipsi fuerit, inferius videbimus.

(**) Hier haben wir wiederum eine dumme Anmerkung des Protestantischen Uebersetzers. Er saget auf der 577. Seite im 4ten Theile; Dioscorus zu Alexandrien, Juvenalis zu Jerusalem, und die nachfolgenden alle hätten wegen ihrer Verbrechen den Vorsitz in dieser Versammlung nicht haben können. Nun also lässet er wenigstens zu, daß der Bischof zu Rom keines Verbrechens habe können beschuldiget werden. Zweytens. Wer soll wohl glauben können, wenn jemand nur mittelmäßig in den Kirchengeschichten belesen ist, daß man darum den Abgesandten des Pabstes in diesem Concilio den Vorsitz gelassen habe, weil unter denen Orientalischen, welche die Metropolitankirchen damal regierten, keiner vorzustehen würdig gewesen sey, wenn er als Römischer Bischof kein anders Recht gehabt hätte? Ferner saget der Uebersetzer: Der Bischof zu Constantinopel hätte

stantinopolitanus, Maximus Antiochenus, Thalassius Cæsariensis, Stephanus Ephe- Sæculum V. A. C. 451.

te zwar den Vorsitz mit Recht behaupten können, da das *Concilium* mitten in seiner Diöces gehalten wurde. Aber *Dioscorus* hatte ihn *ordiniret*, und war sein guter Freund.

Das ist wiederum von Herzen schlecht Denn man lieset in der ganzen Kirchenhistorie nicht, daß jemal ein Bischof derjenigen Diöces, in welcher eine allgemeine Kirchenversammlung gehalten worden, darum das Recht zu præsidiren ausgeübet, oder auch solches zu haben nur vorgegeben hätte.

Endlich schliesset er seine hochgelehrte Anmerkung mit diesen Worten: Wiewohl es in der That (bey den Gesandten des Pabstes) kein Vorsitz zu nennen war, indem die Kayserlichen Minister den Ehrenplatz innen hatten.

Jederwann, der die Geschichte der Chalcedonensischen Versammlung lieset, sieht leicht, daß die Kayserlichen Abgeordneten aus keiner andern Ursach beygewohnet, als damit der Frieden, und die gute Ordnung erhalten würden, ja so gar in der dritten Session, in welcher Dioscorus Erzbischof zu Alexandria, als das Haupt der ketzerischen Parthey, aller seiner Würden entsetzet worden, waren die Verordneten des Kayserś Marcianus nicht gegenwärtig. Das will aber unser Uebersetzer nicht sehen, und hat sich einmal vorgesetzet, in seiner ganzen Uebersetzung, so offt es um die Auctorität des Römischen Stuhls zu thun wäre, seinen Glaubensgenossen ein Blendwerk vorzumahlen. Da kommt es her, daß die Protestanten, sonderlich

Sæculum V. A.C. 451.

Ephesinus, aliique ex Diœcesibus Orientis, Ponti, Asiæ, & Thraciæ Episcopi. Ad dextram sedebant Dioscorus Alexandrinus, Juvenalis Jerosolymitanus, Quintillus Heracleensis in Macedonia, locum tenens Anastasii Thessalonicensis, Petrus Corinthius, & alii ex Diœcesi Ægypti, & Illyrici Episcopi cum illis, qui ex Palæstina venerant; atque ita omnes, qui ex partibus Dioscori steterant, ad hoc latus, quod erat minus honorificum, collocati. In medio Evangelium positum fuerat.

§. II.

Dioscorus accusatus.

Pascasinus, Papæ Legatus, primus omnium profatus, & ad Magistratus conversus, ait: *Mandata habemus Beati Episcopi Romani, qui omnium Ecclesiarum Caput est;* (*) *his prohibetur, ne Dioscorus*

---

diejenigen, welche nicht gelehrt sind, einen so grossen Abscheu ab dem Römischen Pabste haben, weil man ihnen von diesem heil. Stuhle nichts als Unwahrheiten vorträgt.

(*) His Verbis, in Concilio Generali, quod universalem Ecclesiam repræsentabat, prolatis, & quibus nemo contradixit, rursus SS. Pontificis in totam Ecclesiam Jurisdictio contra Protestantes, & Fleurii, hæc excerpentis, Bona Fides contra R. P. Balduinum demonstratur.

Sæculum V. A. C. 451.

rus in Concilio ſedeat; ſi igitur Tuæ Amplitudini ita videatur, ipſe exeat, aut nos eximus. Hæc Paſcaſinus latine loquebatur, & verba ejus Beronicianus Conſiſtorii Cæſarei Notarius Græce reddebat. Magiſtratus, & Senatores dixerunt: *Quæ contra Reverendiſſimum Epiſcopum Dioſcorum nominatim accuſatio eſt?* Lucentius, alter Papæ Legatus, dixit: *Rationem reddat Judicii, quod pronuntiavit; quippe Judicis partes ſibi uſurpans, Concilium agere contempta Sacræ Sedis Auctoritate auſus eſt, quæ res, ſicut exemplo caret, ita etiam nullatenus tolerari poteſt.* Paſcaſinus ſubjunxit: *Papæ mandata, & Eccleſiæ Canones negligere non poſſumus.* Ergo Dioſcorus, jubente Magiſtratu, loco ſuo ceſſit, & inter Epiſcopos medii ordinis conſedit. (*)

Tunc

(*) Hier kömmt unſer Proteſtant ſchon wiederum mit einer Anmerkung zum Vorſchein, auf der 578. Seite. Es heiſſet: Was hier die Päbſtlichen *Deputirten* gegen *Dioſcorum* anbrachten, das konnte dieſen noch nicht drücken. Denn... das berüchtigte Epheſiniſche *Concilium* war vom *Theodoſius* berufen .... Pabſt *Leo* hatte ja auch darein gewilliget. Ja freylich das iſt alles wahr, aber das nothwendigſte hat er ausgelaſſen, welches die Päbſtlichen Legaten angezogen: *Contempta Sacræ Sedis Auctoritate auſus eſt.*

Sæculum V. A. C. 451.

Tunc vero Eusebius, Episcopus Doryleensis, in medium procedens, dixit: *Per vitam Imperatorum, qui Mundi Domini sunt, obtestor vos! jubete, ut supplex meus libellus legatur! me Dioscorus pessime habuit, in Fidem peccatum est, Flavianus Episcopus occisus est, ambos nos maxima injuria deposuit. Jubete, ut libellus meus legatur!* Jusserunt Magistratus, ut legeretur, simulque ut Eusebius in medio Conventus pone Dioscorum consideret. Beronicianus Notarius Libellum, ab Eusebio ad Imperatorem Marcianum directum legit, quo tam se ipsum, quam Fidem Catholicam, & Flaviani memoriam defendebat; Dioscorus accusabatur, quod Fidem violasset, ut

est. Nämlich er hat den Brief des Pabstes *Leo* nicht ablesen lassen, und sich in seiner Unsinnigkeit so weit verlohren, daß er eine Excommunication wider den Pabst ausgesprochen. Dieses, dieses, mein Uebersetzer! hat den Dioscorus so sehr gedrücket, daß er noch an dem heutigen Tage als rechtmäßig verdammet, und seiner Bischöflichen Würde entsetzet gehalten wird.

Es hat uns auch dieser Uebersetzer einen neuen Erweiß seiner Kunst im Uebersetzen hier gegeben, da er auf eben dieser Seite, nur wenige Zeilen darunter die Worte: *In Fidem peccatum est.* Nämlich: *In Fidem Catholicam,* also übersetzet: **Treue, und Glauben ist verletzet.**

ut Eutychis Hæresin induceret, & se contra jus, fasque condemnasset; quod ut probaret, Eusebius petebat, Acta Conciliabuli Ephesini legi. Tum jubente Magistratu, ut Dioscorus defenderet causam suam, petiit & ipse, ut hæc Acta legerentur, sed cum legi Proceres juberent, retractavit petitionem, postulans, ut ante omnia de Quæstione Fidei ageretur. Magistratus dixerunt: *Prius ad Accusationem tibi respondendum; ergo patere, ut Acta legantur, quæ ipse legi petiisti.* Constantinus, Consistorii Notarius, legendi initium fecit ab Epistola Theodosii Junioris ad Dioscorum data, qua Convocatio Concilii Ephesini decernebatur. Cum in ea nominatim Theodoretus illi Concilio interesse prohiberetur, Proceres dixerunt: *Reverendissimus Episcopus Theodoretus quoque intret, & huic Concilio interfit, nam ipsum Sanctissimus Episcopus Leo in Ordinem Episcoporum restituit, & Piissimus Imperator præcepit, ut ad Sacram Synodum admitteretur.*

Sæculum V. A. C. 451.

p. 98.

p. 99.

Sup. Lib. XXVII. §. 34.

p. 102.

§. III.

Theodoretus ad Concilium admittitur.

Intrat ergo Theodoretus, quem ubi Episcopi Ægypti, Illyrici, & Palæstinæ conspexerunt, exclamare: *Misericordia! actum est de Fide. Hunc Canones rejiciunt,*

Sæculum V. A. C. 451.

ciunt, expellite! Econtra Episcopi Orientis, Ponti, Asiæ, & Thraciæ: *In tabula vacua subscribere coacti sumus, fustibus cæsi. Ejicite Manichæos! Flaviani inimicos ejicite! expellite Fidei hostes!* Dioscorus dixit: *Num forte Cyrillus ejiciendus, cui iste Anathema dixit?* Volebat dicere, si Theodoretus reciperetur, hoc facto memoriam S. Cyrilli damnari. Orientales, & qui ex illa parte stabant; *Ejicite latronem Dioscorum! quis Dioscori flagitia nescit?* Ægyptii clamabant: *Imperatrix Nestorium ejecit, vivat diutissime Princeps Orthodoxa! Concilium Theodoretum non recipit!* volebant dicere, ipsum esse Nestorianum.

Theodoretus, in medium procedens, dixit: *Libellum supplicem Imperatori tradidi, quam crudeliter mecum actum fuerit, exposui. Peto, ut examinetur.* Magistratus dixerunt: *Theodoretus Episcopus, recepto ab Archiepiscopo Romano gradu suo, intravit modo, ut Personam actoris gereret; ergo permittite, ut quæ agi cæpta sunt, perficiantur, ne confusio oriatur. Theodoreti præsentia nullius juri noceat, omnia jura, quæ vobis contra ipsum, & ipsi contra vos competere possunt, salva sint; præcipue attendendum, quod Episcopus Antiochenus testimonium det, ipsum esse Orthodoxum.* Itaque Theodoretum, sicut & Eusebium Doryleensem, in medio sedere jubent. Tum

Sæculum V. A.C. 451.

Tum Orientales exclamare: *Dignus est!* Ægyptii clamabant: *ne dicatis ipsum Episcopum! non est Episcopus! apage Dei inimicum! Judæum!* Orientales econtra: *vir Orthodoxus in Concilio sedeat! ejicite seditiosos! latrones ejicite!* cum aliquamdiu reciproci clamores tenuissent, tandem Magistratus dixerunt: *populares hi clamores non decent Episcopos, nec Partibus quidquam utilitatis afferunt; concedite igitur, ut omnia legantur.* Ægyptii clamarunt: *unum hominem ejice, & omnia audiemus, pro Fide Catholica clamamus.* Magistratus: *imo aures præbete! & donec omnia ordine perlecta fuerint, expectate!*

§. IV.

Accusationis Articuli.

Constantinus, & Beronicianus Notarii lectionem epistolarum de convocatione Concilii Ephesini prosecuti sunt; cumque Beronicianus dixisset, Imperatorem Theodosium pari modo ad Juvenalem Jerosolymitanum, ac ad Dioscorum Alexandrinum scripsisse, Dioscorus ait: *videtis, quod Imperator non mihi soli hoc Judicium commiserit, sed etiam Episcopo Juvenali, & Episcopo Thalassio Auctoritatem in Concilio judicandi tribuerit; quod judicavimus, judicatum est; universum Concilium Acta vel via voce, vel scripto appro-* p. 3.

Sæculum V. A.C. 451.

approbavit, & omnia ad Imperatorem Theodosium felicis Memoriæ relata, qui ea edita Lege universali confirmavit.

Tum Orientales exclamare: *nemo consensit, vim nobis intulerunt, verberibus affecti fuimus, signum nostrum apposuimus chartæ vacuæ, exilium subscribere detrectantibus minabantur; milites urgebant nos, gladiis, & fustibus armati, o Sanctum profecto inter fustes, & enses Concilium! ad id ipsum Dioscorus milites collegerat. Expellite Homicidam! Milites Flavianum deposuerunt.* Ægyptii clamabant: *ipsi subscripserunt primi. Cur Clerici clamores excitare permittuntur? ejiciantur homines in hoc loco inutiles! prodeant illi, qui subscripserunt! nos post subscriptionem vestram nomen addidimus.*

Stephanus, Episcopus Ephesinus dixit: *postquam ad meam Communionem Episcopum Eusebium, & quosdam alios, quos inter Elpidius, & Eulogius, recepissem, milites, & Monachi Eutychis in Domum Episcopalem advenientes, viri ferme trecenti, mortem intentabant, dicebantque: Theodosii hostes suscepisti, non es amicus Cæsaris. Dixi: jura hospitalitatis colo, causæ huic me non immisceo, Communionem negare hominibus non potui, qui ab ea excluſi non fuerunt. Ita omnia vi, & armis gesta sunt.* Magistratus dixerunt: *num tibi a Dioscoro vis illata?*

Stepha-

Stephanus, Episcopus Ephesinus, respon- Sæculum V.
dit: *non passi sunt me Ecclesia exire, an-* A. C. 449.
tequam Sententiæ Dioscori, Juvenalis, p. 114.
Thalassii, aliorumque Episcoporum, ad quos litteræ Cæsaris directæ fuerant, subscripsissem.

Thalassius, Episcopus Cæsariensis, dixit: *verum quidem, quod in epistola Imperatoris nominatus sim, nescio, quomodo id factum; sed cum aliqua contra æquitatem fieri viderem, conatus sum ea impedire, & volebam, ut supersederent. Hujus rei testes habeo.* Theodorus, Episcopus Claudiopolitanus in Isauria, dixit: *Dioscorus, Juvenalis, & omnes illi, qui primi subscripserunt, quibusque ab Imperatore mandatum, ut quæstiones Fidei deciderent, nequiter colludentes, eo nos adduxerunt, ut judicaremus, nos, inquam, quibus in Concilio sedentibus, nulla hujus causæ cognitio erat. Acta legebantur, Flavianus Beatæ memoriæ laudabatur, tacebamus, quod omnia ex æquo fieri nobis viderentur. Tunc vero ut nobis terrorem incuterent, exclamarunt: eos omnes, qui de duabus Naturis loquuntur, secate medios! dividantur, qui JEsum Christum dividunt! hos pellite, abigite! atque ita Hæresis Nestorianæ insimulabamur. Nemo ex nobis fuit, qui non trepidaret, timebamus, ne specie Hæresis Ecclesiis nostris pelleremur, & animas, quas in salutifero Baptismi fonte lucrati eramus,* Acta Concilii Calcedonensis.

Sæculum V. A.C. 451.

mus, perderemus. An non in his angustiis consultissimum fuit tacere? sed ad aliud erratum transeo. Imperator Conventum nos agere jusserat, ut præprimis causa Flaviani judicaretur; isti autem, postquam sæpius convenissent, nulli rei subscripsissent, nullam sententiam in tabulas retulissent, nemini, quid statutum esset, ostendissent, omnibus, quid ageretur, ignaris, vacuas chartas nobis obtulerunt, isti, inquam, Dioscorus, & Juvenalis, quos ignotorum hominum cohortes circumdabant, clamore, & tumultu locum Concilii implentes. Aderamus Episcopi universim centum triginta quinque. Ex his duo, & quadraginta tacere jussi; cæteri erant Dioscorus, & Juvenalis cum memorata multitudine. Nos quindecim numero superfuimus; at quid statuendum erat inter malleum, & incudem positis? innocentum sanguini insultarunt Hæretici isti; simul omnes vociferati, ut nos terrerent magis; Hæreticos appellabant, & tanquam Hæresis nota infames ejecerunt.

Orientales exclamarunt: *omnes, quæ Theodorus dixit, dicimus!* econtra Ægyptii: *Christianus neminem timet; afferatur ignis, & rei veritas patebit! nullos Ecclesia haberet, quos coleret Martyres, si homines timuissent.* Dioscorus dixit: *cum affirment, nescivisse se, quid judicatum fuisset, & vacuæ chartæ nomen subscripsisse,*

scripsisse, nomen apponere non debebant, priusquam, quid Concilium decrevisset, certe scirent, præsertim quia materia Fidei tractabatur. At quis ipsorum declarationem conscripsit? rogo vos! jubete! ut edicant. Magistratu jubente, ut Acta ulterius legerentur, Constantinus Notarius Acta Concilii Ephesini legere cœpit ex illo exemplo, quod Aetius Archidiaconus Constantinopolitanus conscripserat. Sæculum V. A.C. 451. *p.* 115.

Cum legeret Nomen Julii, Legati Pontificii, Orientales exclamarunt: *hunc expulerunt, Leonis Nomen non receperunt.* Ad Flaviani deinde Nomen exclamarunt: *Flavianus Concilium ingressus est, tanquam jam condemnatus; inimicorum suorum improbitate oppressus est, quare enim Flaviano locum suum occupare non licuit? quare Episcopum Constantinopolitanum loco quinto posuerunt?* Pascasinus Legatus dixit: *videtis, Deo sint Laudes! quod Dominum Anatolium primo loco ponamus; ipsi vero Beato Flaviano locum quintum dederunt.* (*) Diogenes, Episcopus Cyzicenus, dixit: *nempe vos Canones non ignoratis.* Ægyptii exclamare: *Quæsumus! homines ad præsens negotium inutiles ejicite! Imperator Episcopos convocavit, Episcopi faciunt Concilium. Cur hominum*

(*) Hic Legatus Pontificius videtur lenius locutus, quam voluisset S. Leo, si adfuisset.

Sæculum V. A.C. 451.

minum inutilium clamor toleratur? Theodorus Claudiopolitanus dixit: *quis clamat, nisi Dioscori Notarii?* Dioscorus: *duos non plures habeo Notarios, num viri duo tumultum creare possunt?*

§. V.

Alii Articuli.

p. 122. Ventum est ad illum Actorum locum, ubi dicebatur, Legatos S. Leonis Papæ epistolam ipsius Concilio Ephesino tradidisse, jussisse Dioscorum, ut reciperetur, sed statim Joannem Presbyterum, Concilii Promotorem, proposuisse, ut legeretur aliqua Epistola Imperatoris, quod ut fieret, Juvenalem mandasse. Cum igitur locus iste Calcedone legeretur, Aetius, Archidiaconus Constantinopolitanus, dixit: *Epistola Sanctissimi Archiepiscopi Leonis nec lecta fuit, nec recepta.* Orientales exclamarunt: *non fuit nobis prælecta Epistola, tunc enim Actis fuisset inserta.* Eusebius Doryleensis dixit, de Dioscoro loquens: *Epistolam Synodalem suppressit, nec passus est, ut legeretur.* Archidiaconus Aetius subjunxit: *septies juravit coram omnibus, jussurum se, ut legatur;* *p.* 123. *perjurii reus est!* Theodorus Claudiopolitanus: *ipsum juramento se obstrinxisse omnes scimus, itemque epistolam non fuisse lectam testamur omnes.*

Sup. lib. XXVII. §. 38.

Magi-

Magistratus dixerunt: *Episcopi, quibus in hoc negotio Imperator Auctoritatem commiserat, dicant, cur Epistola Sanctissimi Archiepiscopi Leonis lecta non fuerit, cum id tamen fuisset mandatum.* Dioscorus: *Acta docent, me bis jussisse, ut legeretur.* Magistratus: *cur ergo, quod jussisti, factum non est?* Dioscorus: *id ex aliis Mandatariis quærite.* Magistratus: *edic simpliciter, quos interrogari velis.* Dioscorus: *Juvenalem, & Thalassium.* Magistratus: *tu primus responde, deinde hos quoque interrogabimus.* Dioscorus: *dixi jam, bis præcepi, ut legeretur.* Eusebius Doryleensis: *mentitur!* Tum Magistratus Juvenalem interrogant, qui respondit: *Joannes Presbyter, & Notariorum Primicerius statim dixit, Epistolam Imperatoris sibi in manibus esse, respondi, esse legendam.* Magistratus: *num ergo post Imperatoris Epistolam etiam Archiepiscopi Leonis litteræ lectæ sunt?* Juvenalis: *nec Primicerius Notariorum, nec quisquam alius, ulterius monuit, Epistolam Archiepiscopi Romani sibi esse præ manibus.* Magistratus Thalassium quoque interrogarunt, qui dixit: *unicum est, quod scio, per me non stetisse, quo minus legeretur, nec tanta auctoritate polluisse, ut, si solus hanc lectionem præcepissem, futurus fuisset, qui obediret.*

Sæculum V. A.C. 451.

Sæculum V. A.C. 451.

Ad alium Actorum locum Orientales exclamarunt: *hæc non diximus.* Theodorus Claudiopolitanus, de Dioscoro loquens, dixit: *Notarios suos adesse jubeat, nam, fugatis ceteris omnibus, suos jussit scribere.* Magistratus dixerunt: *cujus manu conscripta sunt Acta?* Dioscorus: *unusquisque suos jussit Notarios scribere; mei pro me, Juvenalis pro Juvenale, & Thalassii pro Thalassio scripsere. Multorum aliorum Episcoporum Notarii aderant, scribentes.* Juvenalis dixit: *unum habebam Notarium, qui cum ceteris scripsit.* Thalassius: *ego quoque unum habebam.* Dioscorus: *videtis, meos non solos scripsisse.* Eusebius Doryleensis: *peto, ut Stephanus Episcopus Ephesinus interrogetur, quam humane ipsius Notarii a Scribis habiti fuerint.* Stephanus a Magistratu interrogatus dixit: *Notarii mei Julianus, modo Episcopus Lebedenus, & Crispinus Diaconus, scribebant; & ecce Notarii Dioscori accurrunt, notata in Tabulis delent, ipsis instructum calamarium adhibita vi eripere nituntur; nihil propius fuit, quam ut in illa colluctatione meorum digiti frangerentur. Nullum ego Actorum exemplum accepi, & quid illis factum fuerit, nescio. Præterea eadem die, qua institutum examen chartæ subscripsimus, & Episcopi, qui necdum subscripserant, altera die me hortante Nomina apposuerunt.* Eusebius

p. 127.

p. 150.

bius petiit, ut Stephanus ediceret, in quali charta subscripsissent; Stephanus dixit: *in charta litteris vacua, nam eadem hora, qua sententia damnationis prolata, etiam signum appositum est.* Acacius, Episcopus Ariarathinus his dictis subjunxit: *subscripsimus chartæ candidæ, vi, & injuriis adacti, postquam mille mala perpessi eramus, usque ad Vesperam in Ecclesia clausa detenti sumus; ægri respirare non sinebamur; Monachi, militesque cum baculis, & gladiis advenerunt.* Sæculum V. A.C. 451.

§. VI.

Eutychis Error.

Cum legeretur Eutychis Confessio Fidei, Actis Concilii Ephesini inserta, aliquoties legentem morati sunt; Eutyches omnes Hæreticos anathematizabat, dicentes, JEsu Christi Carnem de Cœlo descendisse. Hic Eusebius Doryleensis dixit: *sollicite quidem attendit, ne diceret, Eam de Cœlo venisse, sed non addidit, unde venerit.* Diogenes Cyzicenus: *per vestram Amplitudinem juro! nos ipsum interpellavimus, dicentes: Domine Eutyches! unde ergo JEsu Christi Caro advenit? edicito! & noluit respondere.* Basilius Seleucienſis; *interpellavimus ipsum, ut nobis Incarnationis modum explicaret, an Verbum factum esset Homo per carnem, quam assumpsisset; responderunt nobis, ne* p. 138.

Sæculum V. A.C. 451.

hanc rem ſcrutaremur, & ad quæſtionem noſtram noluerunt reſpondere. Dioſcorus: *Si Eutyches aliter ſentit, ac Eccleſia, flammis dignus eſt; ſola Fides Catholica, non autem homo, quisquis ille fuerit, mihi cordi eſt. Solius Dei Honorem, & animæ meæ Salutem curo.* Baſilius Seleucienſis deinde ſubjunxit: *Eutyches, ab Epiſcopo Euſebio interrogatus, an in JEſu Chriſto duas Naturas confiteretur, dixit, ſe duas Naturas ante conjunctionem, poſt conjunctionem vero unam fateri. Tum ego: ſi poſt conjunctionem non admittis duas Naturas, nec ſeparatas, nec confuſas, confuſionem admittis, & commixtionem; at ſi, ne ſimpliciter unam Naturam dicas, adjicis Incarnatam, & Humanizatam, cum S. Cyrillo ſentis, & idem ac nos dicis; quippe clarum eſt, Chriſti Divinitatem, quam a Patre accepit, aliud eſſe, ac Humanitatem ejus, quam a Matre habet.*

p. 139.

Magiſtratus dixerunt: *poſtquam Doctrinam maxime orthodoxam defenderas, cur Flaviani Depoſitioni ſubſcripſiſti?* Baſilius Seleucienſis reſpondit: *Judicio viginti, vel triginta ſupra centum Epiſcoporum ſubditus eram, quomodo eorum ſententiæ valuiſſem reſiſtere?* Atque Dioſcoro hæc fatenti vecordiam exprobrante, addidit: *ſi hæc Magiſtratus Sæculares a me extorquere voluiſſent, potius Martyrium ſubiiſſem, at vero Filio, ſi a Patre judicetur,*

cetur, *nullum supereſt remedium.* Tum Orientales, & Epiſcopi exclamarunt: *Omnes peccavimus, veniam poſcimus!* his vocibus Eccleſia ter reſonuit. Sæculum V. A.C. 451. p. 142.

Euſebius Doryleenſis deinde querebatur, quod ad Concilium Epheſinum admiſſus non fuiſſet, quamvis id petiiſſet Flavianus. Hujus rei rationem Magiſtratus exegerunt. Dioſcorus, & Juvenalis in excuſationem afferebant, quod id Comes Elpidius ex Mandato Imperatoris prohibuiſſet. Magiſtratus dixerunt: *Ubi de Fide agitur, nulla eſt hæc excuſatio.* (*) Dioſcorus: *cum accuſer, quod in Canones peccaverim, quomodo hodie obſervantur, dum introducitur Theodoretus?* Magiſtratus: *Epiſcopus Theodoretus ingreſſus eſt tanquam Actor; id ipſum ex ore ipſius audiviſti. Cur igitur,* repoſuit Dioſcorus: *in ordine Epiſcoporum ſedet?* p. 146.

(*) Hier iſt ein altes, und herrliches Zeugniß wider den unſinnigen Thomaſius, welcher in ſeinem Buch Verhältniß der Religion gegen den Staat, behaupten will, jedermann auf der Welt ſey ein geborner Prieſter, und Richter in Glaubensſachen; nur daß ein Landesfürſt, in deſſen Lande eine ſolche Gotteslehre noch nicht angenommen worden, müſſe *prudent* ſeyn, und ſolche Grundſätze nicht mit Heftigkeit, ſondern nach und nach einzuführen ſuchen. Riſum teneatis amici! Da ſehen wir, daß die Kayſerlichen Deputirten, und mit ihnen die ganze Welt anders geglaubet haben.

Sæculum V. A.C. 451.

Magistratus: *Episcopus Eusebius, & Episcopus Theodoretus hic sedent ut Actores, sicut tu hic sedes tanquam reus. Legantur reliqua!* tunc Acta Concilii Constantinopolitani sub Flaviano, Conciliabulo Ephesino inserta, lecta sunt.

p. 150.

§. VII.

S. Cyrilli Doctrina.

Cum Notarius ad Epistolam S. Cyrilli, Joanni Antiocheno scriptam, legendo perveniſſet, Episcopi ex Illyrico exclamarunt: *ea credimus, quæ S. Cyrillus credidit. Memoria Cyrilli æterna!* Theodoretus dixit: *Anathema illi, qui duos Filios affirmat! nos non nisi unum, Dominum Nostrum JEsum Christum, Filium unicum adoramus.* Omnes Episcopi exclamarunt: *Cyrillo consentimus! Anathema illis, qui aliud credunt!* Orientales clamarunt: *idem Flavianus credidit, hoc ipsum defendebat, & propterea depositus est. Eusebius Nestorium deposuit. Dioscorus Fidem corrupit!* volebant dicere, Eusebium primo Nestorium accusasse. Ægyptii clamarunt: *Deus Nestorium deposuit.* Orientales: *Hæc est Fides Leonis, hæc est Anatolii Fides.* Ægyptii: *hæc est omnium nostrum Fides.* Et post multos reciprocos clamores Magistratus dixerunt: *cur ergo Eutychen contraria dicentem recepistis, Flavianum vero, &*

p. 174.

Eus-

Sæculum V. A.C. 451.

Eusebium hanc veritatem defendentes de-posuistis? Dioscorus: *id Acta docebunt.*

Tum Animadversio Eustathii, Episcopi Beritensis, lecta; Is ut ostenderet, S. Cyrillum propriam mentem in aliis scriptis explicasse, citavit epistolas ejus ad Acacium Melitinensem, ad Valerium Iconiensem, & Succesſum Diocæsariensem in Isauria, in quibus dicit, in JEsu Christo unam tantum esse Verbi Incarnatam Naturam.(*) Ad hunc locum Episcopi Orientales exclamarunt: *hoc est, quod dicit Eutyches, hoc etiam quod Dioscorus dicit.* Dicere volebant, Eutychen, & Dioscorum errores suos S. Cyrillo tribuere. Dioscorus dixit: *nos nec confusionem, nec divisionem, aut mutationem dari affirmamus.* Magistratus dixerunt: *Sanctum Concilium dicat, num Eustathii nota Epistolis Cyrilli Canonicis consentanea sit.*

Verum, antequam Concilium responderet, Eustathius, in medium procedens, & projiciens librum, dixit: *si male locutus sum, habetis Cyrilli librum, & ipsum,* &

(*)Nempe Divinam, salva Humana. Ut patet ex Ep. Cyrilli ad Nestorium, ubi ait: *differentes sunt, quæ in veram unitatem coactæ sunt Naturæ; sed unus ex ambabus Christus & Filius existit.* Nempe S. Cyrillus contra Nestorium veram unionem non tantum moralem propugnabat.

Sæculum V. A C. 451.

& me anathematizate! Ægyptii clamarunt: *bene locutus est Eustathius, orthodoxus est!* Eustathius ex memoria S. Cyrilli locum recitavit: *ergo non intelligamus duas Naturas, sed unam Verbi*
p. 175. *Incarnatam Naturam,* & addidit: *Anathema illi, qui ideo unam Naturam dicit, ut neget, Carnem JEsu Christi nobis esse consubstantialem! & Anathema illi, qui duas Naturas dicit, ut dividat Filium Dei! pro Beato Flaviano quoque loquar; is sola hæc verba accepit, & Imperatori obtulit. Jubete legi, quod scripsit manu propria, ut toti Concilio constet, jure fuisse receptum.* Magistratus dixerunt: *Cur ergo Flavianum deposuistis?* Eustathius respondit: *peccavi!* (*)

§. VIII.

(*) Unser Uebersetzer hat hier mit Erlaubniß die Anmerkung eines andern angehänget. Er drücket sich so aus: auf der 584. Seite. Man wird uns erlauben, folgende Worte eines grossen Kenners der Streitigkeiten dieser Zeit hieher zu setzen. Es ist wahr, *Eutyches* lehrete, daß nur eine Natur in Christo sey; aber er meynete doch damit nichts anders, als daß nur ein Christus sey.... Da aber die Ausdrücke, so er brauchte, gar leicht auf einen ketzerischen Verstand hingezogen werden konnten .... wollten (seine Feinde) keinen andern Verstand für möglich erkennen. Anlangend den Leo, so konnte er von der Lehre des *Eutyches* nicht anders

Sæculum V.
A. C. 451.

§. VIII.

Flavianus defensus.

Tunc lecta est Fidei expositio de Incarnatione, quam Flavianus in Concilio Con-

anders urtheilen, als nach dem Berichte, den ihm *Flavianus* davon mitgetheilet hatte, von diesem aber war er dergestalt hinters Licht geführet worden .... So ergab es sich (im *Concilio Chalcedonensi*) daß der Unterschied in Worten bestand, indem die Orthodoxen lehreten, daß Christus εν δυο φυσεσι και εκ δυο φυσεων. in und aus zwo Naturen bestehe, dahingegen die Eutychianer nur den letzten Ausdruck wollten gelten lassen .... Wie vielem Unheil hätte vorgebeuget werden können, wenn *Flavianus* mit der Erklärung des *Eutyches* zufrieden gewesen wäre .... Ich glaube, daß Christus sey wahrhaftiger GOtt, und wahrhaftiger Mensch, weiter aber gehe ich nicht, und ich rathe dir ein gleiches zu thun. Nun dienet diesem gelehrten Kenner auf das erste zur Antwort: Es sey nicht genug gewesen, wenn Eutyches eingestanden, es sey nur ein Christus, sondern er war schuldig, mit der ganzen Catholischen Welt zu sagen, es sey nur ein Christus, und nur eine Person, aber zwo ganz verschiedene Naturen, welches Geständniß er niemal von sich hören lassen, gleichwie auch dieses nicht, daß das Fleisch Christi von eben dem Wesen, als das unsrige sey. Wenn aber dieser gelehrte Kenner saget, des

Euty-

Sæculum V. A. C. 451.

Constantinopolitano ediderat, & Magistratus dixerunt: *Quid Episcopi præsentis Concilii sentiunt? num Flavianus, Fidem in hunc modum exponens, Religionem servabat Catholicam, vel fallebatur?* Pascasinus

Eutyches vorgegebene Feinde, der Heil. Flavianus, der H. Leo, und endlich das ganze Chalcedonensische Concilium, das ist, die Catholische Kirche, hätten einen dürren Wortstreit für eine wesentliche Ketzerey angesehen, so verrathet er seinen Spiritum Privatum. Ja wohl Wortstreit! sondern es war um die Wahrheit zu thun, ob JEsus Christus auch ein wahrer Mensch sey, und folglich uns wahrhaftig habe erlösen können, gleichwie solches der Heil. Papst Leo in seiner Epistel lehret. Ob nun wohl Eutyches sagete: nur ein Christus, welcher wahrer GOtt und wahrer Mensch ist; so widersprach er sich doch selbst, da er niemal bekennen wollte, daß in Christo nach der Menschwerdung zwo Naturen wären, und es unmöglich ist, daß Er in einer Natur wahrer GOtt, und wahrer Mensch sey. Nein! es war kein Wortstreit auf dem Chalcedonensischen Concilio; denn eine sehr grosse Anzahl der Bischöfe, wie auch in einem Orte der Heil. Cyrillus selbst, scheineten zu reden wie Eutyches, und konnten die Worte: zwo Naturen, nicht mit Gedult anhören. Man hielte sie dennoch für keine Ketzer. Warum nicht? weil sie in der Meynung waren, das Wort Natura bedeute eben so viel als Persona. Aber nachdem man ihnen endlich den wahren Verstand der Worte des Heil. Leo in seiner Epistel beygebracht, haben sie sich in dieser Glaubenslehre mit der Kirchen-

versamm-

casinus Legatus dixit: *pure, & integre Fidem exposuit, atque hæc explicatio litteris Episcopi Romani consentit.* Idem Anatolius Constantinopolitanus dixit, deinde Lucentius Episcopus, alter ex Legatis

Sæculum V. A.C. 451.

p. 178.

versammlung vereiniget. Und dieses kann ein Wortstreit genennet werden. Auf keine Weise läßt sich dieses auch von dem Eutyches sagen, welcher weder in dem einen, noch in dem andern Verstande zwo Naturen zugelassen; denn warum hat er sich nicht auch wie die andern Bischöfe, welche gleiche Sprache mit ihm zu führen schienen, mit der Catholischen Kirche wiederum vereiniget? Ja gesetzet, es wäre auch zwischen ihm, und der Kirchenversammlung der Unterschied der Lehre nur in Worten bestanden, so war es doch unumgänglich nothwendig, wenn er als orthodox wollte angesehen seyn, daß er seinen Eigensinn ablegete, und nicht nur allein in der Lehre, sondern auch in den Worten mit der ganzen Kirche übereinstimmete.

Wir haben schon vorhin gesehen, wie viel Mühe sich unser Uebersetzer gegeben, den Nestorius zu rechtfertigen. In dieser Anmerkung vertheidiget er mit seinem gelehrten Hülfeleister den Eutyches aus allen Kräften. Ja ja freylich wäre es für diese Herren zu wünschen, daß es keine Ketzer gäbe, so müßten sie nämlich auch für orthodox angesehen werden. Nur daß wiederum der Heil. Paulus im Wege stehet. Nam oportet & Hæreses esse. Cor. 1. XI. 19. Aus diesem allen ersehen wir auch, daß diejenigen, welche ausser der Römischen Kirche leben, sich an alle Irrthümer stossen; und das ist kein Wunder,

Sæculum V. A. C. 451.

gatis, poſt iſtum Maximus Antiochenus, Thalaſſius Cæſarienſis, Euſebius Ancyranus, Euſtathius Beritenſis, Doctrinam Flaviani orthodoxam, atque Doctrinæ S. Cyrilli conformem eſſe, declararunt. Hic Orientales exclamarunt: *Flavianus Martyr optime Fidem explicavit!* Dioſcorus dixit: *legantur verba ejus ſequentia, & tunc reſpondebo: patebit, quod ſibi ipſi contradicat, & quod duas Naturas poſt conjunctionem admittat.* Juvenalis Jeroſolymitanus dixit: *Flavianus in Doctrina Cyrillo conſenſit. Petimus, ut reliqua legantur, ut mens ejus magis perſpicua fiat.* Idem Epiſcopi Palæſtinæ dixerunt; tunc vero Juvenalis, cum ſuis ſurrexit, & ad alteram partem conceſſit, hoc tranſitu indicans, quod a Dioſcori factione recederet. Exclamarunt Orientales: *Deus te adduxit, Epiſcope Orthodoxe! optatiſſimus ades!*

Petrus, Epiſcopus Corinthius, dixit: *Concilio Epheſino non interfui, nam necdum ordinatus eram Epiſcopus; ſed ex his, quæ*

Wunder, denn ſie haben Petram, und Petrum verlaſſen. Sie halten ſich an die heil. Schrift allein; aber die heil. Schrift iſt ein unlebhafter Zeug, welcher, wenn ſie ihn unrecht verſtehen, mit ihnen nicht diſputiret, ſondern laßt ſie glauben was ſie wollen. Das iſt, auf das allerwenigſte, ein ſehr gefährlicher Glauben.

quæ modo audivi, judico, Doctrinam Flaviani Doctrinæ Cyrilli esse consentaneam. Tum surgens transivit ad latus, quo stabant Orientales; illi exclamare: *Petrus Petri Fidem tenet! acceptissimus nobis venisti, Episcope Orthodoxe!* Ireneus, Episcopus Naupactenus cum Episcopis Ætoliæ, Quintillus Sozon, tum cæteri ex Macedonia, & Creta Episcopi, aliique, quos inter etiam non nulli Ægyptii, Flaviani memoriam honorarunt, & ad partes Orientalium transierunt. Dioscorus, videns se deseri, dixit: *manifestum est, Flavianum ideo fuisse depositum, quod post conjunctionem duas Naturas defenderit; Textus Patrum, Athanasii, Gregorii, Cyrilli habeo, qui affirmant, post conjunctionem non esse defendendas duas Naturas, sed unam Naturam Verbi incarnatam. Unacum Patribus me rejicitis.* p. 179. p. 182.

§. IX.

Dioscori violentia.

Ulterius lecta sunt Concilii Constantinopolitani Acta, & Acta Recognitionis, quæ ut fieret, Eutyches impetraverat; tum prosecuti sunt lectionem Actorum Conciliabuli Ephesini, cui Acta Concilii Constantinopolitani inserta erant; lecta quoque Basilii Seleuciensis Declaratio adversus eos, qui post conjunctionem duas Naturas admittebant, ubi retractat, *Sup. lib. XXVII. §. 33. Conc. Calc. p. 233. p. 249. p. 252.*

Sæculum V. A.C. 451.

quod eas in Concilio Constantinopolitano admisisset. Cum hæc verba Calcedone legerentur, Basilius dixit: *non requiro alios testes; Episcopum Joannem rogavi, ut Declarationem meam corrigi curaret, idque feci ex metu, a te incusso, Reverendissime Dioscore! tunc enim nobis vim maximam intulisti. Milites cum armis, Monachi, & Barsumas, Fossarii, multique alii, facto impetu Ecclesiam intrarunt. Ab omnibus Episcopis juramentum exigatur, interrogetur Auxonius Ægyptius, Athanasius quoque interrogetur, an verum non sit, hos ad te dixisse: non facias hoc, Domine! noli totius terræ Fidem damnare!* Dioscorus dixit: *ego tibi vim intuli?* Basilius: *sic est, intulisti! ad istam abominationem coegisti, dum ingentis multitudinis minas adhibuisti, postquam Beatus Flavianus depositus fuerat. Vel ex hoc intelligite, qua ferocia imperaverit vir iste in illo Concilio, in quo solus dominabatur, quod modo etiam, etsi plures Sectatores, quam sex non habeat, totum Concilium perturbet. Peto, ut omnes Metropolitæ ex Lycaonia, Phrygia, Perge, alique, super Sanctis Evangeliis edicant, an vera non sint, quæ refero; Flaviano inter illos tumultus depositio, tanta nos consternatio corripuit, ut nec mutire audemus; tuncque, quibusdam salutem in fuga quærentibus, Dioscorus, in pedes ere-*

ctus,

Sæculum V. A. C. 451.

ctus, dixit: audite! si quis subscribere recusaverit, huic mecum res erit! Eusebius interrogetur, & jurato fateatur, an non periculum Depositionis incurrerit, quod respondere paulum cunctaretur.

Onesiphorus, Episcopus Iconiensis, dixit: post illa, quæ modo legi audivimus, Canon lectus est, ne quis ultra de Fide quamcunque quæstionem sub pœna Depositionis, aut Excommunicationis moveat. Dixi Episcopis, mihi proxime assidentibus, Canon iste in hunc certe finem legitur, ut deponendi Flaviani causa quæratur. Epiphanius Pergensis ad me: hoc Deus nolit! sed si invidia non abest, Eusebius plectetur. Recitato Canone, statim Dioscorus: Notarii accersantur! allata est Flaviani damnatio, & recitata. Exsilii, alii me Episcopi rogati sequebantur, Dioscori genua amplexus sum, dicens: ne facias! per quidquid possum, obsecro! Flavianus Depositionis pœna dignus non est. Ipse de Sede sua surgens, & stans in scabello, in me insurgitis? Refractarii! adsint Comites! Itaque metu cogente subscripsimus. p. 253.

Dioscorus dixit: mentitur! postulo, ut injuriam reparet. Ubi sunt testes? cumque Marianus, Episcopus Synnadensis locuturus surgeret, Dioscorus ad eum: num ego minaciter dixi: Comites accersite! Marianus: cum videremus jam jam sententiam pronuntiaturum, surrexi, & mecum Onesi-

Concilium Calcedonense.

Sæculum V. A. C. 451.

Oneſiphorus, Nunnechius Laodicenus, aliique, acceſſimus, pedesque ejus manibus complexi, dicebamus: & tu Presbyteros habes; non eſt deponendus Epiſcopus propter Presbyterum. Tum dixit: & ſi ſcirem, linguam mihi e faucibus eripiendam, non mutabo ſententiam. Supervenit multitudo, genua ejus ſupplices tenebamus, tuncque ei hoc verbum excidit: ubi Comites? intrarunt ipſi, & ſimul Proconſul cum catenis, ſequente magna hominum multitudine. Igitur ſinguli ſubſcripſimus. Dioſcorus *multitudo illa nec centum, triginta, viginti, aut decem viris vinciendis ſuffeciſſet. Producam teſtes, ex his, quæ dixit iſte, nec unico verbo veritatem conſtare. Sed nimis fatigatur Amplitudo veſtra; jubete, ſi placet, ut reliqua differantur.*

Magiſtratus inſuperhabita Dioſcori in ſpeciem quidem humani, ſed revera effugium quærentis admonitione, Lectiones Actorum continuari juſſerunt; tunc-
p. 300. que lumina inferri neceſſe fuit; inde conjicimus, id hora circiter ſexta veſpertina factum, quippe Calcedone habitantibus octava Octobris hora quinta, & triginta octo momentis ſol occidit. Ubi condemnatio Flaviani legi cœpta, Orien-
p. 305. tales exclamarunt: *Anathema Dioſcoro! illo tempore Flavianum depoſuit, jam ipſe Dioſcorus deponatur! vindica injuriam Domine! diutiſſime vivat Leo! diutiſſime*

me vivat Patriarcha! Postquam omnia Acta Concilii Ephesini, & apposita Episcoporum Nomina fuissent lecta, Magistratus dixerunt: *Fides in proximo Conventu ampliori examini subjicietur. Cum vero ex Actis recitatis, & Confessione quorumdam, qui in illo Concilio Principes fuere, appareat, Flavianum Sanctæ memoriæ, & piissimum Episcopum Eusebium injuria fuisse depositos, æquum arbitramur, ut, si Deo, & Imperatori placeat, Episcopus Alexandrinus, Juvenalis Jerosolymitanus, Thalassius Cæsarienſis, Eusebius Ancyranus, Eustathius Beritensis, & Basilius Seleucienſis, qui Concilio præerant, pœnam Talionis subeant, atque a S. Concilio secundum Canones Dignitate Episcopali priventur. Omnia autem, quæ acta sunt, ad Imperatorem referri oportet.* Orientales exclamarunt: *æquum Judicium!* Illyrici dixerunt: *omnes peccavimus, omnes veniam rogamus!* Tum Magistratus Episcopos omnes monuerunt, ut Fidei suæ Confessionem liberrime conscriberent. Hoc modo primus Concilii Calcedonensis Actus finitus.

Sæculum V. A. C. 451.

p. 321.

§. X.

Sessio Secunda.

Ad Sessionem secundam sexto Idus Octobris, nempe, decima ejusdem

p. 532.

Sæculum V. A. C. 451.

Mensis Patres convenerunt. Magistratus dixerunt: *In Sessione præcedenti Flaviani, & Eusebii Depositio ad Examen vocata est, & probatum, ambos viros non modo contra jura Ecclesiastica depositos, sed etiam crudeliter habitos fuisse. Nunc vero Fidei veritas stabilienda; quia in hunc finem præprimis huc collecti sumus. Summo igitur studio ad Fidem pure explicandam incumbite, non cujusquam mali metus, aut hominibus placendi desiderium, vos perturbet, sed memores estote, quod Deo animarum vestrarum, nostrarumque rationem reddituri sitis. Id summopere satagendum, ut, qui opinionibus singularibus inhærere videntur, ad Ecclesiæ unitatem redeant. Scitote enim, Imperatorem, & nos, illam Fidem sequi, quam trecenti, & octodecim Patres Nicæni, centum, & quinquaginta Patres Constantinopolitani, omnesque alii docuerunt.* Episcopi exclamarunt: *nemo aliam, quam Patres nostri expositionem affert. Fidem explicare non audemus, hanc nos Patres nostri docuerunt, Expositiones eorum scriptas habemus, quibus nihil addere possumus.*

p. 337.

Cecropius Sebastopolitanus dixit: *orta est Eutyche Auctore quæstio; hanc Archiepiscopus Romanus decidit, quem omnes sequimur, ipsius epistolæ omnes subscripsimus.* Episcopi clamarunt: *omnes, quæ*

Cecro-

Cecropius dixit, confirmamus! (*) quæ de Fide exposita sunt, sufficiunt, nec nova expositione opus est. Magistratus dixerunt: Si vobis videatur; Quilibet Patriarcha unum, duosve ex sua Diœcesi Episcopos deliget, in medium Congregationis prodibunt, & postquam consilia super fide contulerint, quid credendum, omnibus aperient. Si omnes, ut speramus, consentiant, ablatus erit lapis offensionis, si qui aliter sentiant, hos internoscere facillimum erit. Florentinus Sardensis dixit: jam, nulla concessa mora, Fidei expositionem dictare non possumus; binc supplices rogamus, ut dies nobis constituatur, sic enim tempus ad mature deliberandum suppetet, quamvis in nostra Fidei Confessione nihil sit, quod emendari debeat, in nostra, inquam, qui Leonis epistolæ subscripsimus. Cecropius Sebastopolitanus dixit: Fides a trecentis, & octodecim Patribus, a Sanctis quoque Patribus Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, & nostris diebus a Sanctissimo Leone optime explicata est. (**) Itaque petimus, ut eorum

Sæculum V. A.C. 451.

p. 340.

(*) Quid huic Testimonio Protestantes opponant? talia in hoc Concilio plura occurrunt.

(**) Hier muß unser Uebersetzer ungelassen worden seyn. Die zween Namen: Gregorius, und Sanctissimus Leo, hat er weggelassen, und davor hin gesetzet: und so weiter. Es ist auch schier etwas unmög-

Sæculum V. A.C. 451.

rum Libri legantur. Id ut fiat, Magistratus jusserunt.

Eunomius, Episcopus Nicomediensis, ex Libro legit Symbolum Nicænum, in cujus principio visebatur: *Datum, Pmlino, & Juliano Consulibus, Anno Alexandri* 636. *decima nona Mensis* DESIUS, *p.* 341. *decimo tertio Kalendas Julii, id est, decima nona Junii anno* 325. Post illud Aetius, Archidiaconus Constantinopolitanus, ex quodam Libro Symbolum Concilii Constantinopolitani, secundi Oecumenici, legit. Exinde epistolæ S. Cyrilli, & Joannis Antiocheni ad Nestorium ab eodem Archidiacono lectæ. Ad singulas hasce Lectiones Episcopi suis clamoribus testabantur, quod hæc esset ipsorum Fides. Tandem Beronicianus Notarius ex Libro, sibi ab Aetio tradito, S. Leonis ad Flavianum epistolam, Græco sermone donatam, recitavit.

§. XI.

S. Leonis epistola probatur.

p. 368. 369. Cum S. Leonis epistola legeretur, Episcopi ex Illyrico, & Palæstina ter objectiones in medium attulere contra SS. Pontificis verba, quibus duas Naturas distinctas

unmögliches, zugleich ein guter Protestant, und ein aufrichtiger Uebersetzer des Herrn Fleury zu seyn. Um geringere Fehler zu verschweigen.

stinctas clarissime docebat; sed ad locum primum, & secundum Aetius Episcopis respondit, & ostendit, in variis locis S. Cyrillum similima affirmasse; ad locum tertium idem Theodoretus demonstravit. Hac Lectione finita, Episcopi exclamarunt: *Hæc Patrum, hæc Apostolorum Fides est! Hæc omnes credimus! omnes Orthodoxi hæc credunt! qui hæc non credit, Anathema sit! hæc Petrus per os Leonis locutus est! hæc Apostoli docuerunt! Sancta est, & vera Leonis Doctrina! hæc Cyrillus docuit, in memoria æterna Cyrillus! Leo, & Cyrillus eadem docuerunt! Cur hæc epistola Ephesi non est lecta? hanc nempe Dioscorus suppressit!* Perlecta S. Leonis epistola, Patrum quoque textus, quos excerpserat, scilicet S. Hilarii, S. Gregorii Nazianzeni, S. Ambrosii, S. Joannis Chrysostomi, S. Augustini, & S. Cyrilli recitati sunt. Magistratus interrogarunt: *His ita se habentibus, adhuc aliquis, cui dubium hæreat?* Episcopi clamarunt: *nemo dubitat.* Atticus Nicopolitanus petiit aliquot dierum moram, qua animo magis tranquillo Patrum testimonia ponderaret, præsertim S. Cyrilli epistolam, ubi duodecim Anathemata pronuntiat. Episcopi omnes hanc postulationem probabant. Magistratus dixerunt: *differetur res in diem sextum; interea apud Anatolium Con-*

Sæculum V. A. C. 451.

p. 368.

p. 357.

p. 361.

p. 364. 365.

p. 369.

Sæculum V. A. C. 451.

ventus agetis, communi opera de Fide deliberabitis, & dubitantes certiora docebitis. Omnes Episcopi exclamarunt: *Hæc est nostra Fides! nemo dubitat Subscripsimus.* Magistratus: *Necessarium non est, ut omnes conveniatis; quia vero illos, qui dubitant, erudiri expedit, Archiepiscopus Anatolius ex illis Episcopis, qui subscripserunt, eliget, quos aliis informandis idoneos judicaverit.* Episcopi exclamarunt: *rogamus ut Patribus nostris redire liceat, reddite Patres Concilio! deferte preces nostras ad Imperatorem, deferte ad Imperatricem! omnes peccavimus, omnibus veniæ locus sit!* Verosimile est, Sectatores Dioscori ita fuisse locutos, ut ipsum cum Juvenale, aliisque, qui in Conciliabulo Ephesino præfuerant, in Concilium reducerent. Clerici Constantinopolitani exclamarunt: *pauci hoc petunt, non est vox totius Concilii!* Orientales exclamarunt: *proscribite Ægyptium!* Illyrici: *omnes erravimus, omnibus ignoscite, reddite Dioscorum Concilio, reddite Ecclesiis!* Post alios his similes clamores Magistratus dixerunt: *quod pronuntiatum fuit, executioni dabitur.*

p. 340.

§. XII.

Sessio tertia. Dioscorus citatur.

p. 372. Ad Sessionem tertiam, elapso triduo, nempe tertio Idus, seu decima tertia Mensis

Mensis Octobris conventum. Huic Ses- Sæculum V.
sioni, in qua Dioscori causa secundum Ca- A. C. 451.
nones judicata, Proceres non interfue- p. 377.
re. Aetius, Archidiaconus Constantino-
politanus, & inter Notarios Primicerius,
Promotoris officio fungens, monuit, Eu-
sebium Doryleensem obtulisse Concilio
Libellum præter illum, quem Imperatori
tradiderat, & in prima Sessione lectus fue- p. 380.
rat. Pascasinus Episcopus Lilibeensis,
Concilii loco S. Leonis Præses, jussit, ut p. 381.
hic Libellus legeretur. In eo Eusebius
petebat, ut omnia, quæ contra se, & Fla-
vianum acta fuerant, nulla pronuntiaren-
tur, Hæresis Eutychiana anathematizare-
tur, & Dioscori temeritas puniretur in
eum modum, qui cœteris exemplo, &
terrori esse posset.

Tum Eusebius dixit: *peto, ut meus Adversarius, me præsente, vocetur.* Ae-
tius: *ante hujus Conventus diem, Diaconi Domnus, & Cyriacus, ut jusseras, Dioscorum monuerunt, ut cum aliis Episcopis adesset; dixit, se quidem id cupere, sed per datos sibi custodes non licere.* Jussit Pasca- Dioscorus.
sinus, ut irent, qui explorarent, an non
ad Concilii fores staret. Id officii Epipha-
nio, & Elpidio Presbyteris mandatum,
qui cum rediissent, ab Anatolio interro-
gati, dixerunt, quod Ecclesiam circum-
euntes, ipsum non inveniissent. Tum tres
Episcopi delegati, nempe Constantinus, p. 384.
Metro-

Sæculum V. A.C. 451.

Metropolita Bostrensis in Arabia, Acacius Ariarathinus, & Attilus Zelensis cum Hymerio, Lectore, & Notario, qui in ipsius Domum se conferrent.

Hi ubi ingressi sunt, Constantinus ad Dioscorum: *Sacrum Concilium rogat te, ut in Ecclesiam S. Euphemiæ, ubi congregatum est, venias.* Dioscorus: *sub custodia sum; dicant Magistriani, an ire liceat.* Acacius, Episcopus Ariarathinus, dixit: *non ad Magistrianos, sed ad te missi sumus.* Dioscorus eandem excusationem obten-

p. 385. dit. Cum vero Delegati abiissent, revocari jussit, dixitque: *jam mihi incidit, in priori conventu Magistratus aliquid pronuntiasse, quod Concilium, cum me modo vocet, mutatum cupit; hinc peto, ut Magistratus, & Senatores etiam huic Sessioni adsint.* Acacius Ariarathinus dixit, nullatenus id consilii esse Patribus, ut, quod Magistratus statuissent, infringerent. Reposuit Dioscorus: *dixistis mihi, Eusebium tradidisse libellum, quo me accusat, peto, ut coram Proceribus, & Senatu examine-*

p. 386. *tur.* Constantinus: *primo nobis respondisti, ad Concilium te venturum, si Custodes tui licentiam darent; jam Magister Officiorum per unum Ministrorum suorum hanc licentiam tibi fecit; rogamus, quid ad hoc respondeas.* Dioscorus: *primulum mihi relatum est, Magistratus in Concilio non esse præsentes, ideo a mea postulatione dimo-*

dimoveri non patiar. Hymerius Lector hujus Citationis Acta conscripsit, & postquam Delegati ad Concilium rediissent, prælegit.

Secunda vice alii tres Episcopi delegati; Pergamius, Metropolita Antiochenus in Pisidia, Cecropius Sebastopolitanus, & Rufinus Samosatenus cum Hypatio, Lectore, & Notario, quibus citationem scriptam deferendam dederunt. Ubi Domum ejus attigerunt, & Pergamius veniendi causam apperuit; Dioscorus: *dixi jam vobis, morbo me teneri, & petere, ut Magistratus huic conventui adsint;* p. 389. *quia igitur malum crevit, differre coactus sum.* Cecropius: *paulo ante nullus tibi de morbo sermo, sed tantum Magistratuum Præsentiam petebas; quin agis, quod te, tanto Episcopo, magis dignum? obedi Concilio!* Pluribus deinde urgente Rufino, Dioscorus interrogavit, num Juvenalis, Thalassius, Eusebius, Basilius, & Eustathius in Concilio essent; nempe illi, qui secum fuerant excluſi. Pergamius respondit: *a Concilio nobis mandatum non est, ut ad hanc quæstionem respondeamus.* Dioscorus: *rogavi Imperatorem, ut Magistratus, qui jam Concilio interfuerunt, meæ causæ examini adessent, sicut etiam Episcopi; ipsorum enim æque ac mea interest.* Cecropius: *te solum Eusebius accusat; quando autem Episcoporum causa,*

Sæculum V. A. C. 451.

ſa, ut Canones præcipiunt, tractatur, nec Magiſtratuum, nec cujuscunque Laici præſentia neceſſaria eſt. Sed aliam a Dioſcoro reſponſionem non obtinuerunt. Lector Hypatius hujus ſecundæ Citationis verba notis conſignavit, quæ poſtquam in Concilio lecta fuere, Euſebius edixit, ſe neminem niſi ſolum Dioſcorum accuſare, petiitque, ut tertio vocaretur.

p. 393.

§. XIII.

Contra Dioſcorum Libelli.

Archidiaconus Aetius dixit; Clericos, & Laicos, qui Alexandria adveniſſent, ante fores Concilii ſtare; hos libellos ſupplices contra Dioſcorum tradidiſſe, & petere, ut ingredi liceret. Juſſit Concilium, ut ingrederentur. Erant autem Athanaſius Presbyter, Iſchyrion, & Theodorus Diaconi, & unus Laicus, cui nomen Sophronius. Lucentius Legatus Aetium legere eorum Libellos juſſit, omnes ad S. Leonem, & Concilium Calcedonenſe directos. Præ reliquis lectus eſt Libellus Theodori, cujus Summa hæc erat: *annos pene viginti duos in Societate Magiſtrianorum merui. Apud Cyrillum Beatæ memoriæ, præſertim Concilii Epheſini tempore, fui; cum præſtitis officiis ejus animum mihi conciliaſſem, inter Clevicos Alexandrinos me adſcripſit, quo in ordine annos quindecim conſumpſi; quan-*

p. 396.

doqui-

doquidem charius mihi erat Ecclesiæ Ministerium, pinguiori fortuna, quam in priori munere sperare poteram. At vero ubi Cyrillo successit Dioscorus, sine omni mora Clericali ordine me exuit, quamvis nec Actor contra me, nec delictum existeret. Criminis loco fuit, quod me Cyrillus amasset; quippe cum Cyrilli Doctrinam de Fide odisset, nihil antiquius habuit, quam ipsius non propinquos modo, sed etiam amicos Civitate ejicere, imo & iis perniciem machinari. Præterea Hæreticus est Dioscorus, Origenista, & de Mysterio Sanctæ Trinitatis perversa docet. Is ipse humano sanguine manus polluit, succidit arbores, p. 397. *domos disjecit aut incendit. Nunquam non vitam flagitiis infamem duxit. Hujus rei testimonia, & argumenta in promptu mihi sunt. Tandem, cum Niceæ esset, Excommunicationem in Sacram Sedem Romanam pronuntiare ausus est; id cum Episcopis ferme decem, ipsum ex Ægypto secutis, quibus, ut subscriberent, vim intulit, egit.* Theodorus in hoc Libello quinque testes nominat, petitque, ut custodiæ mandentur.

Sæculum V. A. C. 451.

Ischyrion in suo Libello easdem accusationes summatim afferebat, ad facta deinde peculiaria veniens, inquiebat: *Imperatores Ecclesiis Lybiæ frumenta, quæ sterile solum non gignit, suppeditant; hæc annona præprimis celebrando Sacrificio incruento,* p. 400.

dein-

Sæculum V. A. C. 451.

deinde peregrinis, & pauperibus indigentibus alendis destinata est; at hanc accipere per Dioscori avaritiam Episcopis non licuit, nam ipse frumentum coemit, quod deinde superveniente penuria summo pretio vendidit. Itaque ex eo tempore non Sacrificium terribile offerri, non pauperibus incolis, non exteris subveniri potuit. p. 401. *Peristeria illustrissimæ memoriæ magnam auri vim testamento reliquerat, Monasteriis, Hospitiis, cæterisque in Ægypto pauperibus distribuendam; hanc pecuniam Dioscorus sibi afferri præcepit, eamque inter Saltatriculas, & Momos dispersit. Nemo in Ægypto degit, qui hominis lasciviam ignoret; prostituti pudoris mulieres Domum Episcopalem, Balneumque ejus frequentissime ingredi conspiciuntur, omnium vero sæpissime, quam nemo non novit, dilectissima Pansophia, cognomento Montana. Hæc sæpe, cum Amatore suo populi Alexandrini fabula fuit. Imo, malum! non uni quoque cædi Episcopus causam dedit.*

Ad me quod spectat, ordinis Clericalis honore auctus fui, quod diu Ecclesiæ Alexandrinæ serviissem; Cyrillus sæpius mihi profectionem, præprimis ad urbem Constantinopolim, demandavit. At, ipso vix vita functo, paterni amoris, quo me optimus Episcopus dignabatur, pœnas dare jussus sum, dum me iste a Sacris Mysteriis removit. Nimis vero levis ipsi hæc pœna videbatur,

Dioscori Causa.

nam

Sæculum V. A. C. 451.

nam Monachis, aliisque hominibus in angustum meum patrimonium, unde sustentabar, immissis, ædiculas incendit, fructiferas arbores ad unam omnes succidit, inutile solum effecit, meque ad mendicitatem redegit. Sed necdum dixi omnia. Virorum Ecclesiasticorum, seu verius latronum, p. 404. *cohortem cum Petro Diacono, Harpocratione, & Mena Presbyteris misit, qui me interficerent, & defuncti corpus sibi afferrent; cumque in urbem Alexandriam fugissem, comprehendi me ab Harpocratione jussit, & in Hospitio languidorum includi; rursusque illo misit, qui me occiderent; istud omnes sciunt, qui in hoc Nosocomio habitant, ipsorum enim auxilio, & beneficio servatus sum. Tandem ex isto carcere, quamvis innocens, & summa injuria detinerer, non prius me liberavit, quam Alexandria excedere, etiam infirma, ut eram, valetudine, promisissem.* Ischyrion sex testes, quorum aliqui ex ipsius Dioscori Familia sunt, nominat.

Athanasius Presbyter in suo Libello querebatur in hunc modum: *Frater meus,* p. 405. *Paulus, & ego Sancti Cyrilli Nepotes eramus, ipsius Sororis Isidoræ filii. Is condito testamento plura, & satis pinguia, legata Successori suo, quisquis ille futurus esset, donavit, eum per Sancta Mysteria obtestans, ut se defuncto propinquos suos foveret, nec quidquam mali inferret. His*

Sæculum V. A.C. 451. p. 408.

non obstantibus, Dioscorus in Episcopatus sui exordio Fratri meo, mihique mortem minatus, Alexandria excedere coegit; venimus Constantinopolim, quod ibi præsidium invenire speraremus. At ipse, datis ad Crysaphium, & Nomum, qui tunc omnia poterant, epistolis, nostram iisdem perniciem mandavit. In carcerem detrusi, & variis modis vexati, tandem, quod adversarii volebant, omnem penum, quæ nobis supererat, dedimus; hinc multas pecunias mutuas accipere, & enormes usuras pendere compulsi sumus. Frater meus tanto ærumnarum pondere oppressus, miserius simul & vita exiit. Ego igitur supersum cum uxore, Liberis ejus, mulieribus consanguineis, & ære alieno, quod contraxerat, oneratus. Præterea miselli nobis vix in publicum secure prodire licebat. Interim, ne qua refugium restaret, Dioscorus domos nostras in Ecclesias convertit; meam quoque, etsi quatuor stadiis distantem, & ob loci situm minus idoneam, adjunxit.

Sed necdum malorum finis! me ab ordine Presbyteratus, nullius delicti reum, deposuit. Septem jam annos exeginus, hinc creditoribus nostris, inde Dioscoro nos persequentibus, errantes; ne quidem in Ecclesiis, aut Monasteriis latere licet.

Sup. XIX. §. 31.

Ad Monasterium Metaneense in Canopo semper tutum omnibus miseris Asylum,

me

Sæculum V, A. C. 451.

me receperam; ipse prohibuit, ne ibi balneis publicis uterer, nec panem aut quodcunque edulii genus parata pecunia emere Conc. Calc. p. 409. *possem, volens ut fame conficerer. Denique huc redactus sum, ut cum duobus, tribusve servis, qui mihi in extremis adhærent, mendicare panem cogar.* Dioscori Crimina. *Pecuniarum Summæ, quæ a nobis exactæ, & partim ex Bonis nostris, partim ex pecuniis mutuis acceptis, collectæ, ferme mille quadringentas libras aureas exæquant. Hoc aurum in prædam cessit Nomo, & Crysaphio, qui necdum exsatiatus in Bonorum meorum possessionem irruit, & a Materteris nostris S. Cyrilli Sororibus octoginta quinque libras aureas, rursusque a Fratris mei vidua, & liberis ejus, Orphanis, libras quadraginta expressit.*

Ultimo lectus est Libellus Sophronii Laici, in quo dicebat: *mandata ab Imperatoris Curia adversus virum, Nomine* p. 412. *Macarium, in urbe Alexandrina publico munere fungentem, qui mihi uxorem meam rapuerat, obtinueram; ne hæc mandata* p. 413. *exequi liceret, Dioscorus prohibuit, dicens, majorem sibi quam Imperatoribus in hac Provincia Auctoritatem esse, misitque Diaconum, cui nomen Isidorus, cum Rusticorum turba, qui vestes, & omnia alia mihi, & liberis meis sustentandis necessaria abstulerunt; in sola fuga salus fuit. Præterea affirmo, Dioscorum sæpe*

Sæculum V. A.C. 451.

Blasphemias in Sanctam Trinitatem effutiisse, adulteriis Dignitatem Episcopalem polluisse, & aliqua contra Cæsaris Majestatem attentasse, quod diceret, sibi in Ægypto obtigisse Imperium. Hæc probant Acta coram pluribus Magistratibus conscripta. Multi alii, funestos furoris ejus effectus experti, paupertate, vel metu prohibiti sunt, ne justissimas querelas coram vobis effunderent. Peto, ut Agorastus, Dioscori Syncellus, qui hic loci est, vocetur. Quatuor isti Libelli, postquam eos Notarii legissent, & Partes præsentes cognovissent, ad Acta relati sunt.

p. 416.

§. XIV.

Dioscorus damnatur.

Tandem Concilium jussit, ut Dioscorus tertia vice vocaretur, & hoc munus Francioni, Episcopo Philippopolitano, Luciano Biceno, Joanni Germaniciensi, & Palladio Diacono, & Notario demandarunt. Citationem etiam scriptam ferebant, in qua Concilium Dioscoro significabat; ea, quæ in excusationem attulisset, recipi non posse; veniret, & causam suam defenderet; secus, tanquam contumaciæ reum esse damnandum. Dioscorus respondit, nihil amplius se habere, quod iis, quæ se vocantibus respondisset, adderet, & quidquid delegati Episcopi ad frangendam viri contumaciam afferrent,

p. 416. 417. 420. 421.

rent, aliud responsum, quod septies repe- Sæculum V.
tiit, extorquere non potuerunt. Post- A. C. 451.
quam hæc ad Concilium delata, Paschasi-
nus sæpius rogavit, quid facto opus esset,
& an Patribus videretur, Dioscorum se-
cundum Canonum rigorem esse judican-
dum. Totum Concilium, id sibi placere,
edixit. Tunc vero tres Legati Paschasi- p. 434.
nus, Lucentius, & Bonifacius Sententiam
pronuntiarunt, in hæc verba: *Errata*
contra Canones a Dioscoro, quondam Epis-
copo Alexandrino, admissa, tam ex Actis
in Præcedenti Sessione, quam in ista mani-
festa sunt. Eutychen ab Episcopo suo
damnatum in Communionem recepit. Quæ
Ephesi egit, pervicaciter defendit, quam-
vis & ipsum, quod ceteri faciunt, veniam p. 225.
rogare oporteret. Epistolam Leonis Pa-
pæ, ad Flavianum datam, legi prohibuit,
imo Papam excommunicavit. Multæ ac-
cusationes contra ipsum ad Concilium dela-
tæ sunt. Ter vocatus, noluit obedire.
Igitur Sanctissimus Archiepiscopus Roma-
nus, Leo, per Nos, & præsens Concilium,
cum S. Petro Apostolo, qui Ecclesiæ Catho-
licæ, atque Fidei Orthodoxæ Petra est, &
fundamentum, Dioscorum Dignitate Epis-
copali, & omni Sacerdotali Ministerio pri-
vavit. (*) *Ergo Concilium secundum Ca-*

(*) Hæc verba sane Summam in Ecclesia Au-
ctoritatem demonstrant.

Sæculum V. A. C. 451. *nones de ipso decernat.* Anatolius Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, Stephanus Ephesinus, (*) & omnes alii Episcopi singulatim sententiam suam pronuntiarunt, diversis verbis eadem dicentes; videlicet consensum suum prodebant, Legatorum effatum, & Dioscori Depositionem confirmabant. Leguntur centum octoginta & unum Nomina Episcoporum, quorum Suffragia referuntur.

p. 448. *&c.* Omnes deinde eodem ordine signum suum appossuere; primi sunt Legati; atque etiam Bonifacius Presbyter ante Anatolium signavit. Episcopus unus

p. 459. lingua Persica subscripsit.

Concilium Dioscoro latam in eum Sententiam significavit, missa scheda; nimirum contumaciæ causa decima tertia Mensis Octobris fuisse depositum.

p. 462. Idem Charmosyno Presbytero, & œconomo, Euthalio Archidiacono, aliisque Clericis Alexandrinis, qui Calcedone tunc versabantur, significabatur, & monebantur, ut Bona Ecclesiæ futuro Successori conservarent. Concilium suam Sententiam

(*) Illa adhuc ætate Episcopus Ephesinus S. Joannis Evangelistæ Successor, Antiochenus Successor S. Petri, & Jerosolymitanus S. Jacobi, Sedes Apostolicas obtinere dicebantur, quamvis, si nullius alterius Ecclesiæ Nomen fuisset appositum, Sola Romana acciperetur.

tentiam affixo Edicto, & ad omnem populum Constantinopolitanum, & Calcedonensem directo, promulgavit; in ea tabella monebatur etiam populus, nullam spem Dioscoro, ut falso jactabat, restitutionis supereſſe. Acta Patres ad Imperatores Valentinianum, & Marcianum, atque Imperatricem Pulcheriam perscripserunt. Hæc in tertia Sessione gesta. Sæculum V. A. C. 451

§. XV.

Sessio quarta. S. Leonis Epistola iterum approbatur.

Sessio quarta exinde post quatriduum, nempe decimo sexto Kalendas Nov. seu decima septima Octobr. Magistratibus præsentibus, celebrata. Primo præceperunt, ut ea rursus legerentur, quæ sub finem Sessionis primæ, & initium secundæ decreverant, Examen Quæstionis de Fide post dies quinque esse differendum. Postea Legatos rogarunt, ut edicerent, quid Concilium de Fide definiisset. Pascasinus dixit: *Sacrum Concilium ea amplectitur, quæ in Concilio Nicæno, & in Concilio Constantinopolitano sub Magno Theodosio definita fuere, sicut etiam Expositionem Ephesi a S. Cyrillo compositam. Præterea Epistolæ a Leone Papa, adversus Hæreses Nestorii, & Eutychis scriptæ, veram Fidem exposuerunt; has quoque Sacrum Concilium recipit, quibus nihil addi,* *v.* 467. *p.* 470. *17. Octobr.* *p.* 471.

Sæculum V. A. C. 451.

di, nihil adimi poteſt. Ubi hoc Paſcaſini effatum ab Interpretibus Græce redditum eſt, Epiſcopi exclamarunt: *Hæc omnium noſtrum una eſt Fides! in hac baptizati ſumus! in hac etiam baptizamus. Hæc ſemper credidimus, hæc hodieque credimus!* Magiſtratus dixerunt: *In præſentia Sanctorum Evangeliorum cupimus, ut quisque veſtrum edicat, an Expoſitio trecentorum, & octodecim Patrum Nicænorum, & centum quinquaginta Patrum Conſtantinopolitanorum Epiſtolæ Reverendiſſimi Archiepiſcopi Leonis conſentanea ſit.*

Anatolius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus dixit: *Epiſtola Sanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis Symbolo Nicæno, Symbolo Conſtantinopolitano, & iis, quæ in Concilio Epheſino ſub S. Cyrillo, ubi Neſtorius depoſitus fuit, decreta, conſentanea eſt; ideoque conſenſi, & lubenti animo ſignum appoſui.* Paſcaſinus omnium Legatorum nomine dixit: *ſatis exploratum eſt, Papæ Leonis Fidem Doctrinæ Patrum Concilii Nicæni, Conſtantinopolitani, & Definitioni Concilii Epheſini ſub Sancto Cyrillo, conſentire, & nullatenus differre; hinc Epiſtola Papæ, qui ut naſcentem Eutychis Hæreſin opprimeret, Fidei Confeſſionem renovavit, tanquam in eodem Spiritu ſcripta, recepta eſt.* Maximus Antiochenus dixit: *Sanctiſſimi Archiepiſcopi Leo-*

S. Leonis epiſtola.

Leonis Epistola Expositioni Nicænæ, Constantinopolitanæ, & Ephesinæ similis est; ideo subscripsi. Stephanus Ephesinus, Diogenes Cyzicenus, Cyrus Anazerbensis, Constantinus Bostrensis, omnesque alii, ferme centum, & sexaginta Patres, eodem modo S. Leonis epistolam approbarunt, & se eidem subscripsisse, quod eam Patrum Fidei consentaneam invenissent, testati sunt. Sæculum V. A.C. 451. *p.* 474.

Episcopi ex Epiro, Macedonia, Thessalia, Græcia, & Creta, id est, ex toto Illyrico Orientali, Declarationem suam scriptam tradiderunt, quam nomine omnium Episcopus Philippensis, (*) cui Nomen Sozon, dictaverat, in hunc modum: *Trecentorum, & octodecim Patrum servamus Fidem, in qua salus nostra est, & in qua mori cupimus. Ab ea centum quinquaginta Patrum Doctrina diversa non est. Omnia etiam illa observamus, quæ in Concilio Ephesino, ubi Beatus Cœlestinus, & Beatus Cyrillus (**) præfuerunt, definita* *p.* 490. *p.* 491.

(*) Ecce Episcopum Philippensium, ad quos S. Paulus scripsit!

(**) Der Leser wird sich erinnern, wie sehr sich der Protestantische Uebersetzer bemühet habe, darzuthun, daß der Heil. Cyrillus auf keine Weise in der rechtmäßigen Ephesinischen Kirchenversammlung im Namen des Pabstes vorgestanden. Wer verdienet aber mehr Glauben, so ein Stümper, oder

Sæculum V. A. C. 451.

sunt; præterea persuasum nobis habemus, Sanctissimum Archiepiscopum Leonem esse maxime Orthodoxum; omne nobis dubium circa Epistolam ejus Legati Pascasinus, & Lucentius exemerunt, & ea, quæ in modo loquendi diversa esse videbantur, explicarunt; quippe, postquam in domo Archiepiscopi Anatolii, ut præcepistis, convenissemus, Romani illos omnes anathematizarunt, qui Domini Nostri JEsu Christi carnem, de Sancta Virgine sumptam, a Divinitate separant, illos etiam, qui JEsu Christo omnia ea, quæ ipsi tanquam Deo, & tanquam homini propria sunt, sine confusione, sine mutatione, sine divisione, non tribuunt. Itaque, cum nullus dubitationi superesset locus, quin Leonis epistola Patrum Doctrinæ omnino congruat, consensimus, & manum apposuimus. Hanc confessionem Episcopi Illyrici viva voce confirmarunt. Episcopi Palæstinæ quoque chartam communi omnium nomine tradiderunt, in quo scripto fatebantur, se credidisse, in epistola S. Leonis quædam verba legi, quæ divisionem, & separationem indicarent, sed Legatos omnem dubitationem sibi abstulisse.

p. 494.

§. XVI.

oder die Bischöfe aus Epirus, Macedonien, Thessalien, Griechenlande, und Creta? Die Muthmassungen des Dupin sind auch nicht so erheblich, daß sie dieses Zeugniß der Bischöfe aus dem ganzen Orientalischen Illyrien entkräften könnten.

Sæculum V.
A.C. 451.

§. XVI.

Quinque Episcopi restituuntur.

Postquam omnes centum, & sexaginta Episcopi sententiam dixissent, Magistratus rogarunt, ut, si omnes ceteri Episcopi, qui speciatim suam mentem non aperuissent, eadem sentirent, id viva voce testarentur. Tunc omnes Episcopi exclamarunt: *omnes consensimus! omnes idem sentimus, omnes idem credimus! Reddite Patres Concilio! Catholici sunt! subscripserunt! in annos plurimos vivant Imperatores! vivat Imperatrix! quinque Episcopi Fidei subscripserunt, idem cum Leone sentiunt!* Quinque illi Episcopi, quorum reditum ardenter optabant, erant Juvenalis Jerosolymitanus, Thalassius Cæsarienſis, Eusebius Ancyranus, Basilius Seleucienſis, & Eustathius Beritenſis, qui cum Dioscoro in Conciliabulo Ephesino præfuerant, & in prima Sessione Calcedonenſi Depositione digni proclamati. *p. 507.*

Ad hos Episcoporum clamores Magistratus dixerunt: *Rem istam ad Imperatorem detulimus, & responsum expectamus. Ceterum, Deo rationem de eo reddetis, quod Imperatore, nobisque ignaris, Dioscorum deposueritis, illos quinque, quos modo reddi vobis petitis, excluseritis, & de his omnibus, quæ in Concilio egistis.*

Sæculum V. A. C. 451.

stis. Omnes exclamarunt: *Deus deposuit Dioscorum! æquum fuit, deponi Dioscorum! JEsus Christus deposuit Dioscorum!* Per aliquot horas expectatum, donec redirent, qui Imperatoris responsum afferrent. Tum Magistratus dixerunt: *Imperator Noster Piissimus ea, quæ ad causam Episcoporum, Juvenalis, Thalassii, Eusebii, Basilii, & Eustathii pertinent, Vestro Judicio relinquit; ergo, quid agendum, mature perpendite; de his enim rationem a vobis exposcet Deus.* Anatolius dixit: *petimus, ut ad nos ingrediantur!* Omnes Episcopi exclamarunt: *rogamus, ut intrent! reddite Concilio illos, qui eadem nobiscum sentiunt, qui Leonis Epistolæ subscripserunt.* Magistratus dixerunt: *intrent!* His igitur quinque Episcopis intrantibus, & considentibus, alii omnes exclamabant: *Dei hoc opus est! plurimos annos Imperatori! diutissime vivant Proceres! Senatus vivat! rediit concordia! Ecclesiarum Pacem tenemus!*

p. 510.

§. XVII.

Quid Ægyptii objecerint.

Quosdam Episcopos Ægyptios deinde intrare Magistratus jusserunt, qui Libellum supplicem Imperatori obtulerant. Tredecim ii erant, & omnibus consentientibus assederunt. Libellus eorum, omnium Episcoporum Ægypti nomine

nomine traditus, aliud nihil continebat, nisi hæc pauca; ipsos Fidem Catholicam sequi, & omnes Hæreticos damnare, præprimis illos, qui Domini Nostri Carnem de Cœlo, non autem de S. Maria Virgine, veniſſe dicerent. Episcopi exclamarunt: *Quare Eutychis Doctrinæ anathema non dixerunt? hunc Libellum fraudulenter obtruserunt. Leonis Epistolæ subscribant! illudere nobis cupiunt, & deinde abire.* Diogenes Cyzicenus dixit: *Concilium propter Eutychen convocatum fuit; vel edicat aliquis! an alia causa fuit? Archiepiscopus Romanus propter Eutychen suam Epistolam edidit; omnes ipsius Epistolæ, quæ Patrum Expositionibus congruit, consensimus; jam & isti consentiant!* Legati per os Pascasini dixerunt: *palam fateantur, num Sedis Apostolicæ Epistolæ consentiant, & Eutychen anathematizent!*

Sæculum V. A. C. 451.

Episcopi Ægyptii, loquente omnium nomine Hierace, inter ipsos Principe, dixerunt: *si quis aliud sentit, quam quod in nostro Libello legere est, sive Eutyches, sive alius quisquam, Anathema sit! quod vero Epistolam Sanctissimi Archiepiscopi Leonis respicit, nemo Episcoporum ignorat, nos semper Archiepiscopi nostri sententiam in omnibus expectare. Id Concilium Nicænum decrevit; ut tota Ægyptus exemplum Archiepiscopi Alexandrini sequa-*

Libellus Ægyptiorum. p. 514.

Sæculum V. A. C. 451.

sequatur, & nullus sine ipso quidquam agat. Eusebius Doryleensis dixit: *mentiuntur!* Florentius Sardensis: *demonstrent, quod affirmant!* Omnes exclamarunt: *missa ambagibus, Eutychis Doctrinam anathematizate! quisquis Epistolæ, quam Concilium approbavit, non subscribit, Hæreticus est. Anathema Dioscoro, & omnibus ejus Fautoribus! si Orthodoxi non sunt, quomodo Episcopum ordinabunt?* Pascasinus dixit: *Ecce Episcopos, ætate graves, qui in suis Ecclesiis consenuerunt, Fidem Catholicam necdum didicerunt, & quid alius credituras sit, expectant!*

Ægyptii clamarunt: *Anathema Eutychi, & illis, qui ipsi credunt!* Nihilominus instabant Patres, ut S. Leonis Epistolæ subscriberent, secus excommunicarentur. Hierax dixit: *Episcopi Provinciæ nostræ maximo numero sunt, nos vero pauci nimis, ut omnium nomine, quidquam decernamus. Amplitudinem tuam, & Sacrum Concilium supplices rogamus, ut nostri misericordia moveamini, si enim quidquam præter voluntatem nostri Archiepiscopi egerimus, totius Ægypti Episcopi tanquam Canonum transgressores nos persequentur; miseremini Senectutis nostræ!* Tunc vero omnes tredecim Episcopi isti Ægyptii, super pavimento prostrati, preces repetebant: *misereat vestri nostri! memineritis, Episcopos oportere esse*

esse humanos! Cecropius Sebastopolitanus dixit: *Concilium Oecumenicum potius fidem meretur quam Ægyptiorum; æquum non est, decem Hæreticis aures dare, contemptis mille ducentis Episcopis. Non petimus, ut aliorum Fidem confiteantur, sed suam.* Cecropium, dum de mille ducentis Episcopis mentionem facit, de Episcoporum numero in toto Mundo id velle accipi, conjicere est. Ægyptii exclamarunt: *in illa Provincia ultra manere nobis non licebit; miserescite!* Eusebius Doryleensis: *Delegati sunt omnium Ægyptiorum, ergo cogendi, ut Concilio Oecumenico consentiant!* Legatus Lucentius ad Magistratus: *docete hos viros, si nesciant, Episcoporum decem opinionem sexcentorum Episcoporum Concilio nocere non posse.* (*)

Sæculum V. A. C. 451.

Ægyptii clamarunt: *interficiemur! miserescite!* Omnes alii Episcopi: *attendite, quæsumus! quam pium de Collegarum suorum indole testimonium proferant!* Ægyptii: *neci dabimur, miserescite! vel hic potius nos interficite! Hic nobis novum Archiepiscopum date! non ignorat Anatolius Ægyptiorum morem. Non resistimus Concilio, sed in Patria nostra occidemur, miserescite! summa est vobis poten-*

(*) Hic habemus Numerum Episcoporum, qui in Concilio Calcedonensi sederunt.

Sæculum V. A. C. 451.

potentia; malumus hic Imperatore, vobis, & Concilio jubentibus mori! per Dei amorem ne despicite canos nostros, parcite decem vitis! vita nostra in manibus vestris posita est. Si cui Sedes nostras Episcopales invadere cupiditas est, invadat! nolumus ultra Episcopi esse; unicum est, quod

p. 518. *petimus, ne moriamur! date nobis Archiepiscopum, & si resistimus, punite! deligite Archiepiscopum! hic expectabimus, donec ordinatus fuerit.*

Magistratus dixerunt: *æquum nobis videtur, ut Episcopi Ægyptii, ita ut sunt, Constantinopoli maneant, donec Episcopus in Sedem Alexandrinam fuerit ordinatus.* Pascasinus dixit: *ergo promittant, hac urbe se non excessuros, dum Alexandria Episcopum habeat!* Jusserunt Magistratus, ut si plura non possent, saltem juramento se obligarent, se non fugituros.

§. XVIII.

Abbatum Schismaticorum Libellus.

His peractis, jubentibus Proceribus, & Concilio, Faustus, Martinus, Petrus, Manuel, & plures alii, Presbyteri, & Abbates Catholici, numero decem & octo, ingressi sunt. His ingressis, & sedentibus, Magistratus recitari jusserunt octodecim aliorum, qui Abbates dicebantur, nomina; hi, Caroso, & Dorotheo Ducibus, Libellum supplicem Imperatori tradiderant;

rant; igitur Magistratus petebant, ut Abbates Catholici edicerent, an hos omnes Abbates cognoscerent. Omnium nomine Faustus profatus est, Carosum, & Dorotheum Abbates esse, aliquos vero solummodo Custodes Ecclesiarum, ubi Martyres colerentur; aliquibus tres, quatuorve, non plures, esse socios, alios sibi penitus esse ignotos. Subjunxit: *rogamus, ut a Concilio mittantur, qui explorent, an re ipsa Monasteria habeant, vel in Abbatiali dignitate se esse comminiscantur. Quod vero ad eos attinet, qui se Monachos dicunt, & a nemine cognoscuntur, tanquam versipelles, & homines scandalum creantes, urbe excedere jubeantur!* Sæculum V. A.C. 451. p. 532.

His insuperhabitis, Magistratus Carosum, & Dorotheum, sequente toto comitatu, ingredi jusserunt, quos inter Barsumam Syrum, & Calopodium Evnuchum videre erat. Postquam illum libellum a se fuisse traditum fassi sunt, legi eum Magistratus jusserunt. At Anatolius dixit: *Presbyteri Calopodius, & Gerontius, qui cum ipsis intrarunt, diu abhinc depositi sunt, nec ipsis adesse licet.* Ipsi responderunt: *usque in hanc horam nemo id nobis dixit.* Tum Aetius Archidiaconus ad Calopodium accedens, dixit: *Archiepiscopus per os meum tibi dicit, te esse depositum; exi!* Calopodius: *qua ex causa depositus!* Archidiaconus: *tanquam Hæreti-* Calopodius depositus.

Sæculum V. A.C. 451.

reticus. Ergo recitatur libellus, tam octo-decim virorum, qui Abbates se dicebant, quam sociorum suorum, nempe Clericorum, Monachorum, Laicorumque nomine traditus. Summa erat, quod Imperatoris præsidium peterent adversus persecutionem Clericorum, qui se, ut subscriberent, adhibita vi cogere volebant, atque e suis Monasteriis, aliisque Ecclesiis, in quibus habitarent, expellebant.

p. 524.

Tum Diogenes, Episcopus Cyzicenus, dixit: *Barsumas, cum istis ingressus ad Concilium, est Flaviani Interfector; aderat enim, & dicebat: occidite! Is in Libello non comprehenditur; quomodo igitur intrare licuit?* Omnes Episcopi exclamare: *Barsumas, totius Syriæ pernicies, mille Monachos ad nos adduxit!* Magistratus ad Monachos dixerunt: *jussit Imperator, sicut petiistis, congregari Concilium, & vos admitti; patientes igitur aures præbete, ut vos Concilium edoceat, quid de Fide definierit.* Carosus, Dorotheus, aliique Monachi dixerunt: *petimus, ut Libellus noster legatur;* nempe alius, qui ad Concilium dirigebatur. Episcopi clamarunt: *ejicite Barsumam Parricidam! Barsumam ad Circum!* nempe ut Bestiis objiceretur. *Anathema Barsumæ! Barsumam in exilium pellite!* Lectus est Libellus ad Concilium directus nomine Abbatum, omniumque eorum in

p. 525.

JEsu

JEsu Christo Fratrum, petentium, ut Dioscorus, &, quos apud se habebat, Episcopi, Concilio interessent. Sæculum V. A.C. 451.

Cum hæc verba legerentur, omnes Episcopi exclamarunt: *Anathema Dioscoro! JEsus Christus Dioscorum deposuit!* Monachi in Concilio *ejicite hanc hominum fæcem! Concilii probrum tollite!* Faustus, & Abbates Catholici dixerunt: *tollite Monasteriorum ignominiam!* Magistratus legi totum Libellum jusserunt; in quo aliud nihil continebatur, quam ut Dioscorus, tanquam Fidei Nicænæ Conservator restitueretur; subjecta erat Protestatio, secus se a Concilii Communione recessuros. Tunc Aetius Archidiaconus quintum Canonem Antiochenum ex Libro legit, ubi præcipitur, ut Presbyter, vel Diaconus, qui se ab Episcopi sui Communione separat, & alibi conventus agit, deponatur, & si in Schismate persistat, tanquam Seditionis reus a Potestate Sæculari expellatur. Episcopi exclamarunt: *æquum hoc est! Patres Sancti hunc Canonem condiderunt!* Magistratus ex Monachis Schismaticis interrogarunt, an Concilii Decretis acquiescerent. Carosus dixit: *Fidem Nicænam novi, in qua baptizatus sum, non novi aliam. Episcopi sunt, possunt nos ejicere, possunt deponere. Quando S. Theotimus me baptizavit Tomis, prohibuit, ne quidquam aliud crederem.* Dorotheus dixit:

p. 528.

Sup. XII. §. 12.

p. 529.

Sæculum V. A.C. 451.

xit: *Fidei Nicænæ, in qua baptizatus sum, & Decisioni Concilii Ephesini contra Nestorium adhæreo; aliam Fidem non novi.* Barsumas, opera Interpretis, Syriace enim loquebatur, dixit: *Fidem teneo, quam trecenti, & octodecim Patres tenuerunt; ita fui baptizatus: in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. sicut Dominus ipsos docuit Apostolos.* Similia & ceteri responderunt.

Archidiaconus Aetius propius ad eos accedens, dixit: *Eadem Concilii, ac Patrum Nicænorum Fides est. Cum vero postea quæstiones motæ fuissent, SS. Patres Cyrillus, & Cœlestinus, & nunc Sanctissimus Papa Leo ediderunt epistolas, in quibus Symbolum explicatur, & quas Concilium Oecumenicum reverentia debita recipit. Num ergo Concilii judicio obeditis, & Nestorium, atque Eutychen anathematizatis?* Carosus respondit: *satis Nestorium anathematizavi.* Aetius: *num etiam Eutychen cum Sancto Concilio anathematizas, vel secus?* Carosus: *nunquid scriptum est: nolite judicare, & non judicabimini? Sedent hic Episcopi, cur ergo tu loqueris?* Aetius: *responde ad ea, quæ te Concilium, mea opera utens, interrogat! an Sancto Concilio Oecumenico obedientiam præstas, vel non!* Carosus iterum Concilium Nicænum obtendit, & sermonem clausit his verbis: *Si Eutyches aliud, ac*

Matth. 7.

p. 532.

ac *Ecclesia Catholica, credit, Anathema sit!* Sæculum V. A. C. 451.

Magistratus jusserunt legi Libellum, a Fausto aliisque Abbatibus Catholicis Imperatori traditum, contra Eutychis Discipulos, qui Confessioni Fidei subscribere, etiam sæpius ab Anatolio, aliisque, moniti recusabant. Hujus Libelli conclusio erat; rebelles hos juxta Regulam Monasticam puniendos, & e loco, in quo conventus agebant, ejiciendos. Dorotheus Eutychis opinionem propugnare ausus est, affirmans ipsum esse Catholicum, quod sufficeret dicere, illum, qui passus est, unum esse de Trinitate. Omnes Episcopi dixerunt: *an vultis subscribere Epistolæ, vel non vultis?* Nempe de epistola S. Leonis loquebantur. Dorotheus dixit: *credo in Baptismum, at epistolæ non subscribo.* Magistratus dixerunt: *Ministris, ab Imperatore ad vos missis, promisistis, vos Concilii Decretis obedientes exhibituros; cur igitur jam resistitis?* Dorotheus respondit: *rogavimus Imperatorem; faceret, ut Concilium Fidem Nicænam confirmaret.* (*) Tum Magi- p. 533.

(*) Eutychiani hic, Fidem Nicænam! ingeminant, quam non capiunt, aut pervicaciter capere nolunt. Ita hodierni Protestantes nihil sæpius in ore habent, quam: Scriptura! Scriptura!

Sæculum V. A.C. 451.

stratus Patres rogarunt, ut pervicacibus duorum triumve dierum moram concederent; sed Carosus, & Dorotheus sine fronte; se a sententia, quæ semel placuisset, nullatenus posse dimoveri. Hic Acta Sessionis quartæ Concilii Calcedonensis secundum antiquissima Exempla finiuntur; in hodiernis etiam exitus causæ Caroſi, & Dorothei, itemque dissensio inter Photium Tyriensem, & Eustathium Berythensem leguntur, quæ hic referemus.

p. 536. Acta Concilii Calcedonensis.

Ubi Alexander Presbyter, & Visitator, a Concilio missus ad Imperatorem in causa Monachorum Schismaticorum, rediit, quæ Imperator mandasset, retulit in hunc modum: *ad Imperatorem detuli; a Dorotheo, & Caroso jactari, Suam Majestatem ipsis promisisse, ipsam Monasteria nosque convocaturam, ut Partem utramque coram Sancto Evangelio audiret. Imperator ambobus nobis Joanni Decurioni, & mihi mandavit, ut suis verbis Abbatibus diceremus: Si ego ipse vos audire*

ra! S. Scripturam etiam nos Catholici habemus. At si sensum Sacræ Scripturæ diversi diverse explicent, non aliud supereſt ad veritatem perveniendi Remedium, nisi petitum ab Auctoritate, quam nos Catholici in testimonio Ecclesiæ Romanæ invenimus infallibilem, Protestantes vero nullam; vel, qualis illa sit, tandem aliquando ostendant.

dire voluissem, non fuisset opus, ut Concilium Oecumenicum vexarem, & in hunc locum cogerem; sed cum Episcopi in hunc ipsum finem collecti essent, dixi vobis, ut ipsos adiretis, & ex ipsis, quæ ignoratis, disceretis; scitote enim! quæcunque Concilium Oecumenicum decreverit, & scripta mihi tradiderit, ea sequor, amplector, & credo. Nullum ergo vobis de hoc nostro proposito remaneat dubium, nihil aliud responsi obtinebitis.

His auditis Concilium exclamavit: *Annos plurimos Imperatori! annos plurimos Imperatrici!* Tum secundo lectus est libellus supplex, quem Carosus, & Sectatores ejus Imperatori tradiderant, ut Dioscori Restitutionem peterent. Archidiaconus Aetius postea petiit, ut Canones contra Schismaticos legerentur, &, Concilio jubente, ex Libro legit Canones 83. & 84. qui quartus, & quintus inter Canones Concilii Antiocheni leguntur. Ex his videmus, Ecclesiam jam illa ætate Collectione, cui titulus: *Codex Canonum Ecclesiæ universalis*, tali, qualem hodieque habemus, usam fuisse. Perlectis his Canonibus Concilium, Imperatoris & Magistratuum Bonitatem ratam habens, Monachis refractariis triginta dierum moram, nempe a decima quinta Octobris usque ad decimam quintam Nov. concessit. His diebus elapsis, inquit

p. 537.

vid. Bibl. Justel. to. 1. *p.* 44.

p. 540.

Sæculum V. A.C. 451.

quit Concilium: *Clericos ad eos mittemus, qui moneant, ut Concilii Decretis se subjiciant, secus, omni Gradu, Dignitate, Monasteriorum Regimine, & ipsa Communione privati sint. Si fugere voluerint, iisdem pœnis subjaceant, & juxta Canones a Potestate Sæculari ad obediendum compellantur.* Dies decima quinta Octobris biduo superior est quarta Concilii Sessione, in qua auditi fuerant, & Actum hoc peculiare triduo posterius, nempe vigesima Octobr. datum.

§. XIX.

Causa Photii Tyriensis, & Eustathii Berytensis.

Causa litis inter Photium Tyriensem, & Eustathium Berytensem hæc erat. Photius dicebat, sibi soli in prima Phœnice Metropolitæ jura competere, & querebatur, Eustathium Theodosii Junioris favore, quem sibi conciliaverat, adjutum, effeciſſe, ut Berytus in Metropolim erigeretur, & inde sibi Jurisdictionem, atque jus ordinandi in sex Ecclesias Byblensem,
p. 544. Botrysenam, Tripolitanam, Orthosiadenam, Arcasenam, & Antaradenam arro-
p. 545. gare. Eustathius, ut Judicium eluderet, dicebat, ante omnia Fidei Formulæ esse subscribendum; sed nihilominus Magistratus Photii Libellum legi jusserunt. Edixerunt deinde, Imperatorem nolle, ut

ut causæ Episcoporum secundum Leges Cæsareas, & Pragmaticas deciderentur, (*) sed secundum Canones, & interrogarunt Patres, quid potius cuperent, ut duorum Episcorum causa vel secundum Canones, vel secundum Leges Civiles judicaretur. Concilium dixit: *judicetur secundum Canones! nullus hic sit Pragmaticis vigor, Canones prævaleant!* (**) Sæculum V. A.C. 451. p. 540.

Eustathius pro sua causa Auctoritatem cujusdam Concilii Constantinopolitani adducebat; illico Proceres quærere, an Conventus Episcoporum, Constantinopoli jam prius existentium, Concilium dici posset. Triphon, ex Insula Chio Episcopus, dixit: *appellatur Concilium, iisque ibidem, qui actionem movent, Jus dicitur. Mos est Constantinopoli per antiquus, ut Episcopi, in urbe degentes, emergentibus causis Ecclesiasticis, congregentur, eas decidant, & quærentibus Responsa tribuant.* Istud Conciliorum genus Sessio quarta. p. 548.

(*) Clarissimum pro Immunitate Ecclesiastica testimonium!

(**) Es war dem Protestantischen Uebersetzer nicht gelegen, die letzte Zeile, *nullus hic sit &c.* zu übersetzen, darum hat er sie ausgelassen. In dem vorhergehenden Abschnitte hat er auch einige Zeilen ausgelassen, nebst unzähligen andern Fehlern.

Sæculum V. A. C. 451.

nus Græce vocatur: *Synodos endemousa*, id est Concilium permanens.

Lectus quoque est Canon Concilii Nicæni, qui Jus ordinandi Metropolitæ in societate suorum Provincialium attribuit. Tum Magistratus Quæstionem moverunt; an in una Provincia duo Metropolitæ esse possent. Concilium dixit: non nisi unum esse posse. Magistratus pro-

p. 549. nuntiarunt: *secundum Canones Nicænos, & Concilii præsentis Sententiam, Photius Tyriensis solus in omnibus Civitatibus primæ Phœniciæ Jure ordinandi gaudebit, & Episcopo Eustathio vi Pragmaticæ Cæsareæ supra alios Provinciæ Episcopos nihil juris competet! Edicat Concilium, an consentiat!* Concilium dixit: *justum est hoc Judicium! a Deo hoc Judicium est! vivat diu Imperator! vivat Imperatrix! Magistratus vivant!*

Magistratus interrogarunt, quid Con-

20. *Octobr.* cilium de Episcopis a Photio ordinatis, deinde vero ab Eustathio depositis, & in ordinem Presbyterorum redactis statueret. Concilium dixit: *volumus, ut Episcopali Dignitate gaudeant! æquitas postulat, ut ad Civitates, in quibus a suis Metropolitis Episcopi ordinati fuere, redeant.* Papæ Legati dixerunt: *Episcopum in Presbyterorum ordinem redigere, Sacrilegii genus est; verum si eum functionibus Episcopalibus privandi causa legitima exi-*

stat,

Sæculum V. A. C. 451.

sit, ne quidem in ordine Presbyterorum tolerandus est. Anatolius Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, Juvenalis Jerosolymitanus, & ceteri omnes ejusdem Sententiæ fuere. Cecropius Sebastopolitanus petiit, ut Regula illa, ne valeant Leges Pragmaticæ, si Canonibus adversentur, ad omnes Provincias extenderetur; idque, Concilio probante, decretum est. Acta hæc duo singularia vigesima Octobris data sunt.

§. XX.

Sessio quinta. Formula Fidei rejecta.

Sessio quinta Concilii Calcedonensis undecimo Kalendas Nov. nempe 22. Octobr. celebrata est. Magistratus dixerunt: *docete nos, quid de Fide a vobis decisum fuerit.* Tum Asclepiades, Diaconus Constantinopolitanus, legit Fidei Formulam, quam Actis inserere Patribus non placuit. Aliqui varia opponebant, quos inter Joannes Germanicienſis dixit: *inepta est hæc Formula, dictetur alia.* Anatolius Constantinopolitanus ad Concilium dixit: *num placet Formula?* omnes Episcopi, Romanis, & quibusdam Orientalibus exceptis, exclamarunt: *Formula omnibus placet! hæc est Patrum Fides! qui aliud credit, Hæreticus est. Anathema illis, qui aliud credunt! ejicite Nestorianos!* Anatolius dixit: *num heri Fidei For-* p. 566. 22. Octobr.

Sæculum V. A. C. 451.

Formula omnibus placuit? Episcopi dixerunt: *placuit omnibus! aliud non credimus; est Fides Patrum! scribatur, Sanctam Mariam esse Matrem Dei! id Symbolo addatur!*

Legati Papæ dixerunt: *Si Epistolæ Beati Episcopi Leonis non consentitis, jubete, ut detur nobis Rescriptum; redibimus, & Concilium in Occidente agetur.* Magistratus: *si vobis videatur, Nos, & sex Episcopi ex Oriente, tres ex Asia, tres ex Ponto, tres ex Illyrico, tres ex Thracia, Archiepiscopus Anatolius, & Romani, in Oratorio Ecclesiæ congrediemur; tum, omnibus mature examinatis, indicabitur* p. 557. *vobis, quid de Fidei Doctrina statutum fuerit.* Episcopi clamarunt: *Formula omnibus placuit!* cumque viderent, Joannem Germanicienſem ad Magistratus propius accedere, exclamarunt: *Nestorianos ejicite! Apage! Dei inimicos! Formula heri omnibus placuit, jubete, ut signa apponantur! qui non subscripserit, Hæreticus est! Spiritus Sanctus eam dictavit! in hac hora omnes subscribant!*

Post repetitos similes clamores, Magistratus dixerunt: *Dioscorus dicere solebat; Flavianum deposui, quia asserebat, duas esse Naturas. Formula duas Naturas loquitur.* Anatolius dixit: *Dioscorus non ob Fidem depositus fuit, sed quia Archiepiscopum Leonem excommunicavit,* Concilium Calcedonense.

&,

&, ter vocatus, venire recusavit. Magistratus: *an epistolam Archiepiscopi Leonis recipitis?* Episcopi clamarunt: *ita est, recepimus eam, & subscripsimus.* Ergo, reposuerunt Magistratus, *quod Epistola continet, ponatur in Formula!* Episcopi: *non opus est alia Formula, nihil in ea deest, Doctrinam epistolæ confirmat, Archiepiscopus Leo eadem nobiscum credit! eadem ac Cyrillus docuit; Cœlestinus, & Sixtus, ea, quæ dixit Cyrillus, confirmarunt. Absit a Formula omnis dolus!* Magistratus: *acclamationes vestræ ad Imperatorem deferentur.* Simul Notarium Berenicianum mittunt ad Regiam.

Is, post brevem moram reversus, dixit: *Imperator jubet, ut ex Magistratuum consilio Episcopi sex ex Oriente, ex Ponto tres, ex Asia tres, ex Thracia tres, ex Illyrico tres, cum Archiepiscopo Anatolio, & Romanis, in Oratorio Ecclesiæ coeant, & Fidem definiant, ita, ut omnes consentiant. Si hoc vobis non placet, singuli fidem suam per os Metropolitæ sui edicant, si nec istud lubet, scitote, Concilium in Occidente celebrandum esse, quia hic in unam Fidem consentire detrectatis.* Postquam adhucdum aliqui obstitissent, tandem omnium Episcoporum suffragiis decretum, ut res per Mandatarios tractaretur. Itaque Magistratus Oratorium S. Euphemiæ intra-

p. 560.

Sæculum V. A.C. 451.

intrarunt, & cum ipsis Anatolius Constantinopolitanus, quatuor Legati, Pascasinus, Lucentius, Bonifacius, & Julianus Coanus; Maximus Antiochenus, Juvenalis Jerosolymitanus, Thalassius Cæsariensis, Eusebius Ancyranus; Quintillus, Aticus, & Sozon, Episcopi ex Illyrico; Diogenes Cyzicenus, Leontius Magnesiensis, Florentius Sardensis, Eusebius Do-
p. 561. ryleensis, Theodorus Tarsensis, Cyrus Anazerbensis, Constantinus Bostrensis, Theodorus Claudiopolitanus in Isauria, Francion, Sebastianus, & Basilius, Episcopi ex Thracia. Universim viginti duo Præsules.

§. XXI.

Fidei Formula approbata.

Omnibus ad Fidem pertinentibus sapienter ponderatis, Magistratus, & Episcopi ex Oratorio processerunt, cunctisque considentibus, Magistratus dixere: *placeat Sacro Concilio in silentio audire, quæ, nobis præsentibus, de Fide definita fuere.* Tum Aetius, Archidiaconus Constantinopolitanus, Fidei Formulam, Concilii nomine scriptam, recitavit. In Exordio Symbolum Nicænum, & Constantinopolitanum ad litteram referun-
p. 564. tur. Deinde dicitur: *Hoc Symbolum ad*
p. 565. *perfectam Religionis cognitionem sufficiebat; cum vero veritatis inimici nova vocabula*

Sæculum V. A. C. 451.

cabula excogitassent, atque illi Mysterium Incarnationis destruere conarentur, Nomen Matris Dei Virgini negantes, & isti confusionem, ac commixtionem inducerent, dum fatuæ opinionis monstrum comminiscuntur, unam esse Carnis, Divinitatisque Naturam, itemque Naturam Divinam Filii Dei pati posse, Sacrum Concilium Oecumenicum, ut omni Novitati se opponeret, & Ecclesiæ Doctrinam eandem semper, & inconcussam stare demonstraret, definivit; Primo, Doctrinam, & Fidem trecentorum, & octodecim Patrum manere inviolatam. Deinde Sacrum Concilium Doctrinam confirmat, quam centum quinquaginta Patres, Constantinopoli congregati, de Spiritus Sancti Substantia, illorum causa, qui huic veritati obstrepebant, docuerunt, quamvis præcedenti expositioni nihil deesse crederent. Porro contra illos, qui Mysterium Incarnationis destruere nituntur, Concilium Beati Cyrilli epistolas Synodales, tam illas, quas ad Nestorium, quam eas, quas ad Orientales dedit, erroribus Nestorii refellendis, & genuino sensui Symboli explicando maxime idoneas recipit; his Concilium Sanctissimi Archiepiscopi Leonis epistolam, ad Flavianum adversus Eutychis Hæresin datam, S. Petri Fidei consentaneam, confutandis erroribus, & stabiliendæ veritati aptissimam, jure adjungit.

Ita-

Sæculum V. A.C. 451.

p. 568.

Itaque, SS. Patrum Doctrinæ inhærentes, voce unanimi declaramus; confiteri oportere, unicum, & eundem JEſum Chriſtum, Dominum noſtrum, Eundem perfectum in Divinitate, & perfectum in Humanitate, verum Deum, & verum Hominem, eundem ex Anima Rationali, & Corpore compoſitum, Conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & Conſubſtantialem nobis ſecundum Humanitatem, nobis per omnia, excepto peccato, ſimilem,

Fidei Formula.

Genitum ex Patre ante Sæcula ſecundum Divinitatem, & in noviſſimis temporibus natum ex Virgine Maria, Matre Dei, ſecundum Humanitatem, propter nos, & propter noſtram Salutem. Solum, & eundem JEſum Chriſtum, Filium unicum, Dominum, in duabus Naturis, ſine confuſione,

v. Evagr. II. hiſt. c. 5. in fine.

ſine mutatione, ſine diviſione, ſine ſeparatione, ita ut conjunctio diverſitatem Naturarum non tollat; imo utriusque Naturæ proprietates conſervantur, & in unica Perſona, atque in unica Hypoſtaſi conveniunt; Non enim dividitur, aut in duas Perſonas ſeparatur, ſed unus, & idem eſt Filius unicus, Deus, Verbum, Dominus Noſter JEſus Chriſtus. Concilium prohibet, ne quis, cujuscunque ſit conditionis, aliud doceat, vel credat. Epiſcoporum, & Clericorum pœna erit Depoſitio; Monachi, aut Laici anathematizentur.

Hac

Hac Fidei Confessione perlecta, omnes Episcopi exclamarunt: *Hæc Patrum Fides est! Metropolitæ sine omni mora subscribant! præsentibus Magistratibus subscribant! quod bene definitum est, nullam dilationem patitur. Hæc est Apostolorum Fides! hanc omnes sequimur!* Magistratus dixerunt: *Quod Patres decreverunt, & omnibus probatur, ad Imperatoris aures deferetur.* Hic fuit Sessionis quintæ finis. Sæculum V. A. C. 451.

§. XXII.

Sessio Sexta. Marciano præsente.

Triduo elapso, nempe octavo Kalendas Nov. seu 25. Octobr. Patres ad Sessionem Sextam convenerunt. Tum, in maxima Episcoporum frequentia, Marcianus Imperator, Magistratibus, qui alias adesse solebant, & quibusdam aliis, universim quatuor supra triginta, Purpuratis comitantibus, Concilium ingressus est. Orationem habuit ad Concilium lingua latina, nempe Romano Imperio propria, quam Interpretes verbis græcis reddebant. Dicebat; cum Concilium convocasset, propositum sibi fuisse, conservare Fidei puritatem, cui ab aliquo tempore quorumdam perversi affectus, & avaritia, labem intulissent. (his verbis absque dubio Crysaphii sordida cupido notabatur) Subjungit; circa Mysterium *p.* 573. 25. *Octobr.* *p.* 576.

Sæculum V. A.C. 451.

Incarnationis nihil aliud credendum, quam quod Patres Niceni, & S. Leo in ſua epiſtola ad Flavianum, docuiſſent. Teſtatur, ſe Conſtantini exemplum ſecutum, voluiſſe Concilio intereſſe, ut Fidem confirmaret, non vero, ut Potentiam oſtentaret. Patres deinde hortabatur, ut Fidem, ſicut eam per Traditionem accepiſſent, ſincere explicarent. Omnes Epiſcopi exclamarunt: *Plurimos annos Imperatori! diutiſſime vivat Imperatrix! longiſſimam vitam Principibus orthodoxis!* Tum Aetius Archidiaconus dixit: Formulam Fidei a Concilio editam ad manus ſibi eſſe, &, Imperatore jubente, legit. Illa nimirum erat Formula, quam pridie omnes Epiſcopi, centum quinquaginta ſex numero ſua manu ſignaverant, & in Capite Nomina Legatorum conſpiciebantur. (*) Diogenes, Metropolita

p. 580.

p. 601.

(*) Die Worte des Herrn Fleury ſind: *c'etoit celle du jour precedent, qui fut ſouſcrite par tous les Evêques, au nombre de trois cent cinquante ſix, commençant par les Legats.* Der Proteſtant hat ſie auf der 605. Seite, im 4. Theile, alſo gegeben: Das war diejenige, die bey letzterer *Seſſion* abgefaſſet, und von 356. Biſchöfen war unterzeichnet worden, worunter aber die Kayſerlichen Commiſſarien oben an ſtunden. Das heiſſet ja ſeine liebe Leſer betrügen. *Les Legats*, nämlich die Päbſtlichen, nennet er Kayſerliche Commiſſarien.

polita Cyzicenus, suo, & sex aliorum Episcoporum Suffraganeorum absentium nomine subscripserat. In hunc modum etiam Theodorus Tarsensis, & duodecim alii Metropolitæ, signum apposuerant. Sæculum V. A.C. 451.

Imperator quæsivit, an totum Concilium in hanc Fidei Confessionem consensisset. Episcopi omnes exclamarunt: *Hæc omnium nostrum Fides est! omnes libere subscripsimus! omnes Catholici sumus!* His addebant vota plurima, & acclamationes in laudem Imperatoris, & Imperatricis, ipsum Nomine alterius Constantini, & ipsam secundæ Helenæ celebrantes. p. 605.

Imperator dixit: *Jam, Fide Catholica satis explicata, justum, & æquum existimamus, ut in futurum omnis Divisionis tollatur occasio. Quisquis igitur, de Fide disputans, publice tumultum moverit, si homo privatæ sortis fuerit, Civitate Imperii expelletur; si publico officio fungatur, eodem privabitur; si Clericus sit, deponetur, & pœnas ad arbitrium infligennas subibit.* Episcopi omnes exclamarunt: *vivat Imperator! vivat piissimus Princeps! Tu Ecclesiis periclitantibus subveniisti, tu Fidem labefactatam confirmasti! vivat Imperatrix! Deus Imperium vestrum defendat! Tu Hæreticos ejeciisti! Anathema Nestorio, Eutychi, & Dioscoro!* Imperator in Concilio

Sæculum V. A. C. 451.

Imperator dixit: *Sunt quidam articuli, quos Honoris causa vestro Judicio reservavimus, quod arbitraremur, id genus præcepta magis in Concilio per Canones, quam per Nostras Pragmaticas promulgari oportere.* Hos igitur Articulos, jubente Imperatore, Beronicianus Notarius legit; tres erant, primusque scriptus in hunc modum: *Eos, qui Bona Fide vitam Monasticam amplectuntur, merito honore prosequimur; quia vero sunt, qui sub specioso obtento Ecclesiæ, & Status pacem perturbant, statuitur, ne quis Monasterium ædificet, illius Civitatis Episcopo, & Loci Domino non consentientibus; Monachi vero sive in Civitatibus, sive in agris habitent, sub Episcopi Potestate sint, quiete vitam agant, jejuniis, & orationi unice vacent, nullis vel Ecclesiasticis, vel Sæcularibus negotiis implicentur, nisi exigente Necessitate id ipsis Episcopus præceperit. Item servos, nisi Dominorum voluntas id ratum habeat, in sua Monasteria suscipere nequeant.*

Articulus secundus hujus erat tenoris: *Quandoquidem non nulli Clerici, & Monachi amore sordidi lucelli Sæcularibus Negotiis se ingerunt, Concilium præcipit, ne quis Clericus alienæ villicationis curam, aut quamcunque administrationem in se suscipiat, dempto casu, quo ipsi Episcopus prædiorum Ecclesiæ curam commiserit.* Si, hac

hac prohibitione contempta, quis vel per se, vel per alium, administrator extiterit, pœnis Ecclesiasticis castigabitur, & si contumax perseveret, sua Dignitate privabitur. In Articulo tertio legebantur sequentia: *Clerici, qui uni Ecclesiæ serviunt, ad alterius Civitatis Ecclesiam destinari non possunt, sed in illa, in qua ordinati sunt, contenti vivant, nisi forte, qui Patria sua expulsi, ad aliam Ecclesiam transire coacti sunt. Si quis, non obstante hoc mandato, Clericum alterius Episcopi receperit, uterque tam Episcopus suscipiens, quam Clericus susceptus excommunicabitur, donec ad suam Ecclesiam redeat.* p. 612. His tribus Articulis recitatis, Imperator eos Episcopo Anatolio in manus dedit, &, post aliquas Acclamationes, dixit:

In Honorem S. Euphemiæ, & vestræ Sanctitatis, volumus, ut Civitas Calcedonensis, in qua S. Concilium congregatum fuit, Privilegiis Metropolitanæ urbis gaudeat; de cetero solum nomen habeat, ut Dignitas Metropolis Nicomediensis salvetur. Id Concilium acclamando probavit. Ad ultimum Patres subjiciebant: *Supplices rogamus, ut domum redire permittas!* Imperator respondit: *Scio vos tam longa commoratione fatigari, sed tres quatuorve dies adhuc sustinete, & negotia, quæ placuerit, coram Magistratibus conficite, & confidite, vobis auxilium necessa-*

Concilium Calcedonense.

Sæculum V. A. C. 451.

rium non defuturum. Nemo vestrum, antequam omnia perfecta sint, discedat. Hunc Sessio Sexta finem sortita est.

Ultima Episcoporum verba, quibus dimissionem postulant, clare indicant, ipsorum opinione Concilium fuisse finitum, postquam de Formula Fidei convenissent, & eidem singuli sua subscriptione debitam Auctoritatem tribuissent; tres etiam Canones, quos Imperator proposuerat, approbaverant. Itaque nihil ultra agendum credebant, quod universalis Ecclesiæ Bonum tangeret; ex Responso Imperatoris quoque apparet, quod ipsos ob causas solummodo privatas Calcedone retinuerit. Hinc veteres existimabant, sex priores Sessiones, & sequentes, in quibus non amplius quæstio de Fide fuit, disparis valde auctoritatis esse. Hæc de istis Sessionibus Papæ Pelagii II, ad Episcopos Istriæ circa annum 586. scribentis, Sententia fuit. Evagrius quoque, Historiæ Scriptor, illius ferme ætatis, dum Excerpta ex Concilio Calcedonensi refert, in sex prioribus Sessionibus multum moratur, & sequentium summam paucis delibat. Uterque in Septima Sessione ponit viginti septem Canones, quos hodie Sessioni decimæ quintæ, in fine Concilii, subnexos legimus. Interim non nulla adhucdum visuntur exempla, in quibus conclusionem Sessionis

26. *Octobr.*

Ep. 3. tom. 5. Conc. p. 629.

Evagr. II. hist. c. ult.

Ap. Baluz. Nova. Coll. p. 1282. to. 5.

sextæ

Sextæ sequuntur, & Pelagius Papa affirmat, si omnia accurate pensentur, dictos Canones illius Sessionis partem esse, quod alia dies non fuerit apposita, & Episcoporum præsentium nomina non conspiciantur. His obsservatis (fuisse autem obsservatu digna, docebunt secutura) Sessiones Concilii Calcedonensis secundum Editiones vulgares referre prosequar. Sæculum V. A.C. 451. *Conc. p.* 630.

§. XXIII.

Sessio septima. Res inter Maximum, & Juvenalem componitur.

Concilii Calcedonensis Actus tres visuntur, qui pro septima, octava & nona Sessione habentur. In septima Magistratus dixerunt: *Imperator, Episcopis Maximo, & Juvenale suppliciter rogantibus, nobis mandavit, ut de Causa ipsorum cognosceremus. Ambo congressi, Pactum viva voce inierunt, quod nobis ab æquitate minime alienum videtur. Necessarium duximus, ut id ad Concilium referrent, & omnia vestro Consensu firmarentur.* Maximus Antiochenus dixit: *postquam diu tenuisset contentio, tandem inter Reverendissimum Episcopum Juvenalem, & me, convenit, ut S. Petri Sedi Antiochenæ utraque Phœnicia, & Arabia, Sedi vero Jerosolymitanæ triplex Palæstina, subjiciantur. Rogamus, ut istud Pactum, scripto Vestræ Amplitudinis, & Concilii Decreto,* *p.* 613. *p.* 616.

Sæculum V. A. C. 451.

to, ratum habeatur. Juvenalis Jerosolymitanus dixit: *consentio, ut illa Diœcesis, in qua Christus resurrexit, triplici Palæstina, Antiochena autem utraque Phœnicia, & Arabia claudatur, peto, ut id vocibus vestris confirmetur.* Legati, Anatolius Constantinopolitanus, ex septem
p. 617. Metropolitæ alii, hanc conventionem confirmandam esse censuerunt, omnes ceteri Episcopi acclamando consenserunt, & Magistratus sua Auctoritate accesserunt. Hujus litis origo in eo quærenda,
Sup. XXV. §. 59. quod Juvenalis Jerosolymitanus in Concilio Ephesino molitus fuerat, & cui S. Cyrillus, ut narravimus, se opposuit.

§. XXIV.

Sessio octava. Theodoretus restituitur.

Sessionis octavæ Materia Theodoretus fuit. Episcopi exclamarunt: *Theodo-*
p. 620. *retus, hic stans, anathematizet Nestorium!* Theodoretus dixit: *Libellum unum tradidi Imperatori, & Libellos alios Archiepiscopi Leonis Legatis; prælegentur vobis, si placeat audire; inde quid sentiam, cognoscetis.* Episcopi exclamarunt: *Nolumus, ut quidquam legatur! anathematiza Nestorium!* Theodoretus: *ego, Deo sint Laudes! inter Catholicos educatus, & Doctrinam Catholicam edoctus, eandem prædicavi. Non solum Nestorium, & Eutychem, sed omnes, quicunque male sentiunt,*

tiunt rejicio. Loquentem turbarunt Episcopi clamantes: *missis ambagibus, dic Anathema Nestorio, & Doctrinæ ejus! Anathema illis, qui Nestorium amant!* Theodoretus: *quam vere vivo! nihil aliud loquor, quam quod Deo placiturum existimo. Primo, certissimum habete, me nec desiderio ad Civitatem meam redeundi, nec Dignitatis recuperandæ ambitione agi; non ideo huc veni; sed quia calumniam passus sum, veni, ut vobis persuadeam, me esse Orthodoxum, & anathematizare Nestorium, Eutychemque, & quemcunque dicentem, duos esse Filios.* Rursus Episcopi loquentis sermonem interruperunt clamando: *Dic præcise: Anathema Nestorio! & illis, qui cum ipso sentiunt!* Theodoretus: *non dicam, antequam Fidem meam exposuerim. Credo!* (*) Episcopi tertio interrumpunt, dicendo: *Hæreticus est! Nestorianus est! ejicite Hæreticum!* Theodoretus: *Anathema Nestorio! Anathema illi, quisquis non dicit, Virginem Mariam Matrem Dei esse, & quisquis Filium unicum in duos dividit! Ego vero Formulæ Fidei subscripsi, & Sanctissimi Archiepiscopi Leonis epistolæ. Hæc est Fides mea! &, post hæc omnia, Deus benedicat vobis!*

Sæculum V. A. C. 451.

(*) Volebat innuere se semper fuisse Orthodoxum.

Sæculum V. A. C. 451.

Magistratus dixerunt: *nihil jam est, quod Theodoreto objiciatur. Nestorio, vobis audientibus, Anathema dixit, Archiepiscopus Leo pro Orthodoxo eum habet, vestram Fidei Formulam lubenti animo recepit, denique Leonis epistolæ subscripsit. Id solum superest, ut vestro quoque consensu, & Auctoritate, sicut Leo judicavit, Ecclesiæ suæ restituatur.* Omnes Episcopi exclamarunt: *Theodoretus dignus est Sede sua! reddatur Ecclesiæ suæ! quæ suum Pastorem, & Doctorem Orthodoxum recipiat. Vivat Archiepiscopus Leo!* Tum Magistratus dixerunt; sibi videri, Theodoretum, quod sibi objecta plene diluissent, Ecclesiæ suæ reddendum. Idem Anatolius Constantinopolitanus dixit. Maximus Antiochenus adjunxit: *diu est, quod sciam, ipsum esse Catholicum, sæpe enim in Ecclesia docentem auscultavi.* Juvenalis Jerosolymitanus, Thalassius Cæsarienſis, Eusebius Ancyranus, Photius Tyriensis, & Constantinus Bostrensis idem suffragium tulere. Omnes deinde Episcopi conclamare: *æquum est Judicium! JEsu Christi Judicium hoc est! omnes approbamus.* Magistratus dixerunt: *ita judicante Concilio, Theodoretus Ecclesiæ Cyrensis Regimen resumet.* Alii præterea Episcopi tres, Sophronius Constantianensis, Joannes Germanicienſis, & Amphilochus Sidensis Nestorio, Anathema dicere

p. 624.

a Con-

Concilio jussi sunt. Hic Sessio octava finita. Sæculum V. A. C. 451.

§. XXV.

Nona, & decima Sessio. Causa Ibæ.

In Sessione nona, cui eadem dies 26. Octobr. apposita, Ibas, Episcopus Edessenus, Concilium ingressus, dixit: *Cum, Eutyche me persequente, etiam quadraginta dierum itinere absens, depositus fuissem, conversus sum ad Imperatorem, qui jussit, ut Amplitudo vestra, & Sacrum Concilium causam meam examini subjicerent. Rogo vos igitur, ut ea, quæ Photius, & Eustathius Episcopi judicarunt, legi jubeatis. Quippe Uranio, Episcopo Himerensi, Eutychis partibus addictissimo, instigante, a quibusdam Clericis accusatus sum; ejusdem quoque Uranii artibus effectum, ut ipse cum dictis Episcopis ad causam meam discutiendam Judex Delegatus mitteretur. At vero innocens inventus fui. Itaque, quæ Ephesi, me absente, acta sunt, nulla pronuntiate! & meæ Ecclesiæ me reddite!* Proceribus interrogantibus, quid Patres censerent, Papæ Legati jusserunt, ut Acta, quibus Ibas ab omni culpa absolutum se dicebat, legerentur. p. 625. p. 628.

Primo lecta est sententia, per modum Arbitrii a Photio Tyriensi, & Eustathio Berytheno, Tyri 25. Febr. anno 448. lata, ex qua apparebat, Ibam Fidem suam palam

Sæculum V. A.C. 451.

lam fuisse professum, & Clericos, Accusatores suos, in Gratiam recepisse. His auditis, Judices reliqua in diem sequentem distulerunt, haud dubie, quod multa supereresse legenda, & jam noctem ruere viderent.

p. 632.

Altera die, sexto Kalendas Nov. seu 27. Octobr initium Sessioni decimæ datum, ut Ibæ causa ad finem deduceretur. Ipse intravit, & querelas repetiit contra Eutychen, qui se quadraginta dierum itinera conficere, & viginti carceres subire adegisset, obtendens, quod in Concilio Ephesino, quamvis sententia in absentem, & sine cognitione causæ, lata esset, depositus fuerit. Cum Magistratus, quid Episcopis videretur, exquirerent, exclamarunt: *absens damnari non solet.* Ibas dixit: *obsecro! non eram præsens, non fuit defensioni locus, nec loquendi licentia.* Episcopi exclamarunt: *pessime factum, quod virum istum contra Canones damnaverint. Quod adversus absentem agitur, nullum est; sic omnes sentimus.* Patricius, Episcopus Thyaneus, dixit: *Heri Arbitrorum Sententia, qua ipsum Episcopum agnoscunt, lecta est; hanc omnes ratam habemus.* Orientales exclamarunt: *justum est hoc judicium!* verum quidam ex Episcopis clamarunt: *contradicitur! adsunt, qui contra Episcopum Ibam Actionem movent.*

p. 633.

Hi

Hi ergo in medium Concilii admissi sunt. Quatuor erant viri, Theophilus Diaconus, Euphrasius, Antiochus, & Abraham. Theophilus dixit: *Postulamus, ut ea, quæ Berythi contra Ibam acta sunt, legantur; sic cognoscetis, juste fuisse depositum.* Postquam aliquamdiu litigatum, Magistratus jusserunt, ut legerentur. Primo Mandatum Imperatoris ad Damascium Tribunum lectum est, deinde illa quæ in Judicio Berythensi prima Sept. an. 448. acta, ubi Ibam absolutum dimiserant. Volebant Magistratus, ut illa quoque legerentur, quæ contra Ibam in Pseudo-Concilio Ephesino acta fuerant; sed obsistebant Legati, dicentes, nullam illorum omnium, quæ in isto Concilio gesta fuissent, rationem habendam esse, sed potius ab Imperatore supppliciter petendum, ut Legem ederet, qua vetaretur, ne quis conventum propudiosum Concilii Nomine honoraret. Edixerunt vero, ibi gesta Maximo Episcopo Antiocheno nocere non debere, quod ipsius ordinationi cum illius Conciliabuli infamia commune nihil esset. In eundem sensum Anatolius Constantinopolitanus contra Latrocinium Ephesinum locutus est, iis exceptis, quæ Maximum respiciebant, *eo magis*, ajebat, *quod Sanctissimus Archiepiscopus Leo, ipsum in suam Communionem recipiens, dignum arbitratus sit,*

Sæculum V. A. C. 451.

p. 637. Sup. lib. XXVII. §. 21. Ibas.

Sæculum V. A. C. 451.

sit, qui Ecclesiam Antiochenam regeret. Nempe, etsi Maximus extra Concilium fuisset ordinatus, tamen ipsius ordinatio vitiato fundamento, quod erat Domni Depositio, contra jus facta, nitebatur.

p. 676. Juvenali Jerosolymitano, Thalassio Cæsarienſi, & aliis Metropolitis, numero undecim eadem stetit sententia. Tum omnes Episcopi exclamarunt: *id ipsum sentimus.*

Missis igitur actis Ephesinis, Magistratus Patribus innuerunt, ut in causa Ibæ sententiam dicerent. Pascasinus omnium Legatorum ore dixit: *ex Actis, quæ lecta sunt, cognoscimus esse Orthodoxum; quamobrem judicamus, ipsum Episcopatus Honori, & Ecclesiæ suæ, unde per nefas detrusus est, restituendum. Quod autem pertinet ad causam Episcopi Nonni, in ipsius Sedem immissi, quid de ipso statuendum, Episcopi Antiocheni est examinare.* (*)

p. 677. Ejusdem opinionis Anatolius Constantinopolitanus fuit, & in Ibam suspicionem nullam cadere pronuntiavit, quod S. Leonis Epistolæ sub cripsisset. Maximus Antiochenus Ibæ epistolam orthodoxam edixit,

(*) Hic habemus Exemplum, SS. Pontifices Episcoporum Causas Achiepiscopis judicandas reliquisse. Hoc sibi Anonymus II. & R. P. Balduinus notare debuissent.

xit, tumque in cauſa Nonni: *in Epiſcopali dignitate permanebit, dum ejus cauſam cum Epiſcopis Provinciæ diſcuſſero.* In hanc ſententiam omnes reliqui Epiſcopi iverunt, id ſolum exigentes, ut Ibas Neſtorio, & Eutychi anathema diceret. Ibas dixit: *jam prius in litteris Neſtorio, & ipſius Doctrinæ Anathema dixi, & in hac hora millies anathematizo; facillime enim millies affirmamus, quod ſemel bene perſuaſum nobis habemus. Ergo Anathema Neſtorio, Eutychi, & omnibus dicentibus, unam Chriſti eſſe Naturam. Omnibus illis quoque Anathema dico, qui aliud, quam hoc Sacrum Concilium, credunt.* Magiſtratus dixerunt: *quod Sacrum Concilium de Iba decrevit, executioni mandabitur.* Hic eſt Seſſionis decimæ finis. Sæculum V. A. C. 451. Seſſio decima. p. 681.

Hic ponitur Actus, Domnum contingens, quem vetera Exempla Seſſioni ſeptimæ ſubnectunt; hodie in latino tantum ſermone extat. Maximus Antiochenus a Magiſtratibus, & Concilio petiit, ut ex redditibus Eccleſiæ Antiochenæ penſio annua ſuſtentando Anteceſſori ſuo conſtitueretur, quod ipſi permiſſum, & quantam eſſe oporteret penſionem iſtam, ipſius quoque arbitrio relictum. An id effectui datum, neſcimus, quippe Domnus, abdicato Epiſcopatu, in Monaſterium ſuum ad S. Euthymium ſeceſſerat, & nec ipſe, nec quisquam alius ipſius nomine p. 681. *v. Quesn. diſſert. 9. in S. Leon. & Baluz. Præf. in Conc. Calc. c. 32.*

Sæculum V. A. C. 451.

mine in Concilio Calcedonensi comparuit.

§. XXVI.

Sessiones undecima, & duodecima. Causa Bassiani, & Stephani Ephesini.

p. 684. 685. 688.

Ad Sessionem undecimam 29. Octobr. convenerunt Patres. Bassianus, quondam Episcopus Ephesinus, in Concilium intravit, comitante Cassiano Presbytero, petiitque, ut Libellus supplex, quem ipse tradiderat Imperatori, is vero ad Concilium deferri jusserat, legeretur. In eo querebatur, se de Sede sua vi detrusum. Magistratus petierunt, ut nomina eorum, contra quos agere vellet, ediceret. Respondit: *plures sunt, sed Princeps eorum est Stephanus, hodie Episcopus Ephesinus, is Sedem meam, & Bona possidet.* Jusserunt Magistratus, ut Stephanus responderet. Et ipse dixit: *Episcopi ex Provincia Asiæ in hoc loco sunt, veniant in Concilium, tunc ego me defendam.* Magistratus: *dum veniant, tu ipse responde!* Stephanus: *Iste Ephesi ordinatus non fuit, sed cum Sedes vacaret, collecta Gladiatorum, aliorumque armatorum manu intravit, & consedit. Postquam deinde juxta Canones fuisset rejectus, &, ut merebatur, expulsus, quadraginta Episcopi Asiæ, accedentibus Nobilium, Populi, & Clericorum Civitatis Ephesinæ suffragiis, me ordinarunt.*

29. *Octobr.*

runt. *Hodie quinquaginta annos nume-* Sæculum V.
ro, ex quo Clericis hujus Ecclesiæ adscri- A. C. 451.
ptus fui.

Bassianus respondit: *a juvenilibus annis prima mihi semper pauperum cura fuit. Nosocomium extruxi, in quod septuaginta lectos intuli; ibi ægrotos omnes, vel vulneratos excipiebam. Hæc pietas apud Episcopum Memnonem, quis crederet? mihi invidiam creavit, quia omnes me amabant. Hinc nihil non movit, ut me urbe pelleret. Quadam die manus mihi imponens, Episcopum Evasenum ordinavit. Renitebar ego; ipse vi adhibita me ab hora tertia usque ad Meridiem coram altari detentum, ea crudelitate verberavit, ut Evangelium, & Altare copioso sanguine respergerentur. Evasam non ivi, nec unquam illum locum vidi. Abiit e vivis Memnon, & ordinatus est Basilius; Is cum Synodum Provincialem convocasset, comperto, vim mihi fuisse illatam, alium ad Ecclesiam Evasenam regendam ordinavit, me vero Episcoporum gradui, & Communioni Fidelium restituit. Ipso quoque fatis functo, in Cathedram Ephesinam evectus sum, invitus, vim magnam mihi inferentibus populo, Clericis, & Episcopis, quorum unus, nempe Olympius, hic præsens est. Electionem istam Imperator ratam habuit. Constantinopolim profectus, cum Proclo communicavi, qui epistolas suas Synodicas* p. 689.

Sæculum V. A. C. 451.

ad me misit. In hoc statu fui per annos quatuor, atque Episcopos decem, & plures Clericos ordinavi. Tum vero, cum Imperator, ad Ecclesiarum pacem conservandam, Silentiarium misisset cum epistolis, sequenti die, peracta Liturgia, exeunti, manus mihi injiciunt, vestes Sacerdotales, & quæcunque habebam, rapiunt, unumque e medio ipsorum, nempe hunc, qui adstat, Stephanum, correptum, Episcopum faciunt.

Stephanus dixit: *Episcopi in hac civitate sunt, veniant, & veritati testimonium reddant! Bassianus ingressus est in Ecclesiam cum Gladiatoribus, aliisque, enses, & faces portantibus, & in Cathedra resedit. Hæc causa est, quod Sanctissimus Episcopus Romanus Leo, Beatus Flavianus Constantinopolitanus, Episcopus Alexandrinus, & Episcopus Antiochenus ipsum ejecerint; hæc item causa est, cur Imperator Theodosius miserit Eustathium, Silentiariis præfectum, ut inter ipsum, & pauperes, quos oppresserat, judicaret. Eustathius Ephesum venit, & tres menses in hanc causam inquirendo consumpsit.*

Magistratus dixerunt: *Bassianus probet, quod a Concilio Episcoporum, & post consuetum in Ordinatione intervallum Ephesi Episcopus constitutus fuerit.* Bassianus dixit: *Episcopus Evasæ nunquam fui, nunquam illo me contuli, hoc nomen invi-*

p. 692.

Causa Bassiani.

to *mihi impositum*. Stephanus petiit, ut legerentur Canones, quibus Translationes Episcoporum prohibebantur; Magistratibus id jubentibus, Leontius, Episcopus Magnesiæ, legit Canones Nonagesimum quintum, & Nonagesimum sextum, quos in Concilio Antiocheno decimo sexto, & decimo septimo loco videre est. In priori prohibetur, ne quis Episcopus vacans se ipsum in Ecclesiam aliam vacantem ingerat, quamcunque vis sibi illatæ speciem obtendat. In secundo excommunicatur Episcopus, qui ad Ecclesiam, cui in Ordinatione sua destinatur, se non confert. Sæculum V. A. C. 451. *Sup. XII.* §. 12.

Magistratus dixerunt: *ostendat Bassianus, quis ipsum constituerit Episcopum.* Ipse neminem nisi Olympium, Episcopum Theodosiopolitanum nominare potuit. Olympius interrogatus, dixit: *Episcopo Basilio defuncto, domi meæ sedebam. Vocor a Clericis Ephesinis, ad ordinandum Episcopum. Veni, putans, alios quoque Episcopos fuisse accersitos. Postquam per aliquot dies in diversorio expectassem, aliqui ex Clericis ad me venerunt, dicentes: alii Episcopi non adsunt; quid faciendum? dixi: Canones prohibent, ne Episcopus unus alteri Ecclesiæ, præsertim Insigni Metropoli, Episcopum det. Dum hæc loquor, domum infinita hominum multitudo circumstat, me mei ipsius nescium* p. 693.

Sæculum V. A. C. 451.

abvehunt, & in Eccleſiam deducunt. Unus præ ceteris omnibus Tribuni, nomine Holoſerici, memini, qui gladium ſtrinxit. Itaque ducenti, trecentive viri pertraxerunt me cum Baſſiano, usque ad Cathedram Epiſcopalem, cui ipſe impoſitus eſt. Baſſianus dixit: *mentitur!* Magiſtratus ex Clericis Conſtantinopolitanis quæſierunt, an Proclus cum Baſſiano, tanquam Epiſcopo Epheſino, communicaſſet. Id omnes affirmarunt, ipſi quoque Litteras Synodicas dediſſe, & Baſſiani nomen Diptycis inſeruiſſe.

Cauſa Epiſcopi Epheſini,

Magiſtratus Stephanum poſtea interrogant; quomodo Baſſianus fuiſſet depoſitus, & an ipſe Stephanus a Concilio fuiſſet ordinatus. Ipſe repetiit, quæ dixerat; Baſſianum Auctoritate Imperatoris Theodoſii, & Leonis Papæ, fuiſſe depoſitum, de cetero excuſans, quod ordinationis ſuæ teſtimonia præ manibus non haberet, non enim in mentem ſibi veniſſe, hanc cauſam, quam judicatam putaſſet, motam iri. Lucianus, Epiſcopus Byſenus, & Meliphtongius Epiſcopus Heliopolitanus, in medium procedentes, omnium Epiſcoporum ex illa vicinia Nomine, dixerunt; Baſſianum contra Canones fuiſſe depulſum, non judicatum, nec accuſatum, poſtquam Sedem annos quatuor in pace tenuiſſet. Stephanus iterum; Baſſianum a Leone Papa fuiſſe con-

p. 696.

p. 697.

condemnatum; cumque jam prius ad- Sæculum V.
duxisset, eundem a Flaviano fuisse con- A. C. 451.
demnatum, Cecropius, Episcopus Seba- p. 689.
stopolitanus ad Stephanum: *Domine! quam potens est testimonium Flaviani, etiam defuncti!* exprobrans, quod eundem Epheſi damnasset. Omnes Episcopi, & Clerici Constantinopolitani dixerunt: *verissimum hoc est, Flaviani memoria æternum duret! ecce pœna talionis! ecce veritas patet! Flavianus post mortem vivit, Martyr pro nobis orat!* (*)

Magistratibus, quid Concilio videretur, quærentibus, Episcopi exclamarunt: *Justitia pro Bassiano stat. Canones observentur!* Magistratus dixerunt: *Nobis vero videtur, nec Bassianum dignum esse, qui Epheſi Episcopali Dignitate fulgeat, utpote vi intrusum, nec Stephanum, qui facta conjuratione, & malis artibus intravit, sed tertium esse eligendum. Veruntamen omnia Patrum Judicio relinquimus.* Statim Patres, missa propria, in Procerum Sententiam concesserunt, exclamantes: *justum est hoc Judicium, Dei Judicium est! vos Canonum, & Legum Conservatores estis!*

Tunc vero Episcopi Asiæ coram Con- p. 700.
cilio in pavimentum se projicientes, cla-

 marunt:

(*) Ecce! quam firmiter Patres illa ætate crediderint, Sanctos in Cœlo pro nobis orare!

Sæculum V. A. C. 451.

marunt: *miſereat vos noſtri, & liberorum noſtrorum! ſi hic Epiſcopus ordinetur, interficientur filii noſtri. Perdidimus Civitatem.* Iſtud ita accipiendum, plerosque horum Epiſcoporum antea (*) in Matrimonio vixiſſe, & Seditionem Epheſi commovendam pertimuiſſe, ſi Epiſcopus illo mitteretur, qui Calcedone fuiſſet electus.

Epiſcopi Aſiæ proſtrati.

Magiſtratus quæſierunt, ubi Epiſcopum Epheſinum ſecundum Canones eligi oporteret. Epiſcopi dixerunt: *in Epheſina Provincia.* Diogenes Cyzicenus dixit: *imo ſecundum conſuetudinem hic debet ordinari. Si Epiſcopus Epheſinus noviſſimus Conſtantinopoli ordinatus fuiſſet, mala, quæ inde orta ſunt, prævenisſemus. Ibi infimæ fæcis homines ordinantur; hinc illæ lacrymæ!* Urbes Chalcedonem, & Conſtantinopolim, pro una habet propter magnam propinquitatem. Leontius, Episcopus Magneſius, dixit: *a tempore S. Timothei usque in hanc diem viginti ſeptem Epiſcopi numerantur, omnes Epheſi ordinati;*

(*) Hier ſind des Herrn Fleury Worte: *il faut entendre, que la plupart de ces Evêques avoient été mariés;* welches andeutet, ſie hätten vorher, ehe ſie zu Biſchöfe ordiniret worden, im Eheſtande gelebet. Der Proteſtantiſche Ueberſetzer hat ſolche verfälſchet, und gegeben: daß dieſe Biſchöfe verheirathet geweſen, Familien gehabt. Welches einen ganz andern Begriff vorſtellet.

nati; solus Basilius adhibita vi hic ordinatus est, quod non sine cædibus factum. Philippus, Presbyter Constantinopolitanus, dixit: *S. Episcopus Joannes, in Asiam profectus, Episcopos quindecim deposuit, aliosque in eorum locum ordinavit. Memnon hic confirmatus est. Heraclides, aliique ex nostri Archiepiscopi consensu ordinati fuere. Similiter Beatus Proclus Basilium ordinavit.* Magistratus videntes, hanc quæstionem longo examine indigere, cetera in alteram diem distulerunt. Sæculum V. A. C. 451. *Sup. XXI.* §. 6.

Igitur sequenti die, trigesima Octobris, ad Actionem duodecimam congressi sunt, ut causam Ephesiorum finirent. Magistratus dixerunt: *dum assidue in Concilio versamur, Reipublicæ negotia negliguntur. Itaque ut prompte ad finem perveniamus, rogamus vos, ut edicatis, an vobis quidquam novæ lucis in perplexa Ephesiorum causa affulserit.* Anatolius dixit: *me Judice, Neuter in illa Civitate Episcopus sit, sed eligatur tertius, quia uterque contra Canones fuit intrusus. Episcopalem tamen Dignitatem retinebunt, & ex Ecclesiæ proventibus sustentabuntur.* Legatorum eadem fuit Sententia. Magistratus, jubentes afferri Evangelium, Episcopos obtestabantur, ut in hac causa bona Fide judicarent, quod sibi conscientia suggereret. Anatolius Constantinopolitanus in sententia perstitit, & similiter *p.* 701. 30. *Octobr.*

Sæculum V. A.C. 451.

Legati, tum idem Maximus Antiochenus, Juvenalis, Thalassius, & speciatim octo alii Episcopi, pronuntiarunt. Secutus est clamor omnium, suis suffragiis eandem Sententiam confirmantium. Deinde Magistratus, approbante Concilio, decreverunt; Bassianus, & Stephanus a Sede Ephesina amoverentur, Dignitatem Episcopalem tamen servarent, ex ejusdem Ecclesiæ ærario pro mensa, & vestitu ducentos aureos, annuam pensionem, acciperent, (hæc summa ferme mille sexcentis libris nostræ Monetæ æquivalet) & tandem alius Episcopus Ephesinæ Ecclesiæ secundum Canones ordinaretur.

p. 704.

p. 705.

30. *Octobr.*

§. XXVII.

Actio decima tertia. Causa Ecclesiarum Nicomediensis, & Nicænæ.

Eadem die, trigesima Octobris, Actio decima tertia peracta. Libellus supplex Eunomii Nicomediensis legi jussus est, in quo querebatur, Metropolis suæ jura ab Anastasio Nicæno violari, & quod Clericos Ecclesiæ Basilinopolitanæ excommunicasset. Anastasius utrumque factum negabat, dicebatque: *Basilinopolis oppidum erat, ut plura alia, Nicææ subjectum. Ex Imperatoribus aliquis, sive Julianus is fuerit, sive alius, jura Civitatis, & Magistratus, Nicæa accitos, dedit.* Julianus Imperator fuit, qui in hac Civitate Nomen

p. 702.

p. 709.

Sup. l. XI. §. 43. *Conc. Calc. p.* 712.

men Matris suæ Basilinæ celebrare volue- Sæculum V.
rat. Tum Anastasius prosequebatur: *ex* A. C. 451.
eo tempore Episcopus Nicænus ibi bis Episcopos ordinavit. Adsunt epistolæ Beati Joannis, Episcopi Constantinopolitani, ad Episcopum Nicænum datæ, in quibus dicit, venturum se, ut res hujus Ecclesiæ, utique sibi subjectæ, componeret. Habeo epistolas ad Proclum datas. Eunomius respondit: *accidere potuit, ut tunc Ecclesia Nicomediensis Episcopum non habuerit, ideoque Episcopum Nicænum fuisse interpellandum. Ego vero demonstrare possum, non unum modo, sed plures ab Episcopo Nicomediensi fuisse ordinatos; possum etiam populi Basilinopolitani Decreta exhibere, quibus, ut ipsis Episcopum det, rogant.*

Magistratuum jussu Canones lecti. *p.* 713.
Canon quartus Nicænus recitatus est, in quo præcipitur, ut ordinationes in qualibet Provincia Auctoritate Metropolitæ fiant. Se vero Metropolitam esse Anastasius probare nitebatur, adducta Lege Valentis Imperatoris, qui urbi Nicænæ Nicæa
Jus Metropolis tribuebat, quod crederet, Metropolis.
id jam antea habuisse, addita tamen clausula, ut nihil juri alieno detraheretur. Eunomius contra recitari petiit legem, a Valentiniano editam, Lege Valentis posteriorem, qua cavebatur, ne Titulus urbis Metropoliticæ, honoris causa Nicææ concessus, Privilegiis urbis Nicomediæ *p.* 716.

Sæculum V. A. C. 451.

ullatenus noceat. His perlectis, Magistratus dixerunt: *hæ Leges de Episcopis non agunt, sed de Civitatum Prærogativis. Valens, dum Nicææ honorem urbis Metropoliticæ concedit, speciatim addit, nolle se aliarum urbium Prærogativis obesse. In Canone præcipitur, unicum in singulis Provinciis Metropolitam esse oportere. Quid ad hæc omnia Patres decernunt?* Exclamarunt Episcopi: *ut Canones observentur.*

Episcopi ex Ponto dixerunt: *Canones plures quam unum Metropolitam nesciunt. Dubium non est, quin ad Episcopum Nicomediensem jus ordinandi pertineat. Nicææ nihil nisi nomen urbis Metropoliticæ per Leges tribuitur, & Episcopo primus inter illius Provinciæ Episcopos Gradus.* Archidiaconus Aetius petiit, ut caveretur, ne hæc sententia nocumento esset Sedi Constantinopolitanæ; dicebat enim, Episcopo suo competere, ut in Bithynia vel per se, vel per alium Episcopos ordinaret. Magistratus edixerunt: *Episcopo Nicomediensi in Ecclesias Bithyniæ tanquam Metropolitæ Auctoritas erit, Episcopo vero Nicæno erit Tituli honor. Ceterum Nicomediensi, sicut alii illius Provinciæ Episcopi, suberit. Hæc Concilii Sententia est. Quod contingit jura Sedis Constantinopolitanæ, circa ordinationes in Provinciis faciendas, suo tempore ad trutinam vocabitur.* p. 317. 31. Octobr.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Sæculum V.
A. C. 451.

Actio decima quarta. Judicium in Causa Sabiniani, & Anastasii Perrhani.

Actio decima quarta, die sequenti, nempe 31. Octobr. habita. Lectus est Libellus a Sabiniano, Episcopo Perrhano in Syria, Imperatori oblatus, in quo referebat, quod sequitur: *a puero in amplissimo Monasterio educatus, officio Oeconomi fungebar, & a nulla re longius, quam a desiderio Episcopatus cogitationes meæ aberant. Ecce Metropolita, quem Provinciæ Episcopi comitabantur, me subito comprehensum, nam res impetu gesta est, Episcopum in Sedem Perrhanam, in locum Anastasii, ob crimina depositi, ordinat; in Concilio autem Ephesino Episcopus Alexandrinus Anastasium in Ecclesiam meam restituit; ego ejicior, Perrhæ incolis ingenti fletu, & lamentis abeuntem nequicquam prosequentibus. Peto, ut quod justitia exigit, faciatis.* Lectus quoque alius Libellus, ad Archiepiscopos Leonem, Anatolium, & Maximum directus, in quo eadem postulabantur. *p. 720.* *p. 721.*

Anastasius dixit; Causam suam a S. Cyrillo, & Proclo fuisse judicatam, & S. Cyrillo satis functo, Domnum Antiochenum litem restaurare voluisse. Lectæ sunt duæ epistolæ Synodicæ, una a S. Cyrillo, altera a Proclo ad Domnum datæ, in qua *p. 724.*

sum-

Sæculum V. A.C. 451.

summatim eadem continebantur; Anastasium in Concilio quodam Constantinopolitano contra aliquos ex Clericis suis querelam moviſſe, quod Oeconomos Ecclesiæ pro suo arbitrio constituere vellent, & Nomen ipsius ex Sacris Diptycis delere. S. Cyrillus, & Proclus Domnum rogabant, ut Judices delegatos daret, qui de causa Anastasii in ipso loco decernerent, si Civitas illa ab Antiochia longe distaret, maxime ideo, quod ipsi suus Metropolita merito suspectus esse possit. Ceterum hæ epistolæ solummodo erant commendatitiæ, cum ipsis in Patriarchatu Antiocheno nulla Jurisdictio competeret, & probe sentirent, in hoc casu, quo Metropolitæ judicium recusabatur, causæ cognitionem ad Patriarcham devolvi, si vero locus multum distaret, Delegatos eo esse mittendos.

Sabinianus econtra petiit, ut legerentur Acta cujusdam Concilii Antiocheni, in quo viginti octo Episcopi, inter quos primus erat Domnus, Anastasii causam judicaverant. Ex his Actis apparebat, Domnum causam Anastasii remisisse ad Panolbium, tunc Episcopum Hierapolitanum, & ipsius Metropolitam, coram quo, quamvis amicum suum esse fateretur, in judicio stare non ausus, ipso præsente Episcopatu se abdicaverat, datis litteris, quarum autographum ostendebatur;

p. 728.

p. 729.

Actio XV. *p.* 736.

batur; Anastasius autem ad sua in territorium Samosatenum secesserat. Hinc Episcopi Concilii Antiocheni edixere, ipsum ad Proclum, & Cyrillum falsa retulisse. Lectæ sunt accusationes, contra ipsum in Libello contentæ, & acta, quibus monstrabatur, quod ter a Concilio citatus venire, & causam dicere recusasset. Itaque decretum, ut Sacerdotio privaretur, & Joanni, Episcopo Hierapolitano mandatum, ut quamprimum nova ordinatione Perrhanis civibus Episcopum daret. Sæculum V. A. C. 451.

His Actis Concilii Antiocheni in Calcedonensis perlecti, Magistratus dixerunt: *si qui ex illis, qui cum Domno Anastasium deposuerunt, in hoc Concilio præsentes sunt, in medium prodeant!* Theodorus Damascenus, & sex alii prodierunt. Magistratus interrogant; quam ob causam Anastasium deposuissent. Theodorus dixit: *Clerici Ecclesiæ Perrhanæ contra ipsum libellum tradiderant. Vocatus non comparuit, dicens, esse sibi inimicos. Secundo vocatus non venit, cumque nec post tertiam Citationem obtemperaret, contra ipsum Depositionis sententia juxta canones pronuntiata est.* Hæc dicta sex ceteri Episcopi confirmarunt. Magistratus ex Anastasio quæsierunt; cur a Concilio citatus, venire recusasset? *quia,* respondit ipse, *Episcopus Antiochenus, Conci-* p. 752. p. 753.

Sæculum V. A.C. 451.

Concilii Præses, meus erat Adversarius.

Magistratus dixerunt: *Sabinianus, nostra quidem sententia, Episcopus Perrhanus permanebit, quia a Synodo Provinciali, Anastasio deposito, ordinatus est, non enim ei obesse potest depositio contra ipsum, nec auditum, nec vocatum pronuntiata. Anastasius vero, qui, ob contumaciam depositus, contra Leges, Dioscori jussu restitutus est, nunc quiescat; Maximus Episcopus Antiochenus cum suo Concilio in merita Causæ, & Actionis contra eum motæ inquiret, ita ut intra octo menses lis finem sortiatur. Si omnium, quorum in Actis insimulatur, sive in criminalibus, sive in civilibus convictus fuerit, vel solum unius delicti, quod depositionem mereatur, non Episcopatu modo privabitur, sed pœnas a Legibus constitutas subibit. Si intra dictos menses nemo Actionem moveat, aut convictus non fuerit, a Maximo Antiocheno suæ Sedi restituetur; Sabinianus autem Dignitate Episcopali gaudebit, eritque Coadjutor, accipiens pensionem, quam ei, ut facultates Ecclesiæ Perrhanæ ferre possunt, Maximus assignabit.* Maximus cum toto Concilio huic Magistratuum Sententiæ suffragatus est.

§. XXIX.

§. XXIX.

Sæculum V. A. C. 451.

Actio decima quinta. Canones

Actio decima quinta eadem die, ultima Octobris, conscripta; verum nec Magistratus, nec Legati adfuerunt. Quippe definita Fidei formula, rebusque privatorum, quæ ad Concilium delatæ fuerant, compositis, Clerici Constantinopolitani Legatos rogarunt, ut secum de causa agerent, quæ ipsorum Ecclesiam tangebat. Id facere recusarunt Legati, quod nihil de his sibi fuisset mandatum. Cum idem deinde peterent a Magistratibus, hi totum negotium Concilio judicandum reliquerunt. Postquam igitur Magistratus, & Legati discessissent, reliqui Patres Canonem condiderunt, Prærogativas Ecclesiæ Constantinopolitanæ tangentem, quem numero vigesimo octavo ponunt; huic Græci postea adjunxerunt omnes canones, in eodem Concilio conditos, & quos in Antiquis exemplis Sessioni sextæ subjunctos legimus. Hic illos, sicut in editionibus plurimis occurrunt, referam. *p. 796.* *p. 756.*

In primo Canone omnes alii Canones in Conciliis ad illam usque diem editi confirmantur. (*) Secundus in Simoniam

(*) Ex hac mentione, & confirmatione probatur, Canonum a Conciliis Provincialibus editorum

Sæculum V, A. C. 451.

niam pugnat in hunc modum: *Si quis Episcopus quemquam accepta pecunia promoverit, & in Ordinatione Episcopi, Chor-Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel alterius Clerici, Gratiam,* (*) *quæ venalis non est, turpiter vendidit, aut si accepta pecunia Oeconomum, Defensorem, Custodem, vel quemquam alium eorum, qui in Canone nominantur, constituerit, Ordinator gradu suo periclitabitur, Ordinatus vero, aut Promotus, gradu, quem emere voluit, non gaudebit. Qui infami huic commercio qualemcunque operam contulerit, si Clericus est deponatur, si Laicus, aut Monachus, anathemate percutiatur.* In tertio Canone Concilium prohibet, ne quis Episcopus, Clericus, aut Monachus alienorum prædiorum administrationem in se suscipiant, aut negotiis Sæcularibus implicari se patiantur, nisi per Leges ad ejusmodi Tutelam gerendam vocentur, quæ excusationem non admittit, aut Episcopus ipsis causas Ecclesiæ, vel hominum miserorum committat. Iste Canon non multum differt a secundo ex illis tribus

torum non levem in tota Ecclesia fuisse Auctoritatem.

(*) Ecce Patrum Chalcedonensium irrefragabile contra Protestantes testimonium, quod Ordines Sacri Sacramenta sint; hic enim Nomine Gratiæ nihil aliud accipi potest.

bus articulis, qui in Sessione sexta præsente Imperatore lecti sunt. Canon quartus idem præcipit, quod illorum articulorum primus, ut Monachi omnino subjiciantur Episcopis, & ne ullis negotiis sive Ecclesiasticis, sive Sæcularibus se immisceant. *Sup. §. 22.*

Monasteria Auctoritate Episcopi semel consecrata, talia erunt in perpetuum, Bona eorum conservabuntur, nec ea unquam in Sæcularium domos convertere licebit. *c. 24.*

Quælibet Ecclesia Cathedralis ex Clericorum gremio Oeconomum habeat, qui Bona illius, ut Episcopus jusserit, procuret, ut omnia in ista administratione perspicua sint, Bona Ecclesiæ non dissipentur, & Sacerdotum fama non obfuscetur. *c. 26.*

Clericis secundum antiquos Canones sub pœna Depositionis prohibetur, ne, Episcopo defuncto, ipsius Bona diripiant. *c. 22.*

Ordinationes Episcoporum intra tres menses fiant, nisi sit necessitas absoluta, quæ Metropolitam rem differre cogat. Interim Bona Ecclesiæ vacantis ab œconomo custodientur. *c. 25.*

Episcopis sub pœna Depositionis prohibetur, ne ad Principes se convertant, & petant Rescripta, quibus unam Provinciam in duas dividere, & duas Ecclesias Metropoliticas erigere liceat. *c. 12.*

Urbes, quæ jam Metropolis Nomine decoratæ sunt, solum honorem ha-

Sæculum V. A. C. 451.

beant, salvis veræ Metropolis Prærogativis. Nemo non videt, huic Canoni condendo lites inter Episcopos Tyri, & Beryti, item Nicomediæ, & Nicææ, quas retulimus, ansam dedisse.

Sup. XIX. n. 27.

Cum Concilium sciret, celebrationem Synodorum Provincialium non modico Rei Ecclesiasticæ detrimento negligi, secundum antiquiores Canones jubet, ut cujuslibet Provinciæ Episcopi bis per annum in loco, quem Metropolitanus pronuntiasset, colligantur; Illi, qui bona fruentes valetudine, & nullo cogente impedimento, domi suæ sederent, & non venirent, fraterne admoneantur. Non facile Clerici, vel Laici accusatio contra Episcopos, vel Clericos recipietur, sed prius, qua inter suos fama vixerint, pensabitur. Parochias rurales Episcopi retineant, quas ab annis triginta quiete possederint, si quæ exinde lis oriatur, hanc in Concilio Provinciali componi oportebit. Si quis queratur, injuriam sibi a suo Metropolita inferri, suæ Diœcesis (*) Exarcham, vel Sedem Constantinopolitanam, Judicem habebit. Si qua nova Civitas Imperatoris Auctoritate erigatur, Parochiarum Ecclesiasticarum ordo formam Politici Regiminis sequatur.

Canones Calcedonenses.

c. 21.

c. 17.

Si

(*) Diœcesis hic pro integra Provincia accipitur.

Si Lis oriatur inter Clericum, & Clericum, sæcularia Tribunalia, relicto suo Episcopo, non adeant, sed primo causam coram suo Episcopo agant, aut ex ipsius mandato coram illo, de quo inter Partes convenerit. Hæc omnia sub pœnis Canonicis præcipiuntur. Si cui Clerico contra suum, vel alium Episcopum causa sit, in Concilio Provinciali judicabitur, si autem Episcopus, vel Clericus contra Metropolitanum actionem movere velit, illius Diœcesis Exarcham, aut Sedem Constantinopolitanam adibit. Sæculum V. A. C. 451. c. 9.

Nemo Presbyter, Diaconus, aut his inferior Clericus, ordinetur, nisi simul ad aliquam illius Civitatis Ecclesiam, vel ruralem, vel ad quoddam Monasterium, destinetur. Ordinationes vagæ nullæ sint, & ad nullum speciatim locum ordinati nullo Ordinis officio fungi valeant, in ruborem eorum, qui ipsos ordinarunt. c. 6.

Unus Clericus simul duarum Civitatum Clericis adscriptus esse non potest, scilicet Civitatis illius, in qua primo ordinatus est, & alterius, ad quam, quod major esset, ambitione ductus transiit. Ejusmodi transfugæ priori Ecclesiæ reddantur. Si quis tamen ad aliam Ecclesiam translatus jam fuerit, relictæ Ecclesiæ negotiis, oratoriis, Hospitiis, ad eam pertinentibus, renuntiet, & nullatenus ultra se ingerat. Reus Depositionis pœna punietur. c. 10.

Sæculum V. A.C. 451.

nietur. Illa, quæ antiqui Canones de Episcopis, & Clericis de Civitate in Civitatem commeantibus statuerunt, observentur. Hic tertius articulus, in Actione sexta lectus, & qui a præcedente vix differt, insertus est.

c. 5. c. 20.

Sup. §. 20.

Qui semel Clericali, vel Monasticæ Professioni se addixerunt, his ad Militiam, vel Sæculares Dignitates transire non liceat; si faciant, Anathematis pœnam incurrant. Deinde sequitur: *Compertum habemus, quosdam Clericos, & Monachos, sine ullo Episcopi sui mandato, imo etiam excommunicatos, Constantinopolim venire, diutius ibi morari, tumultum excitare, quietem Ecclesiæ, & domuum privatarum, turbare. Quapropter Concilium decrevit, ut tales ab Ecclesiæ Constantinopolitanæ Defensore urbe exire jubeantur, si a cœptis insolentes non desistant, vim publicam adhibeat, & singulos domum redire cogat.* His legibus Ecclesiasticis, contra Monachos vagos, & seditiosos condendis, Barsumas, Carosus, & alii Eutychis, Dioscorique, Sectatores causam dedere.

c. 7. c. 23.

Canones.

Adjungi possunt etiam sequentes. Clerici exteri, & ignoti, nisi Commendatitias a suo Episcopo habeant, nullum Ordinis actum in alia urbe exercebunt. Pauperes, aliena ope indigentes, dum iter faciunt, epistolas tantum Ecclesiasticas, & pacificas, cum causæ cognitione con-

can. 13.

c. 11.

concessas, habeant, non autem Commendatitias, quæ solum viris spectabilibus dandæ sunt. Cum factiones, & conjurationes crimina sint, quæ Legibus Sæcularibus prohibentur, multo magis ab Ecclesia coerceri debent; si igitur Clerici contra Episcopos suos, vel Confratres conspiraverint, deponentur. Clerici Hospitiorum, & Monasteriorum sub Potestate Episcopi cujuslibet Civitatis secundum Patrum traditionem erunt, Episcopo non resistant, nec legem istam ullatenus infringant; transgressores, si Clerici sint, Correctioni Canonicæ subjicientur, si Monachi, & Laici, excommunicabuntur. *c.* 18. *c.* 8.

Cum in quibusdam Provinciis Lectores, & Cantores non prohibeantur uxorem ducere, (*) Concilium statuit, ne ipsis uxores accipere liceat non Catholicas, aut parvulos suos apud Hæreticos baptizare. Item Liberos suos Hæreticis, Judæis, aut Paganis, in matrimonium non dent, nisi ad fidem se convertere promittant. Notari meretur, quod tunc non in omnibus Provinciis sicut hodie Lectoribus nuptias inire licuerit. Nulla Diaconissa, nisi annos quadraginta numeret, & rigidum examen subierit, ordinetur. *c.* 14. *c.* 15.

(*) Ergo Episcopis, & in Sacris Ordinibus constitutis non licebat.

Sæculum V. A. C. 451. Si postquam manuum impositionem acceperit, & in Servitio aliquamdiu perstiterit, contempta Dei Gratia ad nuptias transierit, ipsa, & maritus ejus Anathemate percutientur. Virgo, si se Deo consecraverit, aut Monachus, Matrimonium inire non possunt, si inierint, excommunicabuntur; at Episcopo ipsis indulgere licebit. Qui fœminam rapuerint, etiamsi specie futuri matrimonii id fecerint, complices eorum, & fautores, si Clerici sunt, deponentur, si Laici, excommunicabuntur. Hi sunt viginti septem Concilii Calcedonensis Canones, quos universa Ecclesia recepit.

c. 16.

c. 27.

§. XXX.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ Prærogativæ.

can. 28. Canon vigesimus octavus, exinde celeberrimæ disceptationis causa, Ecclesiæ Constantinopolitanæ secundum locum tribuit, in hæc verba: *Rationi consentaneum fuit, ut Patres antiquæ Romæ Sedi sua Privilegia concederent, quod urbs illa toti orbi imperaret.* (*) *Ex iisdem causis cen-*

Conc. C. P. can. 3. Sup. XVIII §. 7.

(*) Ex his Verbis nihil aliud sequitur, quam decentissimum fuisse, ut Roma occasione Terreni Dominatus, sicut aliæ maximæ urbes, Sedes Patriarchalis esset, quod vero sola inter omnes in

centum, & quinquaginta Episcopi (*) *judicarunt, oportere, ut Roma Nova, quæ Imperii Culmine, & Senatus præsentia honoratur, iisdem Prærogativis in ordine Ecclesiastico gaudeat, & soli antiquæ secunda sit; ita ut Metropolitani ex Diœcesibus Ponti, Thraciæ, & Asiæ solum, atque ex illis Diœcesibus Episcopi, qui inter Barbaros degunt, a Sede Constantinopolitana ordinentur, si modo secundum Canones rite electos fuisse constet. Metropolitæ vero in his Diœcesibus cum Episcopis Collegis suæ Provinciæ Episcopos, ut Canones præscribunt, ordinabunt.* Hic vocem *Diœcesis*, in latissima significatione, qua plures Provincias complectitur, accipio. Sæculum V. A.C. 451.

in Fide sit infallibilis, & SS. Pontifex, tanquam S. Petri Successor, etiam sit ejusdem Interpres, Episcoporum Caput, & Pastor, quod hoc ipsum Concilium Chalcedonense in sua epistola Synodali, † ad S. Leonem data, fatetur, id non, ut Interpres Protestans garrit, ex sola Convenientia Politica, sed ex Jure, S. Petro per JEsu Christi Verba in SS. Evangeliis collato, fluit. Nec hujus Primatus, & Potestatis aliam causam SS. Patres, SS. Pontifices, & tota antiquitas agnoscunt, quam quod Sedes Romana supra Petram, & supra Petrum, ut Patres, & Concilia loquuntur, & in hac Historia sæpissime occurrit, fundata sit.

† *vid. §. seq. XXXI.*

(*) Nempe in Concilio Constantinopolitano.

Sæculum V. A.C 451.

Canon vigesimus nonus statuit, Episcopum nunquam in ordinem Presbyterorum esse redigendum, quod jam Papæ Legati, & Anatolius Constantinopolitanus in Sessione quarta edixerant, cum de Episcopis, a Photio Tyriensi ordinatis, & ab Eustathio Beritheno depositis, sermo esset. In ultimo Canone Episcopis Ægypti ad signandam S. Leonis Epistolam mora conceditur, usque ad Episcopi Alexandrini Electionem, quod in Sessione quarta jam fuerat statutum. Hi sunt triginta Canones, qui Concilio Calcedonensi adscribuntur.

Sup. XVIII §. 7.

Sup. §. 19. Can. 30.

Sup. §. 17.

Ad Sessionem decimam sextam, & ultimam sequenti die, prima Nov. conventum. Papæ Legati, ad Magistratus converſi, solo Pascasino profante, dixerunt: *ad nos delatum est, heri, postquam vos, & nos discessimus, actum esse aliquid, quod Legibus Ecclesiasticis adversari credimus. Rogamus, ut legi jubeatis, & sic Confratres nostri omnes judicent, an, quod decreverunt, æquitati consentiat.* Magistratus jusserunt, ut Actum illud legeretur; prius vero Aetius, Archidiaconus Constantinopolitanus, dixit: *Nemo negat, ea omnia, quæ ad Fidem spectant, esse definita; sed in Conciliis mos obtinuit, causis gravioribus ad finem perductis, etiam alias, ut necessitas postulat, examinare, & decidere. Nobis, nempe Ecclesiæ Constan-*

p. 793.

Sessio decima sexta.

Constantinopolitanæ, supererant aliqua, in futurum statuenda, rogavimus Episcopos, qui Roma advenerunt, ut Actioni interessent; recusarunt, dicentes, id se in mandatis non habere. Vos jussistis, ut Concilium hanc rem pertractet. Vobis igitur egressis, surrexerunt Episcopi, & petierunt, ut hac de re, tanquam causa communi ageretur. Habemus Actum non occulte, non clanculo, sed juxta Canones, & ritu legitimo conscriptum. Jusserunt Magistratus, ut legeretur; Aetius Actum protulit, & Beronicianus Notarius legit. Illud ergo erat Canon, quem paulo ante retulimus, & cui centum octuaginta quatuor Episcopi nomina apposuerant. Sæculum V. A.C. 451. 1. Novembr.

Tum Lucentius, unus ex Legatis, dixit: *ante omnia advertite, Episcopos captiose fuisse inductos, & subscribere coactos, antequam Canones, de quibus mentio fit, conscripti fuissent.* Episcopi exclamarunt: *nemo coactus subscripsit.* Lucentius: *præterea trecentorum, & octodecim Patrum Canones præterierunt, eorumque solum meminerunt, quos centum quinquaginta Patres condidere; hos autem ante annos ferme octuaginta, ut ajunt, compositos, inter Canones Conciliorum invenire non est. Itaque, si istam Prærogativam per tot annos possederunt, quid hodie sibi volunt? si nunquam habuerunt, cur modo petunt?* Actius Archidiaconus dixit, p. 809.

Sæculum V. A.C. 451.

xit, de Legatis loquens: *si quæ mandata hoc super articulo acceperunt, producant!* Tunc Bonifacius Presbyter ex charta legit sequens S. Leonis mandatum: *non concedetis, ut mandatum Patrum infringatur, aut quocunque molimine labefactetur. In omnibus Dignitatem Personæ Nostræ, quam sustinetis, conservate, & si qui, in Splendore suæ Civitatis confidentes, quidquam novi juris sibi facere velint, ea, qua par est, constantia repellite.* Magistratus dixerunt: *Canones utrinque proferantur!*

Sedis Constantinopolitanæ Prærogativæ.

p. 812. Pascasinus legit sextum Canonem Nicænum, cujus initium est: *Ecclesia Romana semper Primatum tenuit.* Hæc verba in Græcis exemplis non leguntur; nihilominus, his auditis, nemo litem movit. (*)

Sup. XI. §. 20. Legit ergo Legatus sextum Canonem, quo Privilegia Ecclesiarum, Romanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ, item Metropolitarum jura asseruntur, & continuo subjunxit septimum, in quo Episcopo Jerosolymitano locus honoris sine ulla Jurisdictione conservatur. Constantinus Notarius etiam sextum Canonem Nicænum ex Libro, quem ei Aetius Archidiaconus porrexerat, legit, & septimum omisit, at postea

(*) Dicant Fleurii Adversarii, an ista ipsius Reflexione quidquam esse possit ingenuum magis? at dubium moveri potest, an non in his Exemplis Græcorum fides Græca fuerit, id est, nulla.

Sæculum V. A C. 451.

postea subjunxit Concilii Constantinopolitani sub Nectario Decretum, quo primo, quæ Fidei sunt definiuntur, & deinde Canonem de Hierarchia, in quo Jurisdictio Episcoporum, Alexandrini, & Antiocheni, atque Conciliorum Majorum trium Diœcesium, Asiæ, Ponti, & Thraciæ confirmatur, & sub finem dicitur, Episcopo Constantinopolitano locum honoris post Episcopum Romanum concedendum.

Magistratus dixerunt: *Episcopi ex Diœcesibus Asiæ, & Ponti, qui his, quæ modo lecta sunt, nomina apposuerunt, edicant, an id sponte, vel coacti fecerint.* Prodierunt in medium, & Diogenes Cyzicenus dixit: *libere subscripsi, quod coram Deo testor.* Florentinus Sardensis, & plures alii, numero tredecim, idem affirmabant, addentes, consuetudinem huic Canoni esse conformem. Aliqui ex iis fatebantur, se ab Episcopo Constantinopolitano fuisse ordinatos. (*) Eusebius Doryleensis dixit: *libera voluntate subscripsi, nam cum essem Romæ, hunc Canonem, præsentibus Clericis Constantinopolitanis, Papæ prælegi,*

p. 813.

p. 816.

(*) Diese Worte: *se ab Episcopo Constantinopolitano fuisse ordinatos*, hat der Uebersetzer gegeben: daß es ihnen vom Bischofe zu Constantinopel wäre befohlen worden. Belle!

Sæculum V. A. C. 451.

gi, eumque recepit. (*) Loquitur de Canone Concilii Constantinopolitani. Omnes alii Episcopi exclamarunt: *volentes subscripsimus.* Magistratus deinde interrogarunt, quid illi dicerent, qui non subscripserant; Eusebius Ancyranus edixit, nolle se uti jure ordinandi, quamvis sibi Galatiæ Episcopos ordinare competeret; sed petiit, ut prohiberetur, ne pro ordinationibus pecuniæ darentur. Philippus Presbyter Constantinopolitanus dixit: *abusum istum Canon abstulit;* nempe secundus Canon Concilii Calcedonensis. Eusebius Ancyranus respondit: *Deo sint Gratiæ! Anatolii Archiepiscopi fama integerrima est, at nemo est immortalis.*

p. 817.

Magistratus dixerunt: *ex hactenus dictis, & factis, videmus, Primatum, & Prærogativam honoris, juxta Canones antiquæ Romæ Archiepiscopo deberi; at Episcopo Constantinopolitano eadem Privilegia esse concedenda, eique in Diœcesibus Asiæ, Ponti, & Thraciæ Metropolitas ordinandi jus competere hac ratione: in qualibet Metropoli Clerici, prædiorum possessores, viri in Dignitate constituti, & omnes Provinciæ Episcopi, aut eorum major*

(*) Quidquid de hac affirmatione sit, constat, qua Constantia S. Leo huic innovationi se opposuerit; hinc magis credibile, prudentissimum Virum non recepisse, sed dissimulasse.

jor pars, *Decretum Electionis condent, in quo illum, quem Dignitate Episcopali in sua Metropoli dignum censuerint, nominabunt. Tum omnes vota sua ad Archiepiscopum Constantinopolitanum deferent, in cujus arbitrio stabit, ut Electum huc accersat, & ordinet, vel Licentiam faciat, ut in illa Provincia ordinetur. Quod vero pertinet ad ceterarum Civitatum Episcopos, ab omnibus illius Provinciæ Episcopis, aut majore ipsorum parte, accedente Metropolitæ Auctoritate, secundum Canones ordinabuntur. Nullæ in his Electionibus Archiepiscopi Constantinopolitani partes sint. Hæc nostra est sententia. Jam quid Concilium sentiat, edicat!* Episcopi exclamarunt: *justa est hæc sententia! omnes idem sentimus! nemo contradicit! obsecramus, ut domum redire liceat!* Plures ejusmodi exclamationes secutæ sunt. Tum Lucentius Legatus dixit: *absit, ut Sedes Apostolica, nobis præsentibus deprimatur! rogamus vos itaque, ut omnia, quæ heri contra Canones acta sunt, retractari jubeatis, syn minus, Protestatio nostra Actis inseratur, ut sciamus, quid Papæ respondeamus, atque ipse de contemptu Sedis suæ, & Disciplinæ Ecclesiasticæ eversione judicet.* Magistratus dixerunt: *quæ diximus, toti Concilio probata sunt.* Hic fuit ultimæ Actionis Concilii Calcedonensis exitus. Sæculum V. A. C. 451. p. 870.

§. XXXI.

Sæculum V. A.C. 451.

§. XXXI.

Concilii Calcedonenſis finis.

Evagr. II. hiſt. c. ult. vid. Baluz. præf. in Conc. Calc.

Concilii Calcedonenſis Collectio, quam hodie habemus, & quam ego in hac Hiſtoria ſecutus ſum, aliquantulum differt, ab ea, quam habuit Hiſtoriæ Scriptor Evagrius, hodieque in quibusdam antiquis Exemplis viſitur. In illis ſequens ordo ſervatur. Prima Actio ſicut in noſtris ponitur. In ſecunda Dioſcorus damnatur. Tertia eſt, quam nos ſecundo loco ponimus, in qua epiſtolæ Sancti Cyrilli, & S. Leonis lectæ. Actio quarta, eadem eſt ac noſtra, & examen de Fide definienda refert. In ſexta Fidei Decretum relegitur, & præſente Imperatore Marciano appoſitis nominibus ſignatur. Itemque tres Canones probantur. Actio ſeptima in his veteribus Exemplis alios Canones recenſet. In octava, quam nos ſeptimo loco ponimus, transactio inter Maximum, & Juvenalem legitur. In Nona Theodoretus defenditur. In decima, & undecima cauſa Ibæ recenſetur, & ſic de ceteris, id eſt, duodecima, & decima tertia cauſam Epheſinam, decima quarta cauſam Baſilinopolitanam, decima quinta cauſam Sabiniani Perrhani, decima ſexta, ſeu ultima, contentionem de Prærogativis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ referunt.

Hæc

Hæc Exemplorum diversitas inde est, quod in Conciliis universalibus singuli Majorum Cathedrarum Episcopi suos Notarios haberent, quos Acta scribere, vel in notas redigere, ut ipsis opus erat, jubebant. Omnibus magna cura erat, ea, quæ ad Ecclesiam universam, nempe Fidei Decreta, & Canones, pertinent, asportare, & in suis Provinciis promulgare; Acta vero causarum privatarum, ii, quorum nihil intererat, minori diligentia notabant. Aliqui totas omittebant, alii partem unam scribebant, & alteram negligebant, & qui eas colligebant, pro lubitu vel temporis ordinem sequebantur, vel ad materiæ dignitatem respiciebant. Sæculum V. A.C. 451.

Episcopi aliquamdiu Calcedone, seu Constantinopoli, moram trahentes, antequam recederent, Libellum ad Imperatorem Marcianum direxerunt; Gratias agunt Deo, quod Imperatori, & Papæ patrem Religionis zelum inspiraverit; Papæ etiam Doctrinam, & Pietatem laudant. Testantur, se superiorum Conciliorum Exempla secutos, novos errores novis Formulis, nihil in Fide innovando, refutasse. Mysterium Incarnationis prolixe explicant. S. Leonis ad Flavianum epistolam ab omni novitate immunem declarant, ejusque cum S. Scriptura, Symbolo Nicæno, & Patribus, quorum textus *Conc. Cale. 3. part. c. 1.* Concilii Calcedonensis exitus. *p. 828.*

Sæculum V. A.C. 451.

tus selectos adducunt, concordiam ostendunt.

Concilium Calcedonense etiam ad S. Leonem epistolam Synodalem dedit. In ea Patres fatentur, Papam S. Petri Interpretem, Caput suum, & Pastorem qui ipsis in sua epistola Escam Spiritualem porrexisset. Dicunt deinde, quo numero in Concilio fuerint, scilicet, viginti supra quingentos. Neminem vero ab Ecclesia ejectum, nisi Dioscorum, cujus crimina, & pervicaciam detestantur. Tum subjungunt: *certiorem te quoque facimus, alia etiam a nobis statuta fuisse,* p. 836. *quæ bono ordini, & Legum Ecclesiasticarum firmitati, conducere credidimus, nullatenus dubitantes, futurum, ut ea, ubi relata fuerint, Sanctitas tua probet, & confirmet.* (*) *Nimirum Sententia, & Auctoritate Synodali veterem Sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ consuetudinem approbavimus, ut Metropolitas Diœcesium* p. 837. *Asiæ, Ponti, & Thraciæ ordinet, idque visum nobis, non tam ut Sedi Constantinopolitanæ faveamus, quam ut quieti Ecclesiarum Metropoliticarum consulamus, in quibus, Episcopis defunctis, sæpe turbæ excitatæ sunt, cum populus, & Clerici Pastorem non haberent. Hæc Sanctitatem tuam*

p. 3. c. 2.

(*) Hæc verba certe subjectionem ad Superiorem scribentium spirant.

tuam minime latent, ſæpe enim propter Electiones in his Eccleſiis, præſertim Epheſina, moleſtiæ tibi creatæ. (*) Sæculum V. A. C. 451.

Inſuper Canonem centum quinquaginta Patrum, Conſtantinopoli ſub Theodoſio Magno congregatorum, confirmavimus, quo ſtatuitur, ut Epiſcopus Conſtantinopolitanus, nulli alteri, quam Sanctitatis Tuæ Sedi ſit ſecundus, & firmiſſime ſperamus, te, qui omnia bona Fratribus tuis ſine invidia communicas, in futurum etiam Sedis Conſtantinopolitanæ curam geſturum, eamque unius radii de illo ſplendore, qui Apoſtolicam tuam Potentiam circumdat, participem redditurum. Equidem Legati tui huic decreto fortiter reſtiterunt, ſed haud dubie hujus indulgentiæ honorem tibi reſervare voluerunt, ut tibi maxime ſicut Fidei, ita & Pacis conſervationem deberemus. Dum hæc decrevimus, Imperatoris, Senatus, & totius Cæſareæ urbis votis, & deſideriis ſatisfecimus. Rogamus te igitur, ut Judicium noſtrum tuo ſuffragio honores, & impleas expectationem Filiorum tuorum, qui amore veritatis in tuam ſententiam conceſſerunt. Gratum facies Imperatoribus, qui Judicium tuum Legis inſtar confirmarunt,

(*) Ex his Jurisdictio Papæ in Eccleſias Aſiæ elucet.

Sæculum V. A.C. 451.

runt, & Sedes Constantinopolitana grati animi memoriam, qualibet data opportunitate, sua conjunctione, & zelo tibi æternum testabitur. S. Gregorius scripsit, Concilium Calcedonense Papæ etiam Tulum Episcopi Oecumenici, seu universalis, obtulisse. (*)

Lib. IV. ep. 36. VII. ep. 30.

§. XXXII.

S. Leonis epistolæ ad Episcopos Galliæ.

v. Quesn. ad Ceret.

Priusquam S. Leo epistolam Concilii Calcedonensis accepisset, plures alias Episcopi Galliarum ad eundem dederunt. Prima venit a Ceretio, Salonio, & Verano, qui in Provincia Alpium maritimarum

(*) Hic quidem Concilii Calcedonensis finis, at non Hæresis Eutychianæ, & Dioscori fuit. De Sectatoribus ipsorum, qui nostra ætate superstunt, nempe de Coptitis Schismaticis in Ægypto, & Æthiopibus, seu Abissinis, R. P. Boucher Ordinis Minorum observantium in Gallia in suo ad oras Orientales itinere hæc memorat: *Homines isti, Hermaphroditis deteriores, plures, ut Proteus, vultus, tres, ut Hecate, formas, & tria, ut Cerberus, capita habent, sunt enim Semi-Judæi, Semi-Turcæ, & Semi-Christiani. Cum Judæis Sabbatum, & Circumcisionem servant, & escas Lege Moysis prohibitas non comedunt. Cum Turcis a vino abstinent. Cum Christianis aliqua, sed corruptissima Fide in Christum credunt.*

rum Episcopi fuisse creduntur. Altera a Ravennio Arelatensi, & quadraginta tribus Episcopis. Salonius, & Veranus fratres erant, filii S. Eucherii, postmodum Episcopi Lugdunensis. Veranus Episcopus Vapincensium fuit. Hi tres Episcopi Gratias agunt Papæ, quod sibi in sua Epistola ad Flavianum Fidei Doctrinam explicasset, illiusque epistolæ exemplum, quod habebant, mittunt, rogantes, ut corrigeret, & deinde non solum Galliarum Episcopis, sed etiam Laicis, qui legere cuperent, mitteretur. Sæculum V. A. C. 451.

Illi quadraginta quatuor Episcopi, qui Synodalem epistolam ad S. Leonem dederunt, ex septem Galliarum Provinciis collecti fuisse creduntur. Primus ponitur Ravennius Arelatensis, deinde Rusticus Narbonensis, Venerius Massilliensis, Maximus Rejensis, qui Abbatiæ Lerinensi præfuerat, Nectarius, Episcopus Dinienſis, Constantius Ucetenus, Ursus Sanitiensis, & Ingenuus Embrodunensis, qui hanc epistolam Romam attulit. Alii Episcopi non satis noti. Excusant, quod S. Leoni, accepta ipsius ad Flavianum epistola, citius grates agere non licuerit. *Legimus tuam epistolam*, inquiunt, *quæ nos suavissimo affecit solatio; cumque lætitiam soli non caperemus, ejusdem omnes, qui in Galliis habitant, participes fecimus. In ea epistola multi Fidem, quam a Patribus suis* *vid. Not. Quesn.*

Sæculum V. A. C. 451.

acceperant, cognoverunt; alii in ea invenire se gavisi sunt sanam Doctrinam, & docentis Auctoritatem, qua ipsis opus erat, ut quod credebant, adversus aliud sentientes tuerentur. Animus erat Imperatori scribere, & indicare, quanta sollicitudo nos premeret, at iis, quæ nobis ex Oriente afferebantur, compertis jam non esse necessarium, credidimus, ut scriberemus, sed detectum esse errorem, & dissipatum. Reliqua hujus epistolæ, S. Leonis Encomia sunt.

S. Leo in sua Responsoria vices reddit, dum Episcoporum Gallorum Fidem, & Doctrinam laudat. *Optassem litteras vestras*, inquit, *accepisse illo tempore, quo promiseratis, ut Fratres nostri, a Nobis ad Concilium delegati, vestram quoque hac super quæstione Sententiam illo ferre potuissent.* Dicit jam ultra non licere, ignorantiam, aut perplexitatem Materiæ de Fide Incarnationis obtendere, postquam Concilium sexcentorum ferme Episcoporum sententiam pronuntiasset. Nihilominus hanc Doctrinam paucis explicat, & errores Nestorii Eutychisque refellit. *Fratres nostri, Legati,* inquit, *rem tam præclare gesserunt, ut non Episcopis modo, sed etiam Principibus, & Purpuratis, Clericis, & populo, atque omnibus hominum ordinibus persuaserint, Apostolicam esse Fidem, quam prædicamus, sicut eam accepimus,*

Ep. 77. al. 52.

S. Leonis epistolæ.

pimus, & jam universo Orbe nobis consentiente, defendimus. Ergo Deo Gratias agite, & orate, ut cito redeant fratres nostri; tunc omnia, quæ acta sunt, vos accurate edocebimus. Noluimus Fratrem nostrum Ingenuum apud nos retinere, donec venirent, ne gratissima, & exoptatissima, quæ acta sunt, diutius ignoraretis. Rogamus, ut ea Fratribus quoque nostris, Hispaniæ Episcopis, nota faciatis. Hæc epistola prima Februarii, Herculano Consule, id est, anno 452. data est. Inde patet, Papam summatim sciviſſe, quæ in Concilio Calcedonensi gesta fuissent, sed Acta, quæ Legati ipsius allaturi erant, necdum accepisse. Sæculum V. A. C. 452. Anno 452.

Postquam illi Romam advenerunt, S. Leo rursus ad Rusticum, Ravennium, Venerium aliosque Galliarum Episcopos scripsit brevem epistolam. Certiores reddit, Veritatem vicisse, Hæresin, ejusque Auctores una omnium voce damnatos. Simul ipsis exemplum Sententiæ a Legatis in Dioscorum pronuntiatæ mittit. *Ep.* 82. *al.* 94.

S. Leo Episcopis Provinciæ Mediolanensis quoque scripserat; id enim ex ipsorum Responsoria, quæ Synodalis est, apparet. Dicunt, lectam in suo Concilio S. Leonis ad Flavianum Epistolam, eamque Sacris Scripturis, S. Ambrosii Doctrinæ, & toti Antiquitati consentaneam sibi *Post epist.* 77.

Sæculum V. A.C. 452.

visam esse; hinc junxisse sua suffragia, atque secundum hanc epistolam errores, adversus Incarnationem pugnantes, damnasse. Huic epistolæ Eusebius, Episcopus Mediolanensis, in Græcia natus, quem Ecclesia 22. Aug. inter Sanctos colit, S. Maximus Taurinensis, qui 25. Junii honoratur, & cujus aliquas Homilias habemus, & decem alii Episcopi nomina apposuerunt.

Ennod. epig. 84.
Martyr. R. 22. Aug. 25. Jun.

§. XXXIII.

Epistolæ in Causa Anatolii.

Lucianus Episcopus deinde, & Basilius Diaconus Romam venere, Imperatoris Marciani, Pulcheriæ Augustæ, Anatolii Constantinopolitani, & Juliani Coani epistolas afferentes; unum omnibus votum erat, Papæ persuadere, ut Canonem Calcedonensem, qui Episcopum Constantinopolitanum eximiis Prærogativis ornat, ratum haberet. Hæc ex responsoriis intelligimus, & ex Imperatoris epistola, quæ nobis supereſt, quinto Kalendas Jan. Ipso Consule, id est, 28. Dec. anno 451. data. Lucianus, & Basilius sibi demandata fideliter exequentes, nihil relinquebant intentatum, quo S. Leonem adducerent, ut Anatolium voti damnaret; sed incassum omnia, ut ex Papæ Responsoriis litteris, omnibus eadem die undecimo Kalendas Junii, Herculano Con-

Post ep. 77. ex collect. Holst.

Consule, id est, 22. Maji anno 452. datis, dispicitur. Sæculum V. A. C. 452.

Anatolio, inquit, *satis esse oportebat, potiores apud me Clementiæ, quam Justitiæ partes fuisse, dum ipsius Ordinationem, infirmo nixam fundamento, approbavi, factumque ejusdem, cum Episcopum Antiochenum ordinasset, dissimulavi.* Nempe Anatolius ad Sedem Constantinopolitanam a Dioscoro ordinatus fuerat, postquam is Flavianum contra fas deposuisset, itemque Anatolius Maximum ad Sedem Antiochenam ordinaverat, in locum Domni, etiam injuste depositi, quas ordinationes S. Leo pacis conservandæ studio confirmaverat. Tum S. Leo prosequitur: *Hæc indulgentia Anatolio modestiæ causa, non vero Ambitionis occasio esse debuit. Utinam Flaviani, Antecessoris sui, humilitatem imitaretur! nec abuteretur quorumdam ex Confratribus suis extorto consensu, qui contra Canones quoscunque nullius roboris est, minime vero contra Canones Nicænos, quorum Auctoritas æterna, & inviolabilis, a nullo Concilio, quantuscunque esset Episcoporum numerus, abrogari potest.* Ep. 78. al. 54. c. 2. 5. ep. 80. al. 53. c. 2. Ep. 79. al. 55. c. 3. c. 2. Ep. 80. c. 2. 4.

Constantinopolis gaudet suis Prærogativis, sed temporalibus, & civilibus; est urbs Cæsarea, sed quia Sedes Apostolica a principio non fuit, etiam nunquam erit. Ep. 78. c. 3.

Sæculum V. A. C. 452.

erit. (*) *Ecclesiarum Privilegia, per Canones confirmata, aboleri non possunt, nec tot Metropolitarum Auctoritas, ut unius viri ambitioni serviatur, lædi debet.*

Ep. 79. *Æquum non est, ut Alexandria ob unius Dioscori improbitatem locum in ordine Ecclesiarum secundum, & Antiochia tertium amittat. Anni circiter sexaginta*

Ep. 80 c. 5. *sunt, ex quo molitio ista toleratur, at Episcopi Constantinopolitani dictum Canonem, quem allegant, ad Sedem Sacram nunquam miserunt.* Ex his argumentis Papa Imperatorem, & Imperatricem hortabatur, ut Anatolii Ambitionem premerent; ipsum Anatolium obsecrat, ut animum ad Humilitatis, Charitatisque studium adjiceret, edicitque, nunquam se istam in Hierarchia Ecclesiastica mutationem suo calculo confirmaturum, additis minis, si Anatolius in proposito perseveraret, ab Ecclesiæ universalis Pace separandum. Verum Papa noluit pœnas, quas minatus fuerat, infligere, & ad excommunicationem ventum non est. In epistola

Ep. 81. *al.* 105. ad Julianum Coanum dicit: *Charior tibi sit universalis Ecclesiæ utilitas, quam unius hominis bonum; nec postules a me, quod tu impetrare, & ego concedere sine culpa non possumus.*

§. XXXIV.

(*) His dicta in Nota XXVIII. confirmantur.

§. XXXIV.

Sæculum V. A. C. 452.

Concilium Legibus editis firmatur.

At Concilium Calcedonense non æque in Oriente, ac in Occidente, nemine resistente, receptum. Equidem Imperator, quidquid suarum erat partium, ut decreta effectui darentur, præstitit, sed Ægyptii, & Palæstini obedire detrectarunt. Primo Edictum Constantinopoli, septima Febr. Sporatio Consule, id est, anno 452. promulgatum, quo prohibetur, ne quis publice de Religione disputet, adjectis pœnis, ut Clerici deponantur, qui qualicunque officio funguntur, eodem priventur, alii urbe ejiciantur, & pro delicti modo puniantur. *Impium est*, inquit in ea Lege Imperator, *& sacrilegum, si quis sibi licere existimet, secundum sensum suum privatum examinare, quod tot Episcoporum Judicio decisum.* (*) Et inferius: *injuriam infert Concilio, qui in disceptationem vocat, quod judicatum est.* Hoc Edictum ad Cives Constantinopolitanos directum; cum tamen necdum turbulenta ingenia acquiescerent, & quidam publice de Mysteriis, etiam audientibus Judæis, & Gentilibus, litigare non cessarent, secuta est prohibitio altera, similis priori,

Conc. Calc. p. 3. c. 3. L. 3. Cod. de Summ. Trin.

(*) Utinam hic Protestans noster Notam subjunxisset; sed aliud est veritatem scribere, & aliud velle eam intelligere.

Sæculum V. A.C. 452.

priori, & præceptum, ut omnes Concilio Calcedonensi obedirent, condito Edicto secundo, etiam Constantinopoli promulgato, & ad Præfectum Prætorio in Oriente, duosque alios, nempe Illyrico, & urbi Constantinopolitanæ Præfectos, rursusque officiorum Magistrum directo.

Sexta Julii eodem anno Imperator Marcianus ad eosdem Ministros Rescri-
t. II. *p.* 865. ptum direxit, & revocavit Legem, quam Theodosius junior, a Crysaphio deceptus, contra Flavianum, Eutychi vero & Latrocinio Ephesino faventem, ediderat. In
Sup. lib. XXVII. §. 41. hoc Rescripto Flaviano, Eusebio Doryleensi, & Theodoreto fama redditur. Vi-
t. 12. *p.* 868. gesima octava ejusdem Mensis Julii alia Lex edita; Marcianus Imperator jubet, ut Concilii Calcedonensis omnia decreta observentur, Eutychis Sectatores easdem pœnas dent, quas Apollinaristæ, quorum errores secutus est, Eutychianis nec Presbyteros, nec Clericos habere liceat, nemo Eutychem tanquam Presbyterum honoret, &, si spretis legibus, Episcopos, Presbyteros, aliosve Clericos ordinave-
p. 869. rint, ordinantes, & ordinati, bonis eorum Fisco addictis, proscribantur. Hac Lege etiam convenire, aut Monasteria ædificare prohibentur. Transgressores domos suas amittent, & tam Domini, seu Locatores, quam conductores statutas pœnas subibunt. Eutychiani nihil, testamen-

to

Sæculum V. A.C. 452.

to sibi legatum, acquirere valeant, non officio publico fungi, non Constantinopoli degere, aut in quacunque alia Metropoli liceat. Speciatim Monachi Monasterii Eutychis comprehendantur, & toto Romano Imperio ejiciantur. Libri, de hac Secta tractantes, flammis tradantur, qui hanc Hæresin alios docuerint, capitis pœna tollantur, Discipuli decem libras auri pendant. *p.* 872.

§. XXXV.

Proterius, Episcopus Alexandrinus.

Dioscoro Gangresiam in Paphlagonia relegato, quatuor Episcopi, qui cum ipso advenerant, in Ægyptum rediere, postquam Concilio Calcedonensi interfuissent, Eutychi Anathema dixissent, damnassent Dioscorum, & epistolæ S. Leonis subscripsissent. Imperatoris ferebant epistolas, ad Theodorum Ægypti Præsidem datas, in quibus præcipiebatur, ut alius Episcopus ad Sedem Alexandrinam eligeretur. Sed non defuere, qui resisterent, cum civium plerique alium Episcopum, Dioscoro vivo, recipere nollent. Tandem electus est Proterius, quem Dioscorus Archipresbyterum constituerat, eique Ecclesiæ curam commiserat. Is ergo ordinatus, & præsentibus quatuor Episcopis, Athanasio Busirensi, Nestorio Phagonensi, Auxonio Sebeny- *Liber.* c. 14.

Sæculum V. A.C. 452.

benyteno, & Macario Chabaſeno, Sedi impoſitus. (*)

Tunc vero populus Alexandrinus in partes ire, his Dioſcoro, aliis Proterio faventibus. Sectatores Dioſcori Magiſtratibus inſultare auſi; milites, ad Seditionem compeſcendam miſſos, lapidibus perſecuti, in fugam vertunt, in vetus Serapis templum confugientes obſident, & vivos concremant. Re ad Imperatorem delata, militum duo millia, noviſſime conſcriptorum miſit, qui tam commodis ventis uſi ſunt, ut ſexta jam die ad Alexandrinum portum appellerent. Verum Tyrones iſti, necdum Diſciplina militari ſubacti, & civium uxoribus, filiabusque licentius illudentes, cum tranquillitatem afferre debuiſſent, tumultum auxerunt. Nihilominus ferociens populus, ablata frumentorum copia, atque balneorum, & Spectaculorum uſu prohibito, pœnas dedit. Florus, qui militibus imperabat, haud diu poſtea, perſuadente Priſco Rhetore, Alexandrinis omnia reddidit, animosque ad tempus compoſuit. At Proterius

Evagr. II. c. 5.

Liber. c. 15.

(*) Anonymus I. hic non immerito contradicit Fleurio, & Liberati teſtimonio præfert teſtimonium Evagrii, dicentis, Proterium non Præſentibus ſolum quatuor Epiſcopis, ſed communibus Concilii Suffragiis, videlicet a longe majori Epiſcoporum Alexandriæ congregatorum fuiſſe electum.

terius nunquam non vitam periculi plenam duxit, ita ut toto ferme Pontificatus sui tempore militum præsidio se tueri necesse habuerit. Sæculum V. A. C. 452.

§. XXXVI.

Theodosius Anti-Episcopus Hierosolymitanus.

Palæstina quoque funesta dissensione scindebatur. Stephanus, Episcopus Jamniensis, & Joannes, Episcopus Saracenorum, ambo S. Euthymii Discipuli, Concilio Calcedonensi interfuerant; nam Petro, Saracenorum Episcopo, vita functo, quia Successor ejus Auxolaus, Conciliabulo Ephesino adfuerat, & adhæserat Dioscoro, ipse quoque, a S. Euthymii Gratia exclusus, e vivis decessit, & electus est Joannes. Itaque soluto Concilio Calcedonensi, Stephanus, & Joannes, viam diligenter relegentes, quæ decreta fuissent ad S. Euthymium referre festinarunt, ne Viri Sancti indignationem, sicut ante Auxolaus, incurrerent. S. Euthymius, perlecta Fidei formula, in Concilio confirmata, approbavit, eamque tanquam Catholicam recepit. *vita S. Euthymii. p. 54.*

Ubi id vulgatum, jam omnes Palæstinæ Monachi Concilium Calcedonense recepturi erant, nisi obstitisset Theodosius, Monachus is erat, olim a suo Episcopo flagitii admissi convictus, & suo Monasterio *Evagr. II. hist. c. 5. Cotel. Mon. Gr. to. 1. p. 415.*

Sæculum V. A. C. 452.

sterio ejectus. Alexandriam delatus, cum Dioscorum fuisset aggressus, camelo imponitur, Virgis cæditur, & per urbem circumducitur. Tum ad Concilium Calcedonense, ut pronum est conjicere, in Barsumæ comitatu se contulit, inde in Palæstinam celeriter reversus, cum aliis clamare; proditam fuisse a Patribus fidem! Epistolas quoque scripsit, in quibus dicebat, Concilium declarasse, duos esse Filios, duos Christos, & duas Personas adorandas, nempe, Hæresin Nestorii sua Auctoritate stabiliisse. Præterea adulteratam epistolæ S. Leonis ad Flavianum versionem vulgavit. His fraudibus multos Monachos, aliosque homines simplices seduxit, & ipsam quoque, malum! Imperatricem Eudociam, Theodosii Viduam, quæ Jerosolymam se receperat, & decipiente Chrysaphio semper in Eutychis errores propenso animo fuerat, ergo fæminæ Auctoritas plerosque Monachos, & Majorem populi numerum in Theodosii Monachi partes pertraxit. Juvenalem, Episcopum Jerosolymitanum, a Concilio redeuntem, adigere voluerunt, ut facta retractaret, & Doctrinæ Catholicæ, cui subscripserat, Anathema diceret; imo Sicarium immiserunt, qui Episcopum trucidaret, cumque huic sceleri defuisset fortuna, latro, rabie in alium conversa, Severianum, Episcopum Scythopo-

Conc. Calc. p. 3. c. 15. p. 877.

Leo ep. 97. al. 83.

Episcopus Jerosolymitanus.

thopolitanum, interfecit. Juvenalis Constantinopolim aufugit. Tunc vero Schismatici, in Ecclesia Resurrectionis collecti, Theodosium, Episcopum Jerosolymitanum, ordinarunt. Sæculum V. A. C. 452.

Theodosius Episcopos ad diversas Palæstinæ Civitates, præsertim ad illas, quo Episcopi e Concilio Calcedonensi necdum redierant, ordinavit, & diram in illos, qui ipsius Communionem amplecti nolebant, Jerosolymæ persecutionem movit; hi flagellis cæsi, alii Bonis suis privati, aliorum domus incensæ. Apertis carceribus, sceleratorum fæx libertate donata, nobiles fæminæ male habitæ. Orthodoxi viva voce, & dato chirographo, Concilio Calcedonensi, & S. Leoni Papæ, Anathema dicere cogebantur. Diaconus, cui nomen Athanasius, quadam die Theodosium in medio Ecclesiæ, & throno Episcopali, sedentem increpans, dixit: *cessa JEsu Christo bellum inferre, & Gregem ipsius dispergere! agnosce tandem, quam sincero affectu verum Pastorem nostrum diligamus! peregrini vocem non audimus.* Ita loquentem Theodosii satellites extra Ecclesiam raptant, & diversis affectum suppliciis, capite truncant. Occisi corpus, uno pede funi inserto, per totam Civitatem trahunt, & canibus devorandum projciunt. Hujus Diaconi Memoriam, tanquam Martyris, quinta Julii colit Ecclesia. *Niceph. XV. c. 9.* *To. 4. Conc. p. 801. p. 857.* *Martyr. R. 5. Jul.*

Doro-

Sæculum V. A. C. 452.

Dorotheus, Palæstinæ Præses, inter has turbas, contra Barbaros in Regione Moabitarum arma movebat; comperto, quid interim Jerosolymæ actum, ocius cum delectis cohortibus, ut animos pacaret, advenit; at, qui partes Theodosii, & Eudociæ tuebantur, venientem, clausis portis, tamdiu excluserunt, donec promisisset, se schismati cum omnibus Monachis, & tota Civitate adhæsurum. His artibus Theodosius viginti Mensibus Sedem Jerosolymitanam tenuit.

§. XXXVII.

S. Euthymius Theodosio resistit.

vita S. Euthym. p.56.

Theodosius, quis crederet, nulli industriæ pepercit, ut S. Euthymium sibi consentientem haberet. Cum primo virum Sanctum vocari jussisset, ille Jerosolymam ire renuit. Tum misit Theodosius duos Abbates, Elpidium, S. Passarionis Discipulum, & Successorem, & Gerontium, Monasterii S. Melaniæ Rectorem. Ad hos S. Euthymius: *Hoc Deus a me avertat, ut Theodosii vel criminis, vel erroris particeps fiam.* Elpidius, & Gerontius responderunt: *ergo nihil superest, quam ut Nestorii dogma recipiamus, in Concilio Calcedonensi stabilitum, & dicamus, in JEsu Christo duas Naturas confiteri oportere?* S. Euthymius repositit: *omnia Concilii Acta non legi, quam-*

quantum vero Fidei Formulam contingit, nihil in ea, quod reprehendi possit, invenio. Deinde explicavit, qua ratione Concilium duas in JEsu Christo Naturas confiteretur, nempe secundum S. Cyrilli Doctrinam sine ulla Personæ divisione. Elpidio S. Euthymii sermo placuit, affirmavitque, eum esse Fidei Catholicæ consentaneum; tamen necdum Theodosii Communionem rejecit. Gerontius pertinaciter in errore perseveravit, & sic, animis divisi, regressi sunt. Interim Theodosius non erubescebat, alios, aliosque ad S. virum mittere, qui ipsum pervertere conarentur, is vero multo magis Hæretici hujus impudentiam horrens, Abbates monuit, ne cum Schismaticis communicarent, & in deserti interiora recessit. Multi Anachoretarum, comperta Euthymii fuga, Magistrum secuti sunt. S. Euthymius, usque dum Theodosius expulsus fuisset, in illa Solitudine permansit. Sæculum V. A.C. 450. *p.* 59.

Supra ceteros celebris erat Anachoreta, cui nomen Gerasimus; is postquam in Lycia, Patria sua, vitam Monasticam diu duxisset, nuper advenerat, in deserto ad ripas Jordanis moraturus. Cum aliis Anachoretis in errorem Theodosii inductus, ubi fama percepit, virtutibus clarissimis S. Euthymium fulgere, Rubam ad ipsum venit; multis diebus ibi

Sæculum V. A. C. 452.

conversatus, decreto Concilii Calcedonensis consensit, & Theodosii Communioni cum aliis quatuor Anachoretis, Petro, cui Cognomentum, *Tournit*, Marco, Jullone, & Silvano, renunciavit. Gerasimus in loco, non ultra quartam Leucæ partem a fluvio distante, Lauram, & Monasterium ædificavit. Laura septuaginta cellulis, interposito semper spatio separatis, constituebatur, in medio stabat Monasterium, Novitiorum, & juniorum fratrum habitationi destinatum; in cellulis Monachi, qui ad altiorem perfectionis gradum ascenderant, degebant. Soli in singulis cellis per quinque Hebdomadæ dies, scilicet a Die Lunæ, usque ad Diem Veneris permanebant, & exeuntes, ostium relinquebant apertum, ut indicarent, se nihil habere, quo non & alii uti possent, si vellent. Diebus Sabbati, & Dominicis, ad Communionem in Monasterium se conferebant. S. Gerasimus obiit anno 474. septima Martii, qua die Ecclesia ipsius memoriam agit.

vita S. Cypriac. p. 107. Martyr. R. 5. Mart.

§. XXXVIII.

Abbas Gelasius Theodosio adversatur.

Cotel. Mon. Gr. tom. 1. p. 415.

Inter illos, qui pro Concilio Calcedonensi steterunt, & magno animo caput furenti Theodosio objecerunt, Gelasius Abbas fuit. Theodosius Schismatis sui initio ad Gelasii Monasterium delatus, in Conci-

Concilii Patres invectus est, quod Nesto- Sæculum V.
rii Hæresin sua Auctoritate firmassent. A. C 452.
Gelasius, nullatenus ignorans, qualis es-
set Theodosius, parvulum, ex suis Disci-
pulis unum, quem, casu extinctum, ad
vitam revocaverat, secum adduxerat, re-
sponditque Theodosio: *si de Fide disputandi prurigine laboras, hic habes, qui tibi respondeat; mihi vero ad te audiendum sane otium est.* His Theodosius non
sine suo rubore discessit. Postea, cum 416.
Sedem Jerosolymitanam usurpasset, Ab-
batem Gelasium ad se accersitum, blan-
ditiis simul, & minis aggreditur; in San-
ctuarium deducto, minaciter imperat in
hæc verba: *Juvenalem anathematiza!*
Gelasius, imperterritus, respondit: *Episcopum Jerosolymitanum alium non novi, nisi Juvenalem.* Timuit Theodosius, ne viri
exemplum plures alios excitaret, jussit-
que, ut Ecclesia expelleretur. Tunc Schis-
matici Abbatem corripiunt, comporta-
tis circa eum lignis, rogum extruunt,
minantur, se vivum combusturos; sed
ubi satis exploraſſent, majori animo vi-
rum esse, quam ut terreri posset, populi
furorem, nam de Sanctitate Gelasii apud
omnes ingens opinio erat, reformidarunt,
& dimiserunt liberum.

Quam liberali Indole fuerit Gelasius *ibid. p. 410.*
ex facto, quod sequitur, elucet. Librum
habebat, in membrana scriptum, qui an-

Sæculum V. A. C. 452.

tiquum, & novum Testamentum complectebatur, atque octodecim aureis, seu centum quadraginta quatuor libris æstimabatur; hunc in Ecclesia, ut omnibus Fratribus usui esse possit, deposuerat. Cum eundem Monachus peregrinus furto abstulisset, quamvis S. Senex furem notasset, dissimulavit, nec eum est persecutus. Fur autem, Civitatem ingressus, emptorem quærebat, & libri pretium sedecim aureos pronuntiabat. Adest emptor, petitque prius librum examinandi licentiam, qua facta, codicem ad Abbatem Gelasium defert, interrogat, an tanti emendus esset, quantum venditor petebat? Respondit Abbas Gelasius: *eme! pulcherrimus est codex, nec caro emes.* Reversus emptor ad venditorem dixit: *ostendi librum Abbati Gelasio; respondit hoc pretio carum esse, nec tot aureos valere.* Venditor: *an Abbas Gelasius nihil aliud addidit?* Respondit emptor: *nihil.* Tum venditor: *jam nolo vendere;* & pœnitentia motus Gelasium adit, volens reddere librum, quem vir Sanctus accipere recusavit. Dixit Monachus: *nisi accipias, nunquam quietus vivam.* Ergo accepit. Hoc Gelasii facto conversus hospes eidem usque ad obitum suum adhæsit.

§. XXXIX.

Sæculum V.
A. C. 452.

§. XXXIX.

S. Leo Attilæ occurrit.

Interim Imperium Occidentis Attilæ armis concutiebatur. Quippe is, cum jacturas anni superioris militum supplementis reparasset, per Pannoniam iter faciens, Italiam ingressus, nemine prohibente, in plures Provincias excurrebat. Jamque omnes Urbi timebant, & Attilæ animus erat, eam oppugnare; sed aliam mentem Regi Proceres indiderunt, in memoriam revocato Alarici fato, qui, Roma expilata, haud diu supervixisset. Valentinianus Imperator, & ipse Aetius Italia excedere cogitabant; visum tamen, prius explorare, an pacis conditiones petentes respueret Barbarus. Igitur Legati ad eum dimittuntur S. Leo Papa, Avienus Consularis, & Trygetius, olim Præfectus, qui Attilæ, in Venetia, loco, quem Ambulejum dicebant, ad vadum Mincii, occurrerunt. Præter crudelitatis opinionem Attila vel solo corporis habitu terribilis conspicientibus erat; brevis homini statura, ferox ingressus, latum pectus, caput magnum, oculi exigui, rutilantes, nunquam fixi, nasus simus, tenuis barba, capilli subnigri, color fuscus, originis indicium, nempe quo hodieque Tartari sunt. Quamvis esset fortissimus, magis tamen ingenio pugnabat,

Chro. Prosp.

Duchesne to. 1. ann. 452. Chr. Cassiod. eod. an.

Jornand. p. 475. c. 42. Id. p. 471.

Sæculum V. A.C. 452.

quam gladio, & in ſubitis conſilio valebat. Se ſubjicientibus parcebat, eosque, quibus ſemel fidem dederat, clementer habebat. Deliberanti an iter Romam ingrederetur, ne faceret Romanorum Legati perſuaſerunt; S. Leonis aſpectu admodum delectatus, quas ferebat, conditiones placide audivit, ſuos, ne ultra nocerent, cohibuit, & trans Danubium regreſſus paſſurum ſe, ut de pace firmanda tractaretur, pollicitus eſt.

Inter hæc Valentinianus Imperator Romæ verſabatur, ubi decimo ſeptimo Kalendas Maji, Herculano Conſulatum gerente, id eſt, 15. Aprilis, hujus anni, 452. Legem edidit, qua Jurisdictio Eccleſiaſtica, & Clericorum Privilegia reſtringuntur. In ea dicitur, ſæpe contra Epiſcoporum judicia querelas moveri, quibus ut afferatur remedium, declarat, Epiſcopo non aliter judicandi, etiam Clericos, poteſtatem eſſe, quam ipſis conſentientibus, & in Arbitrum compromittentibus, quod conſtet, Epiſcopis, & Presbyteris, nullum a Legibus tribunal conceſſum, ſed ſolum, ſecundum Edicta Arcadii, & Honorii, Codici Theodoſiano inſerta, de cauſis Religionis poſſe cognoscere. Clerici coram Judicibus tam in Civilibus, quam in Criminalibus reſpondere teneantur; ſolis Epiſcopis, & Presbyteris Privilegium ſit, ut ſe, ſi cauſa criminali-

Novel. Valent. tit. 12.

minaliter moveatur, opera Procuratoris defendere valeant. Neminis mancipium, aut Servus, cujusque generis sit, Statum Ecclesiasticum, vel Monasticum Institutum amplecti possit, ut conditionis suæ oneribus se liberet. Clerici nullum Mercaturæ genus tractabunt, si suis Privilegiis gaudere velint, sed unice functionibus Ecclesiasticis vacabunt. Sæculum V. A. C. 452.

§. XL.

Aetius promovetur, ut amoveatur.

Julianus Coanus, Papæ Constantinopoli Mandatarius, datis litteris, testatur, se Sanctissimi Patris ærumnas dolere, ut suas, atque Italiæ inter Barbarorum arma gementis commiseratione tangi. Simul significat novissima Anatolii molimina, qui Aetium ab officio suo depositum, virum semper Catholicum, & Nestorianis æque ac Eutychianis infensum, in Ecclesia cujusdam Cœmeterii Presbyterum ordinasset, ut alium Archidiaconum, cui Nomen Andreas, Eutychis amicum, & Flaviani accusatorem, constitueret. Hac super re S. Leo ad Marcianum; & Pulcheriam epistolam dedit. Queritur, Anatolium sub Honoris specie Aetium gradu suo dejeciisse; quippe, cum nec in hujus viri fide, nec in vita quidquam posset reprehendere, ipsum exuisse Archidiaconi munere, quod plurimum *Leo ep.* 86. *al.* 56. *Ep.* 84. 85. *al.* 57. 58.

Sæculum V. A. C. 452.

Auctoritatis possidenti conferret, quia illius curæ omnia Ecclesiæ negotia essent commissa, & ad quoddam Exilii genus damnasse, dum eum Cœmeterio extra urbem, & loco remoto alligasset, nec aliam denique hujus rigoris causam licere suspicari, quam quod Actius S. Flaviano, & Fidei Catholicæ semper addictissimus fuisset. Itaque Anatolius suspicioni locum dabat, quod errores Eutychis bona fide non abjeciisset. Traditionem quoque Apostolicam violaverat; nam Actium Die Veneris ordinavit, cum id Nocte Sabbati, id est, Diem Dominicam præcedente, fieri oportuisset.

Sup. lib. XXVII. §. 33.

S. Leo Imperatorem, & Imperatricem rogat, ut Anatolium meliorem mentem induere cogant. Simul Principum favori Julianum Coanum commendat, quem suum Legatum constituisse significat, ut omnibus, quæ ad Fidem, pacemque Ecclesiæ pertinent, invigilet, & illius temporis Hæreticis resistat. Hic videmus initium Legatorum Pontificiorum, Constantinopoli residentium, qui deinde Apocrisiarii, seu epistolis Præfecti, dicti sunt, quo nomine jam antea illi veniebant, qui ab Episcopis Alexandrinis, & Antiochenis missi, ad procuranda Ecclesiarum suarum negotia ibi morabantur. Alia vero ex causa Legati Papæ aderant; nimirum, ut totius Ecclesiæ bono laborarent,

vid. Quesn. not. 6. ad ep. 84.

rent, ut Fidem, & Disciplinam conser- Sæculum V.
varent, ad ea, quæ Episcopi Constanti- A. C. 453.
nopolitani molirentur, vigiles oculos adverterent, & caverent, ne vel ipsi, vel alii Orientis Patriarchæ, quidquam, quod Ecclesiæ universalis Disciplinæ obesset, attentarent. Hæ epistolæ decima, & undecima Martii, Opilione Consule, nempe anno 453. datæ.

S. Leo de his etiam ad Julianum *Ep. 86. c. 3.*
scripsit, rogans præterea, se certiorem faceret; quid Monachos Palæstinæ impulisset, ut tumultuarentur; an Eutychis amor, vel zelus imprudens contra Juvenalem Jerosolymitanum, qui Eutychi olim favebat, animos concitasset. Petit etiam, ut sibi scribat, quid Monachi in Ægypto, & Ecclesiæ Alexandrinæ agerent. Mandat, ut Acta Concilii Calcedonensis, exacte in Latinum translata, & in unum Volumen collecta, ad se transmittat.

§. XLI.

Epistola Marciani ad Monachos in Palæstina.

Elapsis paucis diebus, causa turbarum in Palæstina, &, quid iis reprimendis Imperator feciisset, ad S. Leonem delata sunt. Abbates, Monachi Jerosolymitani, & qui in vicinia habitabant, Pulcheriæ Augustæ Libellum supplicem tradide-

Sæculum V. A.C. 453.

runt; insontes se dicebant, &, si quid peccatum, eam incolarum Jerosolymæ, & peregrinorum culpam esse. Imperator Marcianus, Episcopo Juvenale, qui tunc Constantinopoli erat, consilium suggerente, ad hos Monachos epistolam dedit, in qua hortatur, ut quieti se dedant, Episcopis obedientes sint, & alios docere non præsumant. Dicit deinde, singula ad
p. 857. suam delata fuisse Notitiam, Actis authenticis ad se missis, quæ Jerosolymæ acta fuissent, & postquam ea, quæ per vim, & insolenter fecerant, recensuit, subdit: *hæc profecto amore Fidei non feciſtis, sed cupiditate invadendi Episcopatus, quibus prorsus indigni estis. Ceterum valde miramur, qua mente Eutychi Anathema dicatis, Theodosium, Discipulum ejus, & omnium Turbarum Auctorem, sequentes? Impietatem vestram, & crimina vestra Dominus noster JEsus Christus Magister, & Salvator judicabit, & sine dubio puniet; Nos vero pœnas exposcere a Monachis nolumus. Hæc solum præcepimus, ut Jerosolymæ Incolæ in obedientia contineantur, Pax reducatur, & qui vel cædis, vel incendii rei sunt, meritis supplip. 860. ciis tollantur. Quia vero vox: duæ Naturæ, animos vestros perturbavit, cum putaretis novam esse, scitote, vestrum non fuisse, quæstiones examinare, quæ captum vestrum longe superant; Nos autem, Patrum*

trum Doctrinæ inhærentes, credimus, Dominum Nostrum JEsum Christum verum Deum esse, & verum Hominem. Tum Fidem de Incarnatione explicat, præsertim adversus Nestorii errorem, cui fa- p. 861.
visse Concilium Calcedonense dicebatur. Hanc Notam a Concilio penitus amolitur, & addit: *præcepimus, ne quisquam cogatur subscribere, aut consentire, si nolit, non enim minis, & vi, homines ad viam veritatis pertrahere nobis animus est.*

Sæculum V. A. C. 453.

Quia etiam conquesti estis, quod Samaritæ Ecclesias violaverint, cædes, & alia crimina commiserint, scitote, Nos Comiti Dorotheo mandasse, ut, omnibus diligenter exploratis, Ecclesiis, & privatis, quæ ablata fuere, restitui jubeat, & a reis pœnas exposcat; sed hæc nihil ad vos. Eidem p. 864.
quoque Comiti Dorotheo præcepimus, ut equos, & viros, qui in urbis Jerosolymitanæ præsidium immissi fuerunt, e Monasteriis vestris abducat. Ergo in pace vivite; a Catholicorum Communione, & Fide non recedite, & cœtus separatos non agite! scitis enim id Principes, Prædecessores Nostros, sub gravibus pœnis prohibuisse. Hæc ad preces Episcopi Juvenalis vobis scribere voluimus, & Clementiæ nostræ signa dare, quia speramus, vobis saniorem mentem redituram.

§. XLII.

Sæculum V. A. C. 453.

§. XLII.

S. Pulcheriæ obitus.

Conc. Calc. p. 3. c. 14. Pulcheria Imperatrix ad eosdem Monachos dedit Epistolam, cujus Summa Marciani epistolæ similis est, nempe eo præprimis collimat, ut suam, & Concilii Calcedonensis Fidem defendat, & sparsas a Schismaticis calumnias diluat. Aliam epistolam dedit ad Bassam, quæ Monasterium Virginum Jerosolymæ regebat; eadem etiam Monasterium virorum in honorem S. Mennæ fundavit, cui Abbatem præfecit Andream, ex S. Euthymii Laura Monachum. Ad Bassam igitur paulo post scripsit Pulcheria; ut moneret, si Theodosii calumniæ simplicem mentem quarumdam Sanctimonialium decepissent, errorem deponerent, atque Fidei suæ, & Concilii Calcedonensis puritatem agnoscerent. Eodem an. 453. Imperatrix Pulcheria e vita migravit, Vincomalo, & Opilione Consulibus, annos 54. nata. Ecclesia ipsius, tanquam Sanctæ Virginis, memoriam, decima Sept. colit. Paulo ante obitum, aream Ecclesiæ S. Laurentii Constantinopoli in suo Palatio, ædificium admirabile, perfecit; plures alias extruxit Ecclesias, unam in Blachernis, (*) Chalcopra-

ibid. c. 13.

Vita S. Euthym. p. 67.

Marcel. Chr. Chr. Pasch. Martyr. R. 10. Sept.

Cang. C. P. Lib. 4. c. 5. n. 57. c. 2.

(*) Locus erat in Suburbiis Constantinopoleos.

copratensem alteram, & Hodegenam ter- Sæculum V.
tiam. Omnes tres S. Virginis Honori A. C. 453.
dicatæ; in tertia Iconem, sibi Jerosoly- *Theod. Lect.*
ma ab Eudocia Imperatrice missam, quam *Lib. 1. init.*
S. Lucas pinxisse ferebatur, (*) posuit. *& p. 552.*
Aliqua præterea Hospitia infirmorum, &
Monasteria fundavit, dotavitque. Bona
sua omnia pauperibus testamento reli- *Soz. IX. c. 1.*
quit, & Marcianus, quæ scripta erant,
bona fide executus est.

§. XLIII.

Inventio Capitis S. Joannis Baptistæ Emesæ.

Hoc etiam anno 453. S. Joannis Caput
inventum Emesæ in Phœnice, ubi a *Marcel. Chr. Pasch.*
multo tempore sub terra in specu, penes
quem Monachi Sedem sibi delegerant, la-
tuerat. Huic Monasterio, Imperatoris
Marciani ætate, præerat Marcellus Pres-
byter, vir vitæ integerrimæ, cui S. Jo-
annes Baptista sub initium Februarii bis
per somnium apparuit; unus autem ex
Mona-

(*) Judæi quidem, nam S. Lucas Judæus erat, non solebant figuram humanam vel pingere, vel sculpere; at post Evangelii Prædicationem non amplius viguisse antiquam hanc Legem non solum ista de Beatissimæ Virginis Imagine a S. Luca depicta traditio, sed etiam Statua ab Hæmorrhoissa JEsu Christo erecta probat. Hodie hæc Imago Romæ asservatur.

Sæculum V. A. C. 453.

Monachis ejus, cui nomen Isaac, ante ostium specus flammam conspicatus est. Marcellus iterum monitus, & præeunte stella ignita deductus est usque ad fornicem, qui in eo specu reperiebatur, & ibi invenit urnam, S. Joannis Caput, cum Capillis adhucdum integris continentem. Lampadem ergo adornat, thus cremat, & medius inter lætitiam, & pavorem Deum adorat. Tum, re duobus ex vicinia Abbatibus, Gennadio, & Cyriaco, communicata, Uranium, Episcopum Emesenum, adeunt, &, quid inveniissent, referunt. Is, ne arcanum vulgarent, præcipit; altera die cum Presbyteris, & Diaconis ad specum se confert, Urnam cum Capite, quod intus erat, accipit, & in Ecclesiæ Sacristiam defert, donec nova Ecclesia istarum Reliquiarum honori ædificaretur. Hæc Translatio Die Martis, vigesima quarta Febr. anno 453. contigit. Ecclesia deinde in Monasterio prope Specum condita, & in eam S. Joannis Caput 26. Octobr. eodem anno, solemni pompa translatum. Exinde de Capite S. Joannis, sub Magno Theodosio Constantinopolim translato, nulla amplius recurrit mentio, (*) incertum, an interim

Marcell. ap. Cangium dissert. de Cap. S. Joann.

Sup. XIX. §. 49.

(*) Hic Anonymus I. Fleurio non consentit, sed objicit, Sozomenum, & S. Prosperum de Inventio-

interim patuerit, illud S. Joannis Caput non fuisse, vel alia causa subfuerit. Sæculum V. A. C. 453.

§. XLIV.

Juvenalis Jerosolymitanus restituitur.

Imperator Marcianus non solum, ut retulimus, deceptos Palæstinæ Monachos per litteras leniter corripuit, sed, ut mali radicem tolleret, ad Dorotheum Præfectum mandata misit, ut Antiepiscopum Theodosium comprehenderet, & plecteret; at priusquam capit posset, evasit sagax, & ad montem Sina confugit. Multi complices non Sæculares modo, sed etiam Monachi pœna corporis castigati. Theodosio expulso, Juvenalis post menses viginti, non tamen ante mensem Julium, anno 453. ad Sedem suam rediit. Tum omnibus, quos Theodosius ordinaverat, depositis, Synodum convocavit, unde epistolam Synodalem scripsit, ad omnes Abbates, & Monachos Palæstinæ directam, ut doceret, Patres Concilii Calce- *Niceph. XV. 6. 9.* *Conc. Calc. c. 3. p. 20.*

ventione Capitis S. Joannis Baptistæ sub Magno Theodosio mentionem adhucdum feciſſe, & cum Martyrologio Romano ad diem 24. Febr. & 29. Aug. affirmat pretiosissimum hunc Thesaurum bis fuisse inventum. Plura in hujus Anonymi longiori annotatione legi possunt. Tandem Sacrum hoc Caput Romam translatum.

Sæculum V. A. C. 453.

Calcedonenſis Fidem Nicænam confirmaſſe, eorumque animos adverſus Schismaticorum calumnias præmuniret. Huic epiſtolæ Juvenalis Jeroſolymitanus, Irenæus Cæſarienſis, Paulus Paralenſis, omnesque ex tribus Palæſtinæ Regionibus Epiſcopi, ſubſcripſerunt. Ad hoc Concilium Imperator Marcianus epiſtolam dedit, in qua fidem ſuam confitetur, hortaturque Epiſcopos, ut populos, & præſertim Monachos, Theodoſii mendaciis ſeductos, ad ſaniora conſilia reducant. Significat etiam, quod ad Epiſcopum Macarium, Abbates, & Monachos montis Sina, quo Theodoſius ſeceſſerat, litteras det, quibus flagitia hominis manifeſtaret, &, ut ab ejus malis artibus caveant, moneret.

ibid. c. 15.

§. XLV.

Epiſtola S. Leonis ad Concilii Episcopos.

Leo ep. 88. 89. 90.

Schismatici in vulgus ſpargebant, Concilium Calcedonenſe S. Leoni non probari; veri ſpeciem dabat, quod Canonem, Epiſcopo Conſtantinopolitano faventem, non recepiſſet. Equidem epiſtola S. Leonis, ad Anatolium data, eos contrarium edocere facile potuiſſet; ſed hanc Anatolius ſolerter premebat, imo fuere, qui ipſum vulgatæ calumniæ Auctorem edicerent. Cumque jam multi de

de S. Leonis consensu dubitarent, eundem Marcianus Imperator per litteras hortatus est, ut Mentem suam clare explicaret, & omnem cavillandi materiam tolleret. Ipse quidem existimabat, nullum dubitandi locum esse relictum, postquam in epistola sua ad Flavianum ante Concilium datam, rursusque in illis, quas post Concilii celebrationem ad Imperatorem, Imperatricem, & Anatolium dederat, quid sentiret, luculentissime aperuisset, nihilominus ut Imperatoris voluntati obtemperaret, alteram scripsit epistolam, ad omnes Episcopos, qui Concilio Calcedonensi interfuerant, directam, in qua affirmat, omnia sibi probari, quæ de Fide decreta fuissent, omnesque illos, qui errores Nestorii, Eutychis, & Dioscori defendere ausuri essent, ab Ecclesiæ Communione excludendos; simul vero edicit, se Canones Nicænos sanctissime observare, & Ambitioni resistere, quodcunque illa Concilium sibi favere jactaret, idque ex eo satis patere, quod Episcopi Constantinopolitani molitionibus constantissime se opponeret. Hæc epistola duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione Consule, seu 21. Martii, anno 453. data.

Sæculum V. A. C. 453.

ep. 87. *al.* 61.

S. Leo simul ad Imperatorem Marcianum, & Pulcheriam Augustam, tunc adhucdum in vivis agentem, scripsit; gra-

ep. 89. 90. *al.* 50. 60.

Sæculum V. A. C. 453.

tias agit, quod ipsis curæ fuisset, Monachos in Palæstina per viam lenitatis ad meliora reducere. Rursus, ad Julianum Coanum hac super re litteris datis, dicit: (dum de injuria, Aetio Presbytero illata, loquitur) *istud, cum res ita se habeant, modo tolerandum est, ne virilis gravitatis limites transgredi videar. Tanta est Anatolii in superbis votis pertinacia, ut ab Episcopis Illyrici consensum postulaverit. Non scribam ei, etsi suadeas, video enim, quod voluntatem se emendandi non habeat.*

ep. 88. *c.* 5. *c.* 3.

*ep.*96.*al.*66. In eadem epistola S. Leo significat, sibi ab Imperatore secreto mandatum, ut Imperatrici Eudociæ scriberet. Scripsit etiam 25. Junii; hortatur, ut aberrantes Palæstinæ Monachos revocaret, doceretque, ab Ecclesia Catholica æque errores Nestorii, ac Eutychis damnari. Ad eosdem Monachos quoque scripsit; corruptam epistolæ suæ versionem ipsis erroris occasionem fuisse, dicit; tum longius de Materia Incarnationis disserit, & postquam hos Monachos, quorum plerique oppido rudes erant, hominum insolentiam acriter exprobrat, & exhortatur, ut errata emendent. Non ex ulla alia epistola magis apparet, quanta dicendi vi S. Leo polluerit.

Epistola S. Leonis.

*ep.*97.*al.*83.

c. 8. 9.

*ep.*91.*al.*82. In duabus aliis epistolis ejusdem anni dicit, Monachorum non esse, fidem prædicare.

dicare. In epistola ad Julianum Coanum hæc habet: *sicut Cæsareæ Potestati competit, tumultus, & Seditiones summo rigore reprimere, ita etiam Auctoritatis Sacerdotalis proprium est, Monachis de Fide prædicandi libertatem adimere, & cavere, ne, quod Episcoporum officium est, sibi arrogent.* Ad Maximum Antiochenum hæc scribit: *ad id quoque sollicite attendas, ne, illis exceptis, qui Sacerdotio funguntur, quisquam alios docere præsumat, sive Monachus sit, sive Laicus, qui sibi ipsi doctus videatur. In omnibus per universam Ecclesiam ordo servetur, & unumquodque membrum munere suo contentum sit.* Eadem in epistola ad Theodoretum repetit. Talia scribendi ansam dederant Monachi, Eutychis Sectatores, & præsertim quidam, cui nomen Georgius, qui, permittente Thalassio, Episcopo Cæsariensi, scribendi, & prædicandi Auctoritatem sibi usurpabat.

Sæculum V. A. C. 453.

ep. 92. *al.* 62. *c.* 6.

ep. 93. *al.* 63. *c.* 6.

ep. 91.

§. XLVI.

Epistolæ ad Maximum Antiochenum, & Theodoretum.

Maximus Antiochenus ad S. Leonem scripserat, Mariano Presbytero, & Olympio Diacono epistolam ferentibus. Ex ea compererat, multos adhuc in Oriente Nestorianos, Eutychianosque reperiri, qui se invicem anathematizarent.

Sæculum V. A. C 453. S. Leo Maximum hortatur, ut constans sit in Fide S. Petri, *cui*, inquit, *ambo successimus. Non feres, ut Fides ista in Ecclesiis Orientis ulla ratione labefactetur. Imprimis sollicitus eris, ut Prærogativæ, & Privilegia, quæ Canones Nicæni Sedi Antiochenæ asseruerunt, salva permaneant. Horum Canonum tanta apud me Reverentia est, ut propositum mihi sit, nunquam pati, ut quacunque innovatione abrogentur. Ergo tertiæ in Ecclesia Sedis jura tibi cordi sint, & si quid est, quod tibi hac super re negotium facessat, in litteris tuis expones, ut speciatim ad omnia tibi respondere queam. In Concilia universalia sæpe Ambitio se insinuat. In Concilio Ephesino, Juvenali Primatum Palæstinæ invadenti, & postulationem suam Scriptis suppositis fulcire conanti, S. Cyrillus forte pectus objecit, datis ad hanc Sedem litteris viri molimina indicavit, & ne procederent noxia consilia, prohibuit. In nostris Tabulis epistolam ipsius Autographam, cujus exemplum ad Nos misisti, invenimus. Si Fratres nostri, a Nobis Delegati, in Concilio, quod solius Fidei causa congregatum fuit, quidquam aliud egerunt, id nullius roboris erit, cum ad illa agenda Potestas defuerit. Quanti Canones Concilii Nicæni faciam, cognosces ex epistolæ exemplo, quam ad Episcopum Constantinopolitanum misi, ut viri superbiam*

Sup. XXV. §. 59.

ep. 93. al. 63.

Sæculum V. A. C. 453.

biam premerem. Istud exemplum omnibus nostris Collegis notum facias.

Epistola S. Leonis ad Theodoretum in eum finem scripta est, ut, postquam ad Partes Catholicorum rediisset, in proposito confirmaretur. In exordio epistolæ notari merentur hæc verba: *In Domino Nostro gloriamur, qui non permisit, ut quemquam ex Fratribus nostris perderemus, sed illud, quod prius Nostro usus Ministerio definierat, omnium Confratrum irrevocabili consensu confirmavit,* (*) *monstravitque, ea, quæ Prima Sedes decideratat, totius Christiani Orbis Judicio fuisse recepta. Quippe ne aliarum Cathedrarum consensus quibusdam assentatio videri posset, aut qualicunque suspicioni locus esset, fuere, qui super nostra Sententia disputarunt.* Et inferius: *clarius effulget veritas, & fortius hominum mentibus imprimitur, si, quod Fides antea docuerat, deinde accedente examine comprobetur. Tunc enim Ministerii Sacerdotalis*

(*) His Sancti Leonis Papæ verbis, & sequentibus, Potestatis Pontificiæ, & Conciliorum universalium vera, & genuina Idea exprimitur. Hæc sola tanti Doctoris, & Papæ epistola ad Litem de SS. Pontificis Potestate cum Potestate Concilii universalis collata dirimendam, si adesset ingeniorum moderatio, sufficeret. Quis enim hanc Quæstionem S. Leone Magno melius definiat?

Sæculum V. A. C. 453.

lis Natura maxime perſpicua fit, quando Superioribus ita ſua conſtat Auctoritas, ut Inferiorum non imminuatur libertas. Tunc Fidem examinaſſe ad Majorem Dei Gloriam cedit. Ex his videmus Deciſionem Fidei, a Papa pronuntiatam, ab aliis Epiſcopis liberrime examinari, &, poſtquam eam ſuo Conſenſu confirmarunt, non amplius licere, eandem ad examen vocare. Ulterius S. Leo ad Theodoretum: *Etſi opus non ſit, te doceri, credidimus, in hac rerum conjunctione te nobis eſſe monendum, ut, dum Eccleſiæ inimicos impugnamus ſermonis verba ſolertiſſime ſeligamus. Jam non amplius tanquam de rebus dubiis diſputandum, ſed ea, quæ in Concilio Calcedonenſi definita ſunt, integra Auctoritate ſtabilienda. Eccleſiæ hoſtibus nulla calumniandi materia relinquenda, quaſi adverſus Neſtorianos, & Eutychianos pugnantes, uni, vel alteri Parti, adulati fuiſſemus; æquali modo, abſque hæſitatione, toties, quoties audientium utilitas exigit, tam Neſtoriani, quam Eutychiani damnandi ſunt, & diris devovendi. Id te novo exemplo Experientia docuit. Sed Benedictus Deus! cujus Veritas invicta te ab omni Hæreſis labe immunem demonſtravit, dum Apoſtolicæ Sedis Judicium ſecutus es.* Mandat deinde, ut ad ſe perſcribat, quantum ſana Doctrina in Oriente propagetur. Quicunque voluerit

luerit in mentem reducere, quas Partes olim Theodoretus tuitus sit, facile Monitorum istorum utilitatem perspiciet. Sæculum V. A.C. 453.

§. XLVII.

Theodoreti ultima.

Theodoretus adhuc quatuor, vel quinque annis, ad annum ferme 458. superstes fuit. Ad hæc ultima tempora refertur Tractatus ejus de Fabulis hæreticis, Concilio Calcedonensi posterior, cum in eo de Hæresi Eutychiana, absolute damnata, mentio fiat. Hoc opus scripsit rogatus a Sporacio, qui in Concilio mandatarius, & anno 452. Consul fuerat. Virum laudat, quod inter Aulæ tumultus positus, & gravi officiorum pondere pressus, nihil Rerum Divinarum cognitioni, & studio Veritatis præponat. Tractatus iste in quinque Libros divisus. Primus illas complectitur Hæreses, quæ duo Principia statuebant, dicebantque, Deum tantummodo in speciem fuisse incarnatum. Initium ducitur a Simone Mago, & Manes agmen claudit. Liber secundus illos recenset, qui affirmabant, JEsum Christum Hominem tantum fuisse, ab Ebione usque ad Photinum. In tertio refert diversas Hæreses, & inter alias errores Montanistarum, & Novatianorum. In Libro quarto Hæreses recentiores ab Ario usque ad suum ævum

Lib. IV. c. ult.

Præf. in fin.

Sæculum V. A. C. 453.

enumerat. Ultimo Neſtorium affert, & Eutychem, atque tam fervide in Neſtorium invehitur, ut iſte articulus multis ſuſpectus videatur. Liber quintus eſt Fidei Catholicæ expoſitio, quæ ad refutandas Hæreſes ſerviat. In hac etiam ultima vitæ ſuæ Periodo, ad preces Hypatii Chorepiſcopi ſui, ſcripſit quæſtiones in Octateuchum, id eſt, in octo primos Scripturæ Libros, ſcilicet in libros quinque Moyſis, in Libros Joſue, Judicum & Ruth. Alias ſcripſit in Libros Regum, & Paralipomenon. Ita Theodoretus vitam, ſicut ſancte inceperat, in Pace, & Communione Eccleſiæ, etiam ſancte clauſit. Præterea ferme centum quinquaginta epiſtolæ ipſius ad noſtra usque tempora ſuperſunt.

Id. Hiſt. Th. c. 13. n. 5.

v. Garn. diſſ. 2. c. 3.

§. XLVIII.

Concilia in Gallia.

Eodem anno 453. Opilione Conſule, quarta Octobris, Concilium actum eſt Andegavi, cui ſeptem Epiſcopi interfuere, nempe Leo Bituricenſis, Cariton, Rumorides, Viventius Cenomanenſis, Thalaſſius Neo-Epiſcopus Andegavenſis, cujus Electio hujus Concilii celebrandi occaſio fuit. Duodecim condiderunt Canones, quorum aliqui, ſicut Concilium Calcedonenſe, etiam præcipiunt, ne Clerici coram Judicibus Sæcularibus ſine Epiſco-

tom. 4. Conc. p. 1020.

Conc. Calc. c. 5. 9. 13. 7. 4.

Episcoporum suorum consensu causam dicant. Item sine ipsorum licentia, & litteris non peregrinentur. Clericis non liceat militare, aut officia Sæcularia suscipere. Monachi errantes excommunicentur. Quæcunque violentia, aut mutilatio prohibentur. Qui urbes tradiderint, excommunicati declarantur. Ex his omnibus, quam misera fuerit rerum facies, Barbaris Gallias vastantibus, deprehenditur. Verosimile est, ab initio Episcopatus sui contigisse, ut Thalassius S. Lupum Trecensem, & S. Euphronium Augustodunensem de quibusdam Disciplinæ Articulis consuluerit; supersunt nobis eorum Responsa, in quibus ritum celebrandi Vigiliam Nativitatis, Paschæ, & Epiphaniæ indicant. Dicunt etiam, Ostiarios Bigamos, non autem Exorcistas, vel Subdiaconos, tolerari.

Sæculum V. A.C. 453.

Conc. And. c. 1. 7. 8.

c. 3. 4.

To. 4. *Conc.* p. 1048.

Ad ea ferme tempora refertur Concilium Arelatense secundum, cujus nec annum, nec Episcopos, qui adfuerunt, scimus; etiam Canonum numerus est incertus admodum, hos enim solos de hoc Concilio habemus; omnino quinquaginta sex referuntur, sed aliquos ex aliis Conciliis mutuatos credunt. Ceteris notatu digniores sunt; decimus, in quo præcipitur, ut illi, qui in Persecutione lapsi fuerint, & Fidem libere negaverint, septem annis pœnitentiam agant, secun-

To. 4. *Conc.* p. 1010. *vid. Not. Sirm. ibid. & p.* 1812.

Sæculum V. A. C. 454.

dum Concilium Nicænum, seu potius, prout illud Rufinus in sua Historia refert, nam ipsum Concilium in Canone undecimo illis duodecim annorum pœnitentiam imponebat. Ceterum, alia tunc temporis Persecutio nescitur, quam Barbarorum infidelium, Imperium populantium. Canon vigesimus tertius ad Idololatriæ reliquias, quæ in Galliis supererant, pertinet. In eo decernitur, ut, si in alicujus Episcopi Territorio Infideles faces accendant, aut arbores, fontes, vel saxa adorent, Episcopus, qui tantum abusum tollere negligit, Sacrilegii reus teneatur. Dominus loci, vel qui hæc fieri jubet, nisi emendet, excommunicabitur. In Canone 22. statuitur, conjugibus sine ipsorum consensu pœnitentiam injungi non posse, id est, uni eorum altera parte non consentiente, quia status pœnitentium ad continentiam obligabat, quod ex Canone præcedente conjicere est.

Lib. 1. c. 5. can. 12.

Sup. XI. §. 21.

§. XLIX.

Epistolæ S. Leonis ad Proterium. &c.

Sanctus Leo, comperta Juvenalis Jerosolymitani Restitutione, data ad Imperatorem Marcianum nona Januarii, Aetio, & Studio Consulibus, id est, anno 454. epistola, Gratias egit. Aliam dedit ad Julianum Coanum, qui sibi rem gratissimam

Ep. 99. ep. 100. al. 68.

mam perſcripſerat, eundem certiorem reddens, quod litteras accepiſſet a Proterio Alexandrino; eumque ſufficiens Fidei ſuæ Teſtimonium præſtitiſſe aſſerit. Is enim ſuſpectus eſſe meruerat, quod Dioſcori Diſcipulus fuiſſet. Illud vero queritur S. Leo, quod cum publice Conſtantinopoli in Concilio Calcedonenſi ſua epiſtola legeretur, Epiſcopis, & Presbyteris præſentibus, tantum pars prima, quæ Fidem tangebat, fuiſſet recitata, ſecunda vero omiſſa, quæ Anatolii cupiditatem coercebat. Sæculum V. A.C. 454.

Haud multo poſterior eſt epiſtola ad Proterium, qui, datis ad S. Leonem litteris, ſignificaverat, ſe ipſius epiſtolam ad Flavianum recipere. S. Leo in ſua Reſponſoria hortatur, ut Fidei puritatem conſervet, Sectatores Eutychis meliora edoceat, & demonſtret, quantum Doctrina Catholica ab errore Neſtorii diſtet. *Inculca illis*, inquit, *te nihil aliud ipſos docere, quam quod Patres ipſorum docuerunt, præſertim Athanaſius, Theophilus, & Cyrillus, quorum opera ipſis primo præleges, & deinde meam ad Flavianum epiſtolam, ut Doctrinæ concordiam videant.* Excitat quoque, ut Diſciplinam tueatur, Eccleſiæ ſuæ Dignitatem defendat, & ſua Auctoritate omnes Ægypti Epiſcopos in officio contineat. Edicit, ſua ex parte non minorem ſibi Canones, *Ep.* 103.

Sæculum V. A.C. 454.

nones, quam Fidem conservandi, fervorem esse. Istud ob postulationem Episcopi Constantinopolitani dictum. Hæc epistola decima Martii anno 454. data.

ep. 104. *al.* 69. Imperator Marcianus de Fide Orthodoxa Proterii testes litteras dederat, ideoque ad ipsum quoque S. Leo scripsit, rogans, ut per virum exploratæ fidei sub Sigillo Cæsareo suam ad Flavianum epistolam, in Græcum, cura Juliani Coani, fideliter translatam, Alexandriam mitteret, eamque ad Alexandrinos Judices, quam publice recitari juberent, dirigeret.

§. L.

Quæstio de Die Paschæ anno 455.

Sanctum Leonem dubitatio tenebat, qua die anno sequenti 455. Indictione octava Pascha esset celebrandum. Juxta Computationem Theophili Alexandrini Dies Paschalis in octavum Kalendas Maji, seu vigesimam quartam Aprilis incidebat; sed terminus iste nimis remotus videbatur; illuc usque enim creditum fuerat, Diem Paschæ non ante vigesimam secundam Martii, nec post vigesimam primam Aprilis celebrari oportere. Jam

ep. 94. *al.* 64. anno superiore 453. S. Leo Papa Marciano Imperatori scripserat; rogabat, ut hanc quæstionem viris peritissimis examinandam traderet, plurimum enim interesse,

intereſſe, ut Feſtum Paſchale in omnibus Eccleſiis una die celebraretur. Juliano quoque Coano mandaverat, ut hoc Negotium curaret, & ex magno numero epiſtolarum, in quibus circa hanc quæſtionem ſollicitudinem non modicam prodit, patet, quod eam maximi eſſe momenti exiſtimaret. Imperator ex mandatariis ſuis unum miſit Alexandriam cum litteris ad Proterium, qui, ut S. Leonis deſiderio obſecundaret, amplam ad eum dedit epiſtolam, in qua hanc materiam ſolide tractat.

Sæculum V. A. C. 454.

ep. 95. *al.* 65. *ep.* 100. *al.* 68 *ep.* 102. *ep.* 105. *c.* 3. *al.* 70. *Poſt ep.* 103.

Nimirum in ea epiſtola probat, Paſcha a Chriſtianis non Die decima quarta Lunæ menſis primi, ſicut a Judæis fit, celebrari oportere, ſed Die Dominica ſequenti, ex quo inferri debeat, ſi Dies decima quarta ſit Dies Dominica, differendam eſſe Celebrationem Paſchatis in Dominicam ſequentem, quæ in diem vigeſimam primam incidit; nec ideo timendum, ne Paſcha in ſecundo Menſe celebretur, quia Menſis iſtius initium non computatur a Die æquinoctii, quæ ſemper vigeſima prima Martii eſt, ſed a Die novæ Lunæ poſt æquinoctium. Proterius hanc doctrinam pluribus exemplis confirmat, & concludit, Computationem Theophili eſſe accuratam, & Feſtum Paſchale, Indictione octava, id eſt, anno 455. vigeſima nona Die *Pharmouti*, octavo

Sæculum V. A. C. 454.

octavo Kalendas Maji, nempe vigesima quarta Aprilis esse celebrandum. S. Leo S. Proterii Auctoritati magis, quam argumentis cessit, ne Celebritas Paschalis in diversis locis diverso tempore ageretur, scripsitque epistolam ad omnes Episcopos Galliæ, & Hispaniæ, quinto Kalendas Aug. post Opilionis Consulatum, seu 28. Julii, anno 454. datam, in qua significat, anni proximi Pascha octavo Kalendas Maji, non autem decimo quinto, ut aliqui putabant, id est, vigesima quarta Aprilis, & non decima septima, celebrandum esse. Exinde hæc quæstio quievit.

§. LI.

Canon Paschalis Victorii.

Sanctus Leo, ut hæc incommoda tolleret, & ne Romani Alexandrinorum Auctoritatem cœce sequi deinceps cogerentur, novum Canonem Paschalem condi jussit; saltem verosimile omnino est, quod Victorius Canonem suum S. Leone mandante composuerit. Interim hæc nobis constant; Hilarum, tunc temporis Archidiaconum Romanum, post hæc Summum Pontificem, Victorio præcepisse, ut per otium in causam inquireret, cur hac super Materia Græci, & Latini diversa sentirent, & Regulam demonstraret, cui imposterum esset inhærendum.

Epist. Hilari apud Bucher. de Doct. temp.

Victo-

Victorius natione Gallus erat ex Aquitania, quem, irruentibus Gothis, Romam se recepisse pronum est credere. Is demandatam sibi Provinciam suscepit, atque, ne incassum laboraret, totam Lunarum, dierumque, nempe feriarum, seriem, a Primordio Mundi secundum Eusebii Chronicum, repetere aggressus est. Judicavit, Lunari novendecim annorum Cyclo, quo Græci utebantur, securius insisti posse, quam Cyclis Latinorum, tumque hanc periodum juxta Solarem viginti octo annorum Cyclum multiplicans, Canonem Paschalem quingentorum triginta duorum annorum confecit, ceteris omnibus, qui hucusque extabant, ampliorem. Hic Canon, ipso Judice, & Auctore, incipit cum duorum Geminorum Consulatu, quem anno Passionis ponit, & secundum æram nostram vulgarem, anno Incarnationis 559. clauditur. Hunc Canonem Paschalem Victorius, Constantino, & Rufo Consulibus, anno 457. in lucem edidit, quem præprimis Latini sequuntur. Iste Auctor etiam sub Nomine Victorini, vel Victoris occurrit.

Sæculum V. A. C. 454.

Genn. Illu. c. 88. Ep. Victor. ap. Bucher.

§. LII.

Epistola Anatolii ad S. Leonem.

Anatolius Constantinopolitanus, Imperatore potissimum instante, S. Leoni recon- *Ep.* 101.

Sæculum V, A. C. 454.

reconciliari se velle dicebat, & querebatur, quod ad se scribere desiisset. *Tunc denique desii*, inquit S. Leo, *quando satis intellexi, nihil in ipsius Responsis deprehendi posse, quod Superbiæ pœnitentiam indicaret; omnem denique emendationis spem ademit, quod in ordinatione Aetii, & Andreæ erratum est. Nihilominus nunquam cessavi, ejus correctionem sincerissime exoptare.* Cum plures epistolas ab Imperatore accepisset, Anatolius ad S. Leonem scripsit; Aetium in Ecclesia in pristinum honoris gradum fuisse restitutum. Id non ita accipiendum, quod denuo Archidiaconi officium repetiisset, istud enim Presbyteri Dignitati repugnat, sed quod ex illo Cœmeterio, quasi ex quodam exilio, ad Ecclesiam Cathedralem fuisset revocatus. Anatolius subjungit: *Andreas, quem ad Archidiaconi Dignitatem evexeram, cum omnibus illis, qui S. Flaviano adversantes, Eutychis factionem sectabantur, ab Ecclesia exclusus est, quamvis satisfeciisse videri possent, dum Sanctitatis Tuæ Epistolæ subscripserunt; exclusi manebunt, donec de ipsis aliud decreveris. Quantum vero ad illud pertinet, quod pro honore Sedis Constantinopolitanæ in Concilio Calcedonensi decisum, certissimum habe, nullam ideo culpam mihi, quamdiu vivo, quietis, & humilitatis amanti, imputari posse; sed hoc Clerici Constantinopolitani*

Post ep. 105.

ni desiderarunt, atque Episcopi in istis Regionibus consenserunt, quod Tibi ex Actis perspectum fiet. Sæculum V. A. C. 454.

Cum itaque Anatolius errata repa- *ep.* 106. *al.* raſſet, ſcripſit ad eum S. Leo. Probata 71. Aetii reſtitutione, & Andreæ Depoſitione, ſubjungit: *Si Andreas, & Eufratas, de quibus mihi relatum, quod Flavianum S. Memoriæ insolenter accusaverint, errorem Eutychis æque ac Nestorii, datis litteris, authentice damnent, ipsos Presbyteros ordinabis, postquam ad Archidiaconi Dignitatem virum elegeris, in quem nunquam Hæreticæ pravitatis suspicio ceciderit. Ceteri, ejusdem culpæ rei, restituantur, si eodem modo satisfecerint; ad primas autem Dignitates non alii promovendi, quam exploratæ constantiæ viri, & ab omni erroris labe semper immunes.* Quod Anatolii cupiditatem inter ceteros Epiſcopos eminendi tangit, non videtur per ejus epiſtolam perſuaſum fuiſſe SS. Pontifici, mente ſincera ſcripſiſſe. Hæc epiſtola 29. Maji anno 454. data.

§. LIII.

Aliæ S. Leonis epistolæ.

Eodem tempore, & ſuper eadem cauſa *ep.* 107. S. Leo ad Imperatorem ſcripſit. Rogat, ut reprimat temeritatem Caroſi Monachi, quem corruptiſſimum, & oppido ſtupidum affirmat; is enim, Hæreſin ſpar-

Sæculum V. A.C. 454.

gens, contempta Concilii Auctoritate, multos pervertebat. SS. Pontificis preces apud Imperatorem valuere; nam Carosum, & Dorotheum, Monasteriis suis abstractos, in ejusmodi locum deferri jussit, ubi nemini nocere possent. Haud diu abhinc S. Leo Imperatorem rogaverat, ut Eutychem in locum exilii, isto remotiorem, migrare juberet, quod ex epistolis Juliani Coani intellexisset, eundem impudentissime in illo, quo erat loco, conari alios seducere, & eo furoris deveniisse, ut contra Doctrinam Catholicam phreneticorum more Blasphemias evomeret. Eodem anno Dioscorus Gangræ, quo relegatus fuerat, e vita excessit, quo comperto, S. Leoni spes facta, ut errantes ad saniora facilius redirent.

ep. 112. *c.* 2.
ep. 113. *c.* 1.
epist. 101. *al.* 70. *c.* 2.
epist. 3.

Juvenalis Jerosolymitanus, datis ad S. Leonem litteris, certiorem facit, se Sedi suæ fuisse restitutum. *Gaudeo*, inquit S. Leo, & ad præterita animum reflectens, *sed existimo, te ipsum siniſtræ tuæ Fortunæ Fabrum extitisse, tuncque Auctoritatis, ad hæreticos repellendos requisitæ, jacturam feciſſe, quando errores ipsorum approbare visus es, dum in Conciliabulo Ephesino Flavianum condemnasti, & Eutychen recepisti.* Additque: *nemo in orbe Terrarum, si in Fide erret, minus excusationis habet, quam illi, qui Jerosolymæ habitant, & quibus lectione opus*

ep. 110. *al.* 72.

non

non est, ut veritatem Evangelii cognoscant, cum suis oculis loca, in quibus completa sunt Mysteria, usurpent. Epistolam claudit his verbis, quæ vel sola destruendæ Eutychis Hæresi sufficiunt, *Divinitas in sua Natura pati non potuit, nec Veritas nos decipere, ut nostram Naturam assumpsisse fingeret.* Epistola ista quarta Sept. anno 454. data. S. Leo in una ad Imperatorem Marcianum epistola queritur, quod œconomi Ecclesiæ Constantinopolitanæ Dispensationis suæ rationem coram Judicibus Sæcularibus redderent, quæ res exemplo careret, & consuetudini adversaretur, secundum quam Ecclesiasticorum Proventuum, & Dispensationis tabulæ Episcopis exhibebantur. Sæculum V. A.C. 454. *ep.* 108. c. 2.

§. LIV.

Leges a Marciano editæ, Ecclesiæ faventes.

Theodosius Anti-Episcopus Jerosolymitanus ad montem Sina confugerat; illis autem Monasteriis, cum essent Coloniæ, ex Ægypto illuc deductæ, magna cum Ægyptiis necessitudo intercedebat. Hinc Imperator Marcianus Joannem Decurionem in Ægyptum misit cum epistola, ad Monachos hujus Provinciæ directa, ut doceret, quid hominis esset Theodosius, & quam fœdis flagitiis contami- *ep. Leon.* 113 c. 1. *Conc. Calc. p.* 3. c. 8.

Sæculum V. A. C. 454.

natus. Hortatur, ut e suis latebris scelus eruerent, & unacum consciis Provinciæ Rectori traderent, non quidem ut pro meritis pœnas daret, sed ut simplices animos ulterius decipere prohiberetur. Imperatori visum, in hac epistola Fidei suæ puritatem profiteri, ut Hæreticorum obtrectationes refelleret.

ib. c. 19. l. 8. Cod. de Hær.

Credibile est, Joannem Decurionem etiam in mandatis habuisse, ut in Ægypto Imperatoris Marciani legem promulgaret, contra Hæreticos, & nominatim contra Eutychianos. In hac Lege Nestoriani dicuntur esse Apollinaristæ, & eædem pœnæ in eos decernuntur. Facultas quidquam testamento acquirendi, vel donandi ipsis adimitur. Iisdem prohibetur sub pœna Exilii, & privationis Bonorum, ne Episcopos, aut Clericos ordinent, ne conventicula agant, ne contra Concilium Calcedonense mutire audeant. Lex ista prima Aug. Valenti-

A. C. 455.

niano octavo, & Athemio Consulibus, id est, anno 455. data, atque ad Præfectum Palladium directa, addito mandato, ut eam executioni dari, præsertim Constantinopoli, & Alexandriæ, curaret. Eodem anno 455. Marcianus Impe-

Nov. ult. Mar. tit. 5. L. 20. Cod. Th. de Epis. c.

rator abrogavit Valentiniani Legem, 30. Julii, anno 370. datam, qua vetitum erat, ne Clerici ex Testamento Fœminarum quidquam acquirere possent. Mar-

cianus

cianus Virginibus, & Mulieribus Deo consecratis, facultatem dedit, ut Ecclesiis, Clericis, Monachis, aliisve indigentibus, quantum vellent, Donatione, aut Testamento, conferrent. Sæculum V. A.C. 455. *Sup. XVI. §. 41.*

Extat Lex anni superioris 454. ad Palladium, Prætorio Orientis Præfectum, directa, qua Ecclesiarum Privilegia confirmantur, & varii generis annonæ stipendia, nutriendis pauperibus destinata, præberi jubentur. Eadem omnes Pragmaticas, obreptitie, & contra Canones impetratas, retractat. Hujus Legis causa fuisse videtur, ut ea, quæ in Concilio Calcedonensi decreta fuerant, executioni darentur. Anno 456. Marcianus Imperator Legem condidit, Clericis faventem, in qua statuitur, ne ad aliud, quam Episcopi Tribunal trahi possint. Nihilominus Constantinopoli actionem contra eos coram Præfecto Prætorii movere licet. Si opus fuerit, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oeconomum, vel Defensorem vadem dabunt, si modo res non supra quinquaginta libras auri æstimetur. Apparitorum merces, aliaque forensia impendia a Clericis minora, quam a Sæcularibus exigentur. *Ep. 12. C. de Sacrosf. Eccles.* *Sup. §. 19. L. 25. C. de Episc.*

Sæculum V. A. C. 455.

§. LV.

Valentiniani III. fata. Maximus, & Avitus, Imperatores.

Chr. Prosp. Idac. Marc. Chr. Pasch.

Interea Romæ Respublica evertebatur. Cum Imperator Valentinianus, & Aetius dissiderent, perfidis artibus Patricii Maximi, & Heraclii Evnuchi, qui Imperatoris animum sibi habebat obnoxium, effectum est, ut in aperta jurgia prorumperent, utrique funesta; nam Imperator Aetii iracundiam antevertendi consilium cepit. Igitur illis diebus, quæ sibi promissa fuerant, importunissime postulantem Valentinianus sua manu in suo Palatio interemit. Verum Maximus, cujus uxori Valentinianus, adhibita vi, illuserat, infamiam non ferens, Aetii amicorum opera usus (hos enim imprudens a suis lateribus non removerat) Principi perniciem paravit; Romæ in campo Martis ambulantem, & sui seorum oppresserunt. Duo ex conjuratis facinus ausi sunt, & nemo fuit, qui moveret manum, ut Domini sui vitam servaret. Dies agebatur vigesima septima Martii anni 455. Hic Valentiniani III. Imperatoris, ex Magni Theodosii Genere ultimi, exitus fuit. Annos vitæ triginta sex, & Imperii ferme triginta numerabat.

Cassiodor. Vict. Evagr. II. c. 7. Procop. 1. Vandal. c. 4.

Idac. Chr.

Illico

Illico Maximus Imperator proclamatur. Is ex Patriciorum ordine, etiam bis Consulatum gesserat, ex Genere Maximi, qui sub Magno Theodosio Imperium invaserat, ortus. Cum viduus esset, Eudoxiam, Valentiniani occisi uxorem, coegit ad nuptias; postquam vero illa comperisset, Maximum necis, Marito suo illatæ, Auctorem esse, furore amens, in Africam misit, qui Genserico, Vandalorum Regi, dona magnifica ferrent, &, ut Romam cum exercitu veniret, invitavit, quam Urbem facile in potestatem redigeret. Genscricus venire non distulit, & prævolante fama, multi ex Nobilium ordine, & de populo ex urbe fugerant. Ipse Maximus fugam parabat, omnibus, qui vellent, Roma excedendi licentiam faciens. Verum hæc ipsa vecordia exitium attulit, nam antequam evasisset, quidam Valentiniani Imperatoris amici cunctantem occupant, interficiunt, corpus truncant, & membra in Tyberim projiciunt. Hæc Cædes die septuagesima septima Regni ejus, duodecima Junii, anno 455. peracta.

Sæculum V. A. C. 455. Maximus Imperator.

Post triduum Genscricus adest, nemine ingressum prohibente. S. Leo Papa extra portas obviam processit, & summis precibus obtinuit, ut sola direptione contentus, ab incendiis, & cædibus abstineret, nec quemquam ultimo supplicio plecteret.

Prosp. Chr.

Sæculum V. A. C. 455.

cteret. Itaque Roma a Genſerici militibus per quatuordecim omnino dies liberrime expilatur. Rerum pretioſarum vis ingens ablata, & inter alia Vaſa illa Sacra, quæ Titus Jeroſolyma advexerat. Captivorum multa millia abducta. Eudoxia Imperatrix, quæ Genſericum vocaverat, cum filiabus Eudocia, & Placidia Carthaginem transvecta. Genſericus Eudociam Hunerico filio ſuo nuptui dedit, atque haud multo poſt Placidiam cum Imperatrice Matre ſua Conſtantinopolim miſit.

Procop. 1. Van. c. 5.

Vict. Chr. Tribus non integris menſibus poſt Romæ direptionem, Avitus in Gallia, Prætorio Præfectus, quem Maximus Magiſtrum militiæ conſtituerat, Imperator ſalutatur: Anno ſequenti 456. Joanne, & Varano Conſulibus, cum in Italiam veniſſet, a Ricimero victus, Epiſcopus Placentinus ordinatus, & non multo poſt vita functus eſt.

§. LVI.

S. Proſperi obitus.

Hac rerum mutatione, & Romæ direptione narrata, S. Proſperi Chronicum, Valentiniano octavo cum Anthemio conſule, id eſt, anno 455. clauditur. S. Proſper haud multo poſt, & ante annum 457. e vivis abiit. Præter illa opera, quæ ſuperius memoravimus, Poema

Vict. Præf. in Cycl. Sup XXVI §. 24.

de

de Gratia, cui Titulum posuit: *de ingratis*, Epigrammata aliquot, & Sententiarum ex S. Augustino excerptarum Collectionem scripserat; quippe nihil illi antiquius, quam hujus S. Patris libros volvere. Ejus Chronicum, incipiens a Mundi Principio, in duas Partes dividitur. Prima anno 378. quo etiam Chronicum S. Hieronymi finitur. Secunda ab anno 379. usque ad annum 455. continuatur. Cyclum quoque Paschalem concinnavérat. *Ado Vienn. 6. ætat. Gennad. illust. c. 83. Marc. Chr. an. 463.* Quia S. Leonis Papæ Notarius fuit, ex veteribus non nulli epistolas ejusdem adversus Eutychis errores scriptas S. Prospero adjudicarunt.

Eidem etiam plerique adscribunt Tractatum de vocatione Gentilium, quem alii S. Leonis opus esse censent, quod stylus, & sensus ceteris ipsius libris consentiat, & ante Pontificatum scriptum putant. *Quesn. Diff. 2. in S. Leon.* Auctor Quæstionem pertractat, quomodo verum esse possit, Deum velle, ut omnes homines salventur, cum indubitatum sit, Deum omnia facere, quæ vult, rursusque certissimum, multos perire? Pelagiani dicebant, Liberum Arbitrium hujus Diversitatis causam esse, quod sua libertate bene utentibus Gratiam adduceret. Ita vero Gratiam destruebant, quia id, quod est Gratiæ, meritis tribuebant. *Lib. I. c. 1.* Primum igitur Auctor necessitatem Gratiæ statuit, & subjungit, Veri- *c. 6. 7. 8.*

Sæculum V. A. C. 455.

tatem aliunde claram, & constantem, obstinatione inquirendi ea, quæ nobis abscondita sunt, non debere obscurari, atque ad hujus generis quæstiones pertinere, cur Deus ex hominibus aliquos eligat, re ipsa salvandos. (*) Non major nobis sit sciendi aviditas, quam Apostolo; is enim, quid sentiendum sit, nos non docuit, sed monstravit, quid investigare non oporteat. Tria ergo in hac materia explorata sunt. Primo, Deus vult, ut omnes homines salventur, & ad veritatis agnitionem perveniant. (**) Secundo, Nemo

c. 8. c. 21.

Lib. II. c. 1. 30.

(*) Ad hunc locum Anonymus I. ultimam apposuit annotationem. Nescio cur laborem utilissimum non sit prosecutus. His in Fleurium Notis Dissertationes doctissimas, & in aliquos SS. Patrum Libros Analysin adjunxit.

(**) Ad hunc locum Auctor Libelli de mala fide Fleurium incusat, quod *de Gratia generali, omnibus Hominibus saltem præparata*, nec verbulum dicat. Accusatio inanis! Fleurius hic pro more suo Libri; de Vocatione Gentilium, Summam fideliſſime, & clariſſime (appello ad Lectoris judicium) exponit, & in his ipsius verbis: *Primo. Deus vult, ut omnes Homines salventur, & ad Veritatis agnitionem perveniant*, illa propositio, quam Auctor omissam queritur, nempe, *Gratiam omnibus Hominibus fuisse saltem præparatam*, implicite continetur, nam non posset affirmari, Deum efficaciter velle omnes Homines salvos

Nemo ſuis Meritis ad agnitionem Veri- Sæculum V.
tatis, & Salutem, ſed auxilio Gratiæ per- A. C. 455.
venit. Tertio, Altitudo Judiciorum Dei 1. *Tim.* 2, 4.
humano intellectui inſcrutabilis eſt, & nullatenus inquirere debemus, cur omnes homines, quos ſalvari vult, re ipſa non ſalvet. Itaque ſi ea, quæ ſcire non licet, non ſcrutemur, inter duas priores propoſitiones, æque veras, nulla oppoſitio apparebit.

§. LVII.

ſalvos fieri, ſi ad hunc finem conſequendum omnino nihil conferret, quod Auctor, bonus, ut præſumo, Theologus, videre debuiſſet. Ergo nulla hic Fleurii mala fides!

Tranſilit deinde Auctor ad Lib. XXX. & §. L. & dicit, Fleurium, dum de Concilio Romano in cauſa S. Papæ Symmachi loquitur, gnaviter ſuis principiis inhærentem, quod Papa a Conciliis judicari poſſit, manifeſte malam fidem prodere, quia, etiamſi dixerit, Papam quidem hoc Concilium deſideraſſe, ſuppreſſiſſet verba ſequentia: *Auctoritatem ordinis corrigendi, ſicut poſcebant Eccleſiaſtica ſtatuta, in omnium, qui ibidem convenerant, Epiſcoporum præſentia ſe dare profeſſus eſt.* Verum eſt, Fleurius pag. 96. verba hæc non adjunxit; ſed videamus, an hoc mala fide factum ſit? pag. ſeq. 99. Fleurius excerpens verba Aviti Epiſcopi Viennenſis, dicit: *Il ſe plaint, que le Pape etant accuſé devant le Prince, les Evêques s'etoient chargés de le juger, au lieux de le defendre. Car, dit-il, comme Dieu nous ordonne d'etre ſoumis aux puiſſances de la terre: auſſi n'eſt-*

Sæculum V. A.C. 455.

§. LVII.

Episcopi Carthaginensis Charitas.

Captivis, Roma Carthaginem delatis, Deogratias Episcopus Paterna Charitate subvenit. Is, postquam Sedes diu vacasset, ad Imperatoris Valentiniani preces, an. 454. ordinatus fuerat. Vandali, Maurique miseros captivos inter se partiti, ab uxoribus viros, & liberos a Parentibus avellebant. Tanto malo ut mederetur Episcopus, infelices redimere, & libertati restituere cogitabat. In hunc piissimum finem omnia vasa aurea, & argentea, Ecclesiæ Ministerio destinata, vendidit. Quia autem ædes non aderant, ad capiendam tantam populi multitudinem, amplæ satis, ad hoc opus Charitatis

Victor. vit. l. 1. c. 8.

n'est-il pas aisé de comprendre comment le Superieur peut etre jugé par ses Inferieurs, & principalement le Chef de l'Eglise. Latine: *Quæritur, Episcopos, cum Papa coram Principe accusaretur, judicum officium obiisse, qui ejus Defensionem in se suscipere debuissent. Sicut enim, inquit, Potestatibus Sæculi subesse a Deo jubemur, ita etiam difficulter capi potest, quomodo Superior ab inferioribus, & præsertim Ecclesiæ Caput, judicari possit.* Heus! P. Balduine! quod Fleurius in una pagina innoxie omisit, quis enim omnia excerpat? in altera pro Sententia affirmativa, SS. Pontificem esse supra Concilia, sinceriſſime adducit. Ubi hic mala fides?

tis vastissimis Ecclesiis, nempe illa, quæ Fausti, & quæ Nova vocabatur, usus est, lectos, & stramenta, atque quotidie, quibus singuli indigebant, suppeditavit. Permulti inter eos sive navigandi insueti, sive captivitatis acerbitate fracti, languebant. S. Episcopus ægrotantes continuo visitabat cum Medicis, ex quorum consilio cibos ipsis præberi se præsente jubebat. Noctu etiam lectos circumibat, singulos interrogans, ut valerent; quippe se totum his Charitatis officiis vir infirma valetudine, & decrepita ætate dedebat. Sed ut virtus nunquam æmulis caret, Ariani vitæ ejus sæpe insidias struxerunt, quibus ipsum Deus eripuit. Non diu tamen supervixit, sed brevi ad Superos avolavit, cum Sedem Carthaginensem non diutius, quam annos tres, tenuisset. Sepultus est clam populo, tunc consuetas preces peragente, cui adeo carus erat, ut hac industria opus fuerit, ne Corpus defuncti vi diriperetur. Captivi Romani, ipso mortuo, tunc primum se in Servitutem incidisse existimabant. S. Deogratias memoriam Ecclesia 22. Martii, honorat. Ipso defuncto, prohibuit Gensericus, ne novi Episcopi in Provincia Proconsulari, & Zeugitana, in quibus sexaginta quatuor numerabantur, ordinarentur. His itaque sensim decedentibus, post elapsos annos triginta, tres, nec plures, superstites fuere. §. LVIII.

Sæculum V. A.C. 455.

Martyr. R. 22. *Mart.*

Sæculum V.
A.C. 455.

§. LVIII.

Genſericus Catholicos perſequitur.

Illis annis multi Confeſſionis honorem, multi Palmam Martyrii adepti ſunt. Quatuor Fratres Martinianus, Saturninus, & alii duo præter aliquam Virginem, eximie formoſam, cui nomen Maxima, cujusdam Vandali mancipia erant. Martinianus, armorum faber, a Domino ſuo impenſe amabatur, Maxima rem domeſticam curabat. Vandalus, ut ſervos ſibi magis devinciret, ambos Matrimonii vinculo conjungere volebat. Id quidem Martiniano erat gratiſſimum, ſed Maxima, jam Deo conſecrata, cum in cubiculum fuiſſent deducti, Martiniano perſuaſit, ut continentiam ſervandi propoſitum caperet. Is, fratribus in conſilii ſocietatem pertractis, cum ipſis & Maxima, nocturnis tenebris uſus, Tabracam fugit, ubi quatuor fratres Monaſterium, cui Abbas, Andreas nomine, præerat, ingreſſi ſunt. Maxima in Monaſterium Virginum, haud procul diſſitum, ſuſcepta eſt. Vandalus nulli labori parcens, fugitivos tandem invenit; comprehenſos vinculis onerat, & variis cruciatibus torquet, imperatque, ut Martinianus, & Maxima non ſolum conjugali licentia viverent, ſed etiam, ut rebaptizarentur.

Re ad Genſericum delata, Domino mandavit, ut ſervos tamdiu torqueret, usque

usque dum obedientes sibi haberet. Is ergo reos validis baculis, in ferram dentatis, veberari jubet, ita ut totum corpus cruore perfunderetur, & per laceras costas viscera conspicerentur. Nihilominus die altera sanati inveniebantur, quod sæpius factum. Tum in tetrum carcerem detruduntur, iisque compedes injiciuntur, quæ, nulla vi externa adhibita, disruptæ sunt, inspectante magno Fidelium numero, qui Martyres invisebant. Id omnes miraculo factum credidere. Vindicis Dei manus totam Vandali familiam corripuit. Ipse, & liberi ejus, & servorum optimi, mortui sunt, pecus quoque inopina clade occubuit. Superstes vidua famulos Dei cuidam Regis Propinquo, cui Nomen Sersaon, donavit; illico filii ejus, & familiares a Dæmone vexati. Cum is domesticam calamitatem ad Regem retulisset, jussit, ut quatuor fratres, ligati ad Regem Maurorum, Gentilem, cui Nomen Capsur, mitterentur. Maximam dimisit liberam, quæ triginta post hæc annos, multis Virginibus præfecta, inter vivos agebat. Sæculum V. A.C. 455.

Ubi SS. Confessores in illud desertum, in quo ille Maurorum Princeps habitabat, pervenere, conspectis plurimis Idololatrarum Sacrificiis, cœperunt, tam verbis, quam vitæ instituto, Barbaros ad Cognitionem Dei deducere, & magnam eorum multi-

Sæculum V. A.C. 455.

multitudinem converterunt, in Regione, ad quam JEsu Christi Nomen necdum pervaserat. Collatis consiliis, quid facto opus esset, ut ibi Evangelium prædicaretur, & Sacramentum Baptismi administraretur, miserunt nuncios, qui superata eremo ad Romanorum Civitatem, nempe intra Imperii fines positam, emerserunt. Rogatus loci Episcopus, ut Presbyteros, & Ministros ad populum nuper conversum mitteret, magno lætitiæ sensu, quod petebatur, fecit. Ædificata est Ecclesia, & plurimi ex Barbaris baptizati; quod ubi, Auctore Capsur, ad Genserici aures perlatum, Servorum Dei pedes posteriori parti quadrigarum jungi imperavit; itaque per Sylvas, & sentes decurrentibus equis Martyrum corpora frustillatim discerpta. Lamentabantur Mauri, Martyres autem in transitu se mutuo conspicientes, dicebant: *Frater mi! Deum pro me ora! dedit Deus, quod nobis erat votorum summa. Ita ad Regnum Cælorum pervenitur.* Ad horum Martyrum Sepulchrum magna miracula edita sunt.

§. LIX.

Persecutio durat.

c. 12. His Genscricus, in Catholicos multo magis accensus, in Provinciam Zeugitanam misit quemdam, Nomine Proculum, qui omnes Episcopos vasa sacra, libros-

que, scilicet ut arma Ecclesiastica extor- Sæculum V.
queret, tradere cogeret. Responderunt A. C. 455.
Episcopi, nefas fore, si hæc traderent; ergo & illa, & quidquid alicujus pretii esse videri poterat, Barbari diripiunt. Tunc linteis, quibus Altaria prius tegebantur, interulas, & femoralia sibi aptarunt. Proculus, horum malorum causa, haud diu postea, linguam sibi ipsi dentibus præcidens, animam exhalavit. In illa etiam persecutione factum, ut Valerianus, Episcopus Abenzenus, octogenario major, cum libros, & res sacras tradere constanter recusaret, solus ex civitate projiceretur, & prohiberetur omnibus severissime, ne quis expulsum vel in Civitate, vel ruri, in Domum suam exciperet. Itaque S. Senex, nudus in via publica, aeris injuriis vexatus, diu jacuit. Ipsius memoriam Ecclesia 15. Dec. colit. *Martyr. R.* 15. *Dec.*

In quodam loco, quem Regiam vocabant, Catholici clausam Ecclesiam aperuerunt, ut Festum Paschatis celebrarent. Id ubi Ariani explorarunt, ex eorum Presbyteris aliquis, cui nomen *Adduit*, collecta armatorum manu, Catholicos aggreditur. Intrant strictis gladiis, alii proxime positarum domorum tectis conscensis, & immissis per fenestras sagittis Ecclesiam infestant. Cuidam Lectori, in Suggesto stanti, & Alleluja cantanti, telum gutturi infigitur, elabitur manibus liber, ipse cor- *c.* 13.

Sæculum V. A.C. 455.

ruit exanimus. Multi, in gradu Altaris ſtantes, ſagittis, & jaculis, confodiuntur. Si qui animam necdum egiſſent, tormentis deinde affecti, & ferme omnes, præſertim conditione ſpectabiliores, occiſi. Horum Martyrum memoria quinta Aprilis in Eccleſia agitur. Tinuzudæ, & in aliis locis, Ariani, furore ardentes, irruptione facta, tempore, quo Fidelibus Communio diſtribuebatur, Corpus, & Sanguinem JEſu Chriſti, in terram effuſum, pedibus conculcarunt.

Martyr. R. 5. April.

Genſericus, inſtigantibus ſuis Epiſcopis, præceperat, ut præter Arianos nulli alii in Domo ſua, vel filiorum miniſtraret. Inventus eſt unus Catholicus, nomine Armogaſtus, qui Theodorico Regis filio ſerviebat. Hunc ſæpe cruciarunt funibus ex inteſtino confectis, quibus frontem ejus, & crura conſtringebant. Ipſo vero Crucis ſigno ſe muniente, & Cœlum aſpiciente, funes rumpebantur. Ergo fortiores funes, ex cannabi plexos, adhibent; ſed & hi, S. Martyre JEſu Chriſti Nomen invocante, ſolvebantur, cumque, capite inverſo, uno pede ſuſpendiſſent, conſpicientibus in molli lectulo dormienti ſimilis videbatur. Theodorico, Armogaſti Domino mandare volenti, ut ei caput amputaretur, obſtitit Jocondus, Presbyter Arianus, dicens: *diverſis ſuppliciis fractum eneca; at ſi capite plecti jubeas, Romani bono-*

honores Martyrum mortuo exhibebunt. Per Imperium universum Barbari veteres Provinciarum Incolas Romanos vocabant. Igitur Theodoricus Armogastum in Provinciam Byzacenam relegavit, ut ibi terram foderet. Tumque ut majori rubore virum ingenuum confunderet, in vicum prope Carthaginem accersitum, vaccarum custodem esse jussit. Cum Sancto Confessori fuisset revelatum, propinquum esse suæ mortis diem, ad virum Catholicum, cui Nomen Felix, Principis Dispensatorem, dixit: *rogo te, ut sub ista quercu me sepelias. Nisi feceris, Deo rationem reddes.* Felix, qui Virum Sanctum Apostoli loco habebat, respondit: *hoc Deus nolit! sed in Ecclesia sepeliam, & honores, quos mereris, exhibebo.* Verum, Armogasto instantius roganti, noluit, quod petebat, negare, &, ne tristitiæ causa esset, promisit. S. Confessor post paucos dies animam reddidit; tunc Felix ad pedem arboris fodere cepit, sed terræ, & radicum durities obstabant. His tandem præcisis, cum profundius rimaretur, e subtilissimo marmore Sarcophagum detexit, qui S. Confessoris corpori condendo destinatus videbatur.

Sæculum V. A.C 455.

Persecutio sub Vandalis.

Alium Virum Catholicum, nomine Archinimum, ex urbe Mascula, variis artibus tentarunt, ut Fidei renunciaret. Rex quoque blandiebatur, & immensas opes spondebat,

Sæculum V. A. C. 455.

debat, sed tandem inflexibili caput amputari jubet. Verum Martyrii Gloriam rapturus secreto mandata dedit; ut si mortis hora instante trepidaret, necaretur, si sibi constaret, parcerent. Cum igitur imperterritus fatalem ictum operiretur, vivus dimittitur.

Satur, quem Hunericus Rei domesticæ præfecerat, sæpe Hæresin Arianam liberrima lingua insectabatur, hunc Diaconus Arianus, cui Nomen Marivadus, seu Varimadus, detulit; instabat Hunericus, ut Arianam Doctrinam amplecteretur, additis minis, nisi imperata faceret, domo, bonis, mancipiis, & liberis privandum, uxorem quoque, a latere ejus avulsam, ipso præsente, Camelorum Custodi tradendam. Satur nihil recusabat, sed uxor ipso inscio moram rogavit; tum ad eum in locum, quo secreto oraturus secesserat, venit, dissipati in latera, atque tergum erant crines, scissa vestimenta, sequebatur proles, & filiolam, necdum ablactatam, brachiis tenebat, hac ante Patris pedes, ipso non advertente, depositа, Mater Mariti genua complectens ajebat: *per tuam, meamque Salutem, per communes liberos rogo! ne nos pessimæ servituti damnes. Nobili genere nati sumus. Me me ipsam, dum vivis, infami ludibrio eripe! Deus scit, te extremæ necessitati cedere.* Ipse respondit, verba Job adducens, *quasi una de stultis mulie-*

Job. 2. 10.

mulieribus locuta es, si diligeres me, non in mortem secundam præcipitares. Quidquid de me homines statuerint, nunquam memoriæ excident Domini verba: si quis non reliquerit uxorem, & filios, & agros, & domum suam, non potest meus esse Discipulus. Tunc S. Confessor rebus omnibus spoliatus, ad miserrimam mendicitatem redigitur. Ne vero fugæ solatium superesset, urbe egredi prohibetur. Hos tres Martyres Ecclesia vigesima nona Martii colit.

Sæculum V. A.C. 455.

Luc. 14. 26.

Martyr. R. 29. *Mart.*

Post hæc Gensericus, Ecclesia Carthaginensi claudi jussa, Presbyteros, Ministrosque, nam Episcopi nulli erant, in diversa loca proscripsit. Hæc rerum facies, usque ad Zenonis Imperatoris tempora duravit. Imo Gensericus etiam in Provinciis, ab Africa remotis, in Hispania, Italia, illis præsertim partibus, quæ Meridiem spectant, in Sicilia, Sardinia, Græcia, Epiro, Dalmatia, & usque in Venetiam, plurima mala Catholicis intulit. Quippe, Maurorum auxiliis auctus, sublato Valentiniano, singulis annis, redeunte vere, bellicas naves jam in Italiæ, jam Siciliæ, aut aliarum Provinciarum Orientalis Imperii oras mittebat, ex quibus Piratæ, facta excensione, rapinis omnia vastabant, ingentem captivorum multitudinem abstrahebant, & integris civitatibus perniciem afferebant.

Procop. 1. Vandal. c. 5.

Sæculum V.
A. C. 455.

§. LV.

Eudocia Schismati renunciat.

vita S. Euthymii p.64.

Eudocia Imperatrix, Theodosii Vidua, Jerosolymæ degens, quæ Romæ acta fuerant, scilicet peremptum Imperatorem Valentinianum Generum suum, Vandalorum irruptionem, Eudoxiam filiam suam, & Neptes captas, & Carthaginem deductas, summo doloris sensu percepit. Ceterum Frater ejus Valerius, & Olybrius filiæ ejus Gener, sæpe datis litteris hortabantur, ut relicta Eutychianorum Secta ad Ecclesiæ Catholicæ Communionem rediret. Fæminæ animus in varia trahebatur, cum contra conscientiam agere nollet, nec affectui in Propinquos veram Fidem, ut ipsa quidem arbitrabatur, postponere. In hac fluctuatione celeberrimos Anachoretas consulere statuit. Igitur Anastasio Jerosolymæ Chorepiscopo ad S. Simeonem Stilitem, quem illa ætate omnes, tanquam magnum in Ecclesia Lumen, reverebantur, Antiochiam misso, quid mentem angeret, aperuit, & consilium expetiit. Respondit ille: *scito! Dæmonem videntem, quod virtutum divitiis abundares, voluisse Te cribrare sicut triticum, & Theodosium, virum exitialem, Diaboli instrumentum, animam tuam tenebris, & perturbatione obfuscasse. Sed macte animo! Fidem non amisisti. Id vero valde miror, quod fonti proxima ex remotissimo rivulo aquam petas.*

petas. *Divinum Euthymium habes, fac, quod docuerit, salvaberis.* Sæculum V. A.C. 455.

Eudocia, Responso accepto, cum sciret, Euthymium Civitatibus nunquam pedem inferre, turrim in editissimo deserti Orientalis loco, triginta stadia a Laura ejus ad Meridiem distante ædificari jussit, ut ibi sæpissime S. Viri alloquio frui posset. Itaque Cosmum Crucis Custodem, (*) & Chorepiscopum Anastasium misit, qui eum accerserent. In Laura sua quæsitum non invenerunt, cum enim fama ipsorum adventum prænunciasset, in alium locum, qui *Rouban* dicebatur, secesserat. Tum Theoctisto Discipulo ejus viam monstrante ad eum pervenerunt. Post longas preces vix persuaserunt, ut ad Turrim, nuper ædificatam, ubi sequenti tempore Monasterium conditum, se conferret. Imperatrix, viro Sancto conspecto, subitæ lætitiæ vi rapta, & ad pedes ejus prostrata, dicebat: *Jam cognosco, Deum, te ad me misso, Famulam suam invisere.* Optimus Senex, præprimis Eudociæ paternam Benedictionem impertitus, ait: *Filia mea! impostorum cave tibi. Tristissima fata te, tuosque in Italia perculerunt, quia Theodosii pra-* Eudocia. p. 66.

(*) Ecce jam in hoc Sæculo Custodis S. Crucis Nomen usurpabatur. Hodie S. Francisci Filiis honor obtingit, ut Jerosolymæ totius Ecclesiæ Catholicæ Nomine S. Crucis, & S. Sepulchri Custodes sint.

Sæculum V. A.C. 455.

vitate perverti te passa es. Ergo obstinatam mentem, quæ a sana ratione abhorret, muta, & præter tria Concilia Oecumenica Nicænum contra Arium, Constantinopolitanum contra Macedonium, Ephesinum contra Nestorium Definitionem quoque Concilii Calcedonensis recipe. A Dioscoro recede, & Juvenalis Communionem amplectere. His dictis, & data rursus Benedictione, discessit.

Eudocia Viri Sanctitatem admirata, quæ suaserat, non minori fervore persecit, ac si per os ipsius Deus sibi fuisset locutus. Sine mora Jerosolymam reversa, Presbyteris Cosmo, & Anastasio intercedentibus, Juvenali Archiepiscopo, & Ecclesiæ Catholicæ reddita est. Augustæ Fœminæ exemplum magnam multitudinem Laicorum, & Monachorum, quos Theodosius seduxerat, ad pœnitentiam adduxit. Elpidius Abbas ad Eccle-
p. 67. siam rediit. Verum Geroncius cum multis ex populo, quos pervertit, in Schismate perseveravit. Duo quoque Monachi Marcianus, & Romanus, qui, Abbate Elpidio relicto, post hæc Monasteria Bethlehemi unum, & Thecuæ alterum extruxerunt, in sinum Ecclesiæ redire recusarunt.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXIX.

S. LEO, PAPA.

LEO THRAX IMPERATOR ORIENTIS, ET MAJORANUS IMPERATOR OCCIDENTIS.

§. I.

Marciani obitus. Leo Imperator.

Sæculum V. A.C. 457.

Marcianus Imperator, Bellum in Vandalos parans, indictis publicis supplicationibus, procedentis populi agmen pedes sequebatur, & Liberali manu Eleemosinas dispergebat. Cum ejusmodi supplicationi 26. Jan. an. 457. Constantino, & Rufo Consulibus, interfuisset, haud diu postea diem obiit, annos natus sexaginta quinque, postquam sex,

Theod. Lect. Lib. 1.

Sæculum V. A. C. 457.

& dimidio imperaſſet. Principis hujus memoriam virtutes, & præclara in Religionem merita benedictam reddiderunt. Marciano ſucceſſit Leo, in Thracia natus, cui cognomen Magnus, ſeu Macela, Tribunus, & urbis Selybriæ Præfectus. Septima Februarii, anno 457. Rufo, & Conſtantino Conſulibus, Indictione decima, electus, & ab Anatolio Epiſcopo coronatus eſt. Annos ferme ſeptendecim imperavit. (*)

Chr. Paſch. *Marcel. Chr.*

Chr. Paſch. *Theoph. p.* 95.

§. II.

(*) Hic Liber XXIX. ultimus eſt, quem Interpres Proteſtans, hucusque germanice reddidit, & huic nullas adjecit Notas. Profecto! melius unacum Notis totam Verſionem omiſiſſet, ſi Religioni ſuæ conſultum eſſe voluiſſet. Munus difficillimum in ſe ſuſcepit Proteſtans iſte, dum Hiſtoriam Eccleſiaſticam Scriptoris Catholici vertere aggreſſus eſt; ſi enim omnia fideliter reddidiſſet, Proteſtantium cauſam totius Antiquitatis teſtimonio jugulaſſet. Dum vero Fleurii & SS. Patrum verba corrupit, verax eſſe deſiit, primamque, & præ ceteris Hiſtoriæ Scriptori neceſſariam proprietatem abjecit. Non nemo inter Proteſtantes quæſtionem movit; an Vir Catholicus, Religionis ſuæ cauſa, idoneus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptor eſſe poſſit? hic ſaltem iſtum Proteſtantem in flagranti deprehenſum tenemus, quod Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ne quidem Interpres idoneus ſit, & ideo non ſit, quia Religione Proteſtans eſt; nam dum, ut ipſemet in ſuis Præfationibus

§. II.

Sæculum V. A C. 457.

Timotheus Elurus in Cathedram Alexandrinam intrusus.

Sub ipsius Imperii initia, Eutychis factio in Ægypto recruduit. Mali causa fuit Monachus, cui nomen Timotheus, & cogno- *Ep. Ægypt. Conc. Calc. p. 3. c. 22. 23.*

---

nibus insinuat, a suis Lectoribus Protestantibus periculum, & lapidem scandali (ita ipse loquitur) amovere voluit, coactus est SS. Patres, & Fleurium adulterare. Nempe ut suam Ecclesiam defenderet, factus est proditor veritatis. Nec tamen suis depravationibus veritatem in Fleurii Historia ita obscurare valuit, ut in oculis Legentium, etiam Protestantium, si judicio præditi sint, non emicet. Notæ Versioni adjectæ, sicut in Ecclesiam Romanam contumelioſæ, ita omni Fundamento destitutæ sunt. Interpres noster in Ecclesiam Catholicam ludit, qui suam nullibi nominare audet, & callide quidem agit, nam si v. g. Lutheranum se profiteretur, non haberet, quod responderet interroganti, cur non potius Communionem Anglicam, aut Moscoviticam, aut Calvini, aut Hollandorum, aut alterius Ecclesiæ cujuscunque, quæ Catholica sit, amplecteretur? S. Scripturam, Verbum Dei purum, crepat homo iste, cum tamen absque Testimonio, & Auctoritate Ecclesiæ Romanæ, quam contemnit, ne quidem JEsum Christum verum Deum esse contra Arianum vel Mahometanum, vel Ethnicum ullatenus demonstrare valeat. Romanorum PP. Potestati insultat, & Christum Dominum Ecclesiam fundasse

Sæculum V. A. C. 457.

cognomen Elurus, Presbyter, qui post Concilium Calcedonense statim a Catholicorum Communione secesserat. Defectionis socii fuere quatuor aut quinque Episcopi, & non nulli Monachi eadem Hæresis labe infecti, qui idcirco a Proterio, & Concilio Ægypti damnati, atque juben-

Theod. Lect. Lib. 1.

dasse putat Acephalam. Quod pertinet ad Doctrinam Catholicam de vera Christi præsentia in Evchariſtia, malam Fidem suam, & pessimam suæ Ecclesiæ causam prodit, dum verba Fleurii, & SS. Patrum impudenter truncat, omittit, & mutat. Ubi Interpres noster de Satisfactione, de Merito, de Invocatione Sanctorum, loquitur, suam ignorantiam palam facit, quia sensum Catholicum non assequitur, & in hostem non existentem pugnat; nihil in medium affert, nisi illud absurdum: Hæc Doctrina in JEsum Christum blasphema est, quod ipsius infinita merita, & honorem minuat. Verum hæc non tantum dicere, sed etiam demonstrare necessarium esset, quod autem impossibile, quia tres isti Articuli in claris S. Scripturæ verbis fundantur. In Articulo de Purgatorio sibi ipsi adversatur; quippe fatetur, primos Christianos ad Deum orasse pro Defunctis, ut cum ipsis secundum suam Misericordiam agere vellet, verumtamen negat, esse tempus, aut locum, quo Deus Defunctis, postquam anima e corpore egressa est, quidquam indulgere possit.

At aliquis Protestans forte objiciet: a multis jam Sæculis Prælatorum Ambitio, Clericorum Simonia, plebis Superstitio, Indulgentiarum mercatura,

jubente Imperatore Marciano in exilium ejecti fuerant. Timotheus iſte noctu Monachorum Cellulas circuiens, & per arundinem cavam immittens vocem, ſuo quemque nomine compellabat, dicebatque, Angelum ſe eſſe de Cœlo miſſum, qui eos moneret, ut a Proterii Communione recederent, & Archiepiſcopum Timotheum, nempe ſe ipſum, eligerent. Conjectura eſt, ipſum ob eam ipſam cauſam, quod per nocturnas tenebras circuiret,

Sæculum V. A.C. 457.

Niceph. XV. c. 16. Evagr. II. c. 8.

catura, milleni abuſus ſatis probarunt, Eccleſiam, quam dicunt Romanam, a vera Fide defeciſſe, & Sponſam Chriſti non eſſe. A tali inprimis peto, ut edicat, in quam ergo orbis Partem vera Fides migraverit? vel forte inter ſolos Catholicos vitia, & abuſus reperire eſt, & in Eccleſiis a Romana ſeparatis nulla crimina, nulli abuſus! Deinde etiam Synagogam olim plurima fœdarunt vitia, quæ Chriſtus Dominus in Evangelio exprobrat, nemo tamen ideo dixerit, Judæos Populum Electum, & veram Synagogam non fuiſſe. Tandem, Deo optimo Laudes! poſt Concilium Tridentinum, quod etiam Fleurius in ſua Præfatione notavit, abuſus, & vitia maximam partem ſublata ſunt, ita ut Reformatoribus Eccleſiæ, quos Proteſtantes venerantur, illud jam centies objectum, hodieque ingeri oporteat: Sie haben das Kind baden wollen, weil ſie aber hierzu von GOtt nicht beruffen waren, ſo haben ſie es gar ertränket. Hinc vera Fides, heu! in integris Regnis, inſcrutabili Dei Judicio, interiit!

Sæculum V. A. C. 457.

cuiret, dictum fuisse: *Ailouros*, quæ vox græca catum significat. Imperatore Marciano vita functo crevit hominis audacia, liberius in Concilium Calcedonense verbis invehi cœpit, collectisque suæ factionis Monachis, in vicinia Alexandriæ habitantibus, urbem tanto tumultu implevit, ut orthodoxi domo pedem efferre non auderent. Exinde validam Seditiosorum manum conduxit, & favente occasione usus, cum Dionysius, Militibus in illa Provincia Præfectus, abesset, is enim in Superiore Ægypto distinebatur, occupata maxima Alexandriæ Ecclesia, quæ Cæsariana vocabatur, a duobus Episcopis, ex illorum numero, qui damnati, & exilio puniti fuerant, nempe Eusebio Pelusiaco, & Petro Majumensi Episcopus creari voluit. Ergo Timotheus, his artibus ordinatus, Baptismum celebravit, & omnes Episcoporum functiones peregit.

To. 4. Conc. p. 898.

Ubi Dionysius Dux Alexandriam rediit, cum sciret, Timotheum ex urbe abiisse, ne regredi posset, prohibuit. Quare Sectatores ejus in furorem acti. Ergo Episcopum Proterium quærunt, qui ad Baptisterium confugit, quod crederet, loci temporisque Sanctitate securum se ibi futurum, erat enim Dies Paraskeves, 29. Martii, eodem anno 457. at Schismaticos nec loci Reverentia, nec Senis ætas, &

Victor. Chr. p. 899.

& veneranda canities a scelere cohibuit. Irrumpunt in Baptisterium vecordes, micantibus armis, & Proterii, preces ad Deum fundentis, ilia gladio perfodiunt; mortuum etiam supervacuis vulneribus lacerant. Tum Episcopi corpus, fune ligatum, in loco, quem Tetrapylas, seu quatuor portas vocabant, omnis populi oculis exponunt, insultant, & vociferantur: *ecce! hic est Proterius!* ne quis esset, qui immane facinus nesciret. Necdum satiata rabie, cadaver per Civitatem raptant, truncant, in mille frusta discerpunt, fuere etiam, qui dilaniati viscera ori ingerere & degustare non horrerent. Membrorum reliquiæ combustæ, cineres in ventum sparsi. Alii quoque viri sex cum Episcopo occisi. (*)

Sæculum V. A.C. 457. Proterius.

His fortiter scilicet gestis, Timotheus Alexandriæ omnibus Sacerdotii officiis libere functus est. Hujus Ecclesiæ Bonis abusus, pecunias in suæ factionis homines profundebat, maximo pauperum, quos inde sustentari oportuisset, damno. Concilium Calcedonense, omnesque, qui illud reciperent, nempe S. Leonem Papam,

p. 894.

p. 899.

(*) Populo Alexandrino Gens nulla ferocior fuit, quod non solum hæc Episcopi cædes, sed etiam immanis olim in Judæos crudelitas, inaudita in Hipatiam, fœminam doctissimam, sævitia, & plura alia exempla demonstrant.

Sæculum V. A.C. 457.

pam, Anatolium Constantinopolitanum, Basilium Antiochenum, nam Maximus e vivis excesserat, & cunctos Episcopos Catholicos anathematizavit. Sacris Diptycis, Proterii Nomine deleto, suum, & Dioscori nomen inseruit. Proterii propinquos persecutus, ejusdem Patrimo-
q. 901. nium diripuit. Ex quatuor aut quinque Sectæ suæ Episcopis, aliquos apud se retinebat, alios in Ægypti Civitates mittebat, qui Episcopos Catholicos, eorumque Clericos vexarent. Senibus, quos Theophilus, & S. Cyrillus ordinaverant, ejectis, Hæreticos ordinari jubebat. Cathedras Pontificales, in quibus Proterius sederat, confringi, & flammis tradi, atque Altaria, in Ecclesiis erecta, & conse-
p. 900. crata, aqua marina lavari jussit. Monasteria Virorum, Virginumque, immissis suæ factionis Clericis perturbabat. Communionem Episcoporum, aut Clericorum Catholicorum recipi, aut ipsos omnino pro Clericis haberi vetuit; hinc illi fu-
p. 895. gere, & latere cogebantur.

§. III.

S. Leonis Epistola ad Leonem Imp. & aliæ in Causa Timothei.

Ep. S. Leon. 118. Ubi facinoris horrendi fama Constantinopolim pervenit, Anatolius sine mora, quæ compererat, ad S. Leonem perscripsit, & præterea, Hæreticos aliud Con-

Concilium ferociter postulare, in quo Calcedonensis Decreta abrogarentur; Imperatorem quidem ex mentis propriæ motu insolens petitum rejeciſſe, nihilominus e re fore, si Papa ad eum scriberet, mentem bonam confirmaret, rogaretque, ut tantis malis remedium ferret. Ergo S. Leo Papa ad Leonem Imperatorem, cui jam prius felix Imperii Auspicium per litteras precatus fuerat, alteram dedit Epistolam, in qua hortatur, ut Auctoritati inconcussæ Concilii Calcedonensis constanter inhæreret, & Pacem Ecclesiæ Alexandrinæ redderet, quod tunc sperandum, si Episcopum a Catholicis ordinari præciperet. Hæc epistola nona Junii, Constantino, & Rufo Consulibus, id est, anno 457. data.

Sæculum V. A.C. 457.

Ep. 115. *al.* 73.

Partium quoque suarum esse S. Leo credidit, majorum Cathedrarum Episcopos excitare, ut consensu unanimi Bonam Causam sustentarent. In hunc finem ad Basilium Antiochenum epistolam dedit, cujus istud est initium: *Decuisset, ut Ordinationem tuam secundum consuetudinem Ecclesiæ,* (*) *vel tu, vel Fratres Nostri,*

Ep. 118.

(*) Ex his habemus, S. Leonis ætate Consuetudinem Ecclesiæ fuisse, ut non solum Metropolitæ Occidentis, sed etiam Patriarchæ in Oriente post Electionem suam per epistolas Communionis a Sede Romana Confirmationem peterent.

Sæculum V. A. C. 457.

Noſtri, illius Provinciæ Epiſcopi, ad Nos perſcriberetis; ſed cauſæ ſunt, quæ tibi id facturo, obſtaculo eſſe potuerunt. Imperator Marcianus Sanctæ memoriæ per ſuas epiſtolas conſecrationis tuæ Nos certiores fecit, & aliunde ſatis notus es Nobis, ut, quin dignus ſis, dubitare nequeamus. Hortatur deinde, ut ſceleſtis Eutychianorum molitionibus obſiſtat, & Auctoritatem Concilii Calcedonenſis labefactari nullatenus patiatur. *Qui enim hoc Concilium oppugnant*, inquit: *Myſterium Incarnationis deſtructum cupiunt. Nihil mihi perſuaſum magis, Imperatorem, Patricium, omnesque Magiſtratus nihil, quod Eccleſiæ nocere poſſit, Hæreticis conceſſuros, ſi populorum Paſtoribus animum conſtare intellexerint.* Mandat Baſilio, ut hæc conſilia ad omnes Epiſcopos, nempe ſuæ Provinciæ, transmittat. Eadem Epiſtola ad Juvenalem Jeroſolymitanum, & Euxitheum Theſſalonicenſem miſſa. Data eſt 23. Aug. 457.

Haud diu poſt hæc S. Leo, occaſionem litteras mittendi nactus, per quemdam, nomine Geroncium, Conſtantinopolim rediturum, tres prima die Sept. dedit epiſtolas, unam ad Julianum Coanum, qua mandabat, ut epiſtolas ad Metropolitanos datas reddi curaret; querebatur etiam, quod aliqui dicerent, epiſtolam ſuam ad Flavianum obſcuritate laborare, &

& longiore explicatione opus esse. Alteram epistolam dedit ad Aetium Presbyterum, cui dicit, scripsisse se Patricio Aspar, Sporatio, & pluribus aliis; *mitto tibi etiam*, inquit, *exempla litterarum, quas Episcopi Galliæ, & Italiæ, ad nos scripserunt, ut cognoscatis, quam arcte nos eadem Fides conjungat.* Epistola tertia ad Leonem Imperatorem scripta est, ut magis magisque in proposito Concilium Calcedonense protegendi confirmaret. Eadem tempestate in Occidente imperabat Majoranus, Ravennæ, Imperatore Leone conscio, proclamatus.

Sæculum V. A. C. 457.

Ep. 122. *al.* 74.

Marcel. Chr. Idac.

§. IV.

Episcopi ex Ægypto Constantinopoli.

Inter hæc aliqui Episcopi ex Ægypto, cum Timothei insidias evasissent, Constantinopolim delati, omnia, quæ sibi contigerant, Anatolio Episcopo enarrarunt. Tum Libello omnium Episcoporum Ægypti, & Clericorum Alexandrinorum Nomine Leoni Imperatori tradito, memorabant, ipsum in Imperii sui Auspiciis epistolas ad Episcopos Metropolitas dedisse, Fidei Catholicæ faventes, atque omnium Antecessorum suorum, & speciatim Marciani Imperatoris mandata confirmasse. Deinde referebant intrusum Timotheum, Proterium trucidatum, & Persecutionem, sub qua Catholici gemerent, & subjungebant

Conc. Calc. p. 3. *c.* 22.

Sæculum V. A. C. 457.

gebant hæc verba: *Igitur supplices rogamus, ut ad Sanctissimum Archiepiscopum Romanum, Antiochenum, Jerosolymitanum, Thessalonicensem, Ephesinum, & ad quos tibi videbitur, scribas; hi enim tibi ea, quæ Legibus Ecclesiasticis statuta sunt, exponent. Rogamus etiam, ut usurpatorem Ecclesia Alexandrina expelli, & meritas pœnas subire jubeas, tumque ut juxta Canones, & antiquam consuetudinem,* p. 896. *Concilium totius Ægypti Diœcesis orthodoxum eligat virum dignum, qui in Cathedra S. Marci sedeat. Si post hæc Concilio opus erit, quod futurum non putamus, confidenter conveniemus, non ut discutiamus causam Fidei, de qua non dubitamus, sed ut Timothei molimina examinentur. Rursus humiliter petimus, ut huic viro prohibeas, ne ullos Episcopos, aut Clericos ordinet, ne officium celebret, & nihil novi in Ecclesiis nostris moliatur, sed jubeas, ut Ecclesiæ Alexandrinæ Bona Seniorum ex Clericis consilio administrentur, omnes Clerici Catholici in Ecclesiis suis in pace vivere sinantur, & ut in hunc finem mandata tua ad valde Magnificum Ducem* p. 897. *Dionysium, aliosque cujuslibet Provinciæ Judices dirigas.* Huic epistolæ Episcopi quatuordecim, quatuor Presbyteri, ex quibus duo Ecclesiæ Alexandrinæ œconomi erant, & Diaconi duo, nomen apposuerant.

Timo-

Timotheus quoque Legatos Constantinopolim misit; hi Imperatori Domini sui nomine epistolas porrexerunt; sed antequam responderet, Imperator jussit, ut Fidem suam palam facerent, & quid de Conciliis sentirent, edicerent. Ergo, dato libello, confessi sunt, se Fidem Nicenam tenere, & eidem nihil addere. Item se Concilia Ephesina (nimirum tam Conciliabulum Dioscori, quam Legitimum sub S. Cyrillo) recipere. At Concilia, Constantinopolitanum, & Calcedonense rejiciebant, petebantque, ut Imperator ad Archiepiscopum suum Timotheum Responsorias daret. Huic Libello nemo subscripserat, ne exiguus Schismaticorum numerus proderetur, quippe non plures quatuor Episcopis Timotheum sequebantur. Alium etiam Timotheus ad Imperatorem misit commentarium, captiose perplexum, in quo monstrari dicebat, S. Leonem, Concilium Calcedonense, & omnes Orientis Episcopos, Nestorianos esse.

Sæculum V. A. C. 457.

Conc. Calc. p. 3. c. 24.

Leo ep. 21. al. 75. c. 4. ep. 126. c. 2. Gennad. de Script. n. 71.

§. V.

Leo Imperator Episcopos consulit.

Leo Imperator, hisce libellis ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum missis, significabat, populum Alexandrinum, Magistratus, Nautas petere, ut Timotheum Episcopum habere sinerentur.

Conc. Calc. p. 3. c. 21.

Sæculum V. A.C. 457.

Verosimile est, etiam Libellos supplices horum omnium nomine Imperatori fuisse oblatos. Ergo Imperator Anatolio præcipiebat, ut Clericis suis, & Episcopis Catholicis, qui tunc Constantinopoli versabantur, collectis, ipsorum mentem tam super ordinatione Timothei, quam Concilio Calcedonensi exquireret; nam Schismatici instabant, ut, illo rejecto, & Episcopis denuo congregatis, Fides novo examini subjiceretur.

Conc. Calc. p. 3. c. 23. p. 900.

Anatolius acceptis Imperatoris mandatis Concilium Constantinopoli coegit. Id dispicitur ex Episcoporum Ægyptiorum Libello, in quo ad ultimum petunt, ut epistolam Synodalem scriberet ad S. Leonem Papam, ad Episcopos Antiochenum, Jerosolymitanum, Thessalonicensem, Ephesinum, aliosque, ad quos visum fuisset, qui Imperatorem docerent, quid sibi juxta Canones faciendum esset, ut tantos motus compesceret. Conjectura est, hujus Concilii fructum fuisse Anatolii epistolam ad Leonem Imperatorem datam, in qua indicat, se S. Leoni Papæ, & omnibus Metropolitis scripsisse; tum ad quæstiones Imperatoris respondens, pronuntiat, ordinationem Timothei non esse validam, & contra Canones factam. Concilium Calcedonense nihil, quod veræ Fidei consentaneum non sit, definiisse; & illud ab iis tantum lacessi, qui Ecclesiæ pacem turbatam vellent.

Conc. Calc. p. 3. c. 26.

Leo

Leo Imperator rationem habuit ingentis difficultatis, ſine qua Concilium universale congregari non poſſet; pluribus enim Epiſcopis longiſſimam profectionem moleſtiis plenam fore, alios gravi ætate, alios male affecta valetudine, alios cum paupertate conflictantes ſine aliquo crudelitatis genere ad iter capeſſendum cogi non poſſe. Satis ergo facere ſe exiſtimavit, ſi ad primarum Sedium Epiſcopos ſcriberet, & eandem mitteret epiſtolam, quam ad Anatolium dederat, eo ſolum discrimine, quod Anatolio illos ſolum Epiſcopos, qui Conſtantinopoli eſſent, cogere præcepiſſet, alios vero totius Provinciæ Præſules convocare juberet. Nomina Epiſcoporum ferme ſexaginta, ad quos hæc circularis epiſtola miſſa, habemus. Primi ponuntur S. Leo Papa, Baſilius Antiochenus, Juvenalis Jeroſolymitanus, Epiphanius Apamienſis, Secundæ Syriæ Metropolita, Dorotheus Tyrienſis, Joannes Damaſcenus, Pelagius Tarſenſis, Oreſtes Anazarbenſis, Stephanus Hierapenſis, & Ibas Edeſſenus. Omnes iſtæ Imperatoris epiſtolæ a Magiſtrianis delatæ ſunt; Anatolius etiam Diaconum ſuum Aſclepiadem miſit. Imperator hac ſuper re etiam a tribus celeberrimis Anachoretis conſilium expetiit, nempe a S. Simeone Stilite, S. Jacobo, & S. Baradato. Priusquam ce-

Sæculum V. A. C. 457.

Liber. Breviar. c. 15.

to. 4. Cone. p. 810. 891. Baluz. Nova Coll. p. 1422.

Sæculum V. A. C. 457.

tera prosequamur, dicendum nobis est, quales hi viri Sancti fuerint, quorum consilium sicut & primorum in orbe Episcoporum requirebatur.

§. VI.

S. Jacobus Syrus, & S. Baradatus.

Theod. Philot. c. 21.

Inter memoratos tres viros Senior erat S. Jacobus, quem Syrum vocabant, S. Maronis Discipulus. Hunc in monte triginta stadiis, id est, una Leuca, & dimidia ab urbe Cyrensi distante degentem, Theodoretus optime noverat. Is sub Dio vivebat, sine tecto, sine claustro, omnibus aeris injuriis nunquam non expositus, & oculis ad se invisentium conspicuus. Jam solis radiis adustus, alio tempore nivibus contectus visebatur. Sub veste catenas ferreas magni ponderis gestabat. Nunquam ignem excitabat, ne quidem ut sibi cibum coqueret; nihil autem præter lentem, aqua maceratam, manducabat. Multa patrabat miracula, febribus, aliisque morbis laborantes sanans, & Dæmones ejiciens. Aqua, cui benedixisset, variis malis medebatur. Puerum annorum quatuor defunctum vitæ reddidit, quem Theodoretus se vidisse, & Patrem ejus miraculum enarrantem, audivisse dicit. Cum vir Sanctus ægrotaret, populus circa eum congregabatur, corpus defuncti ablaturus, nam ipso

ipso vivente Ecclesia fuerat ædificata, ad quam, si moreretur, Reliquiæ deferrentur. Theodoretus loculum eidem præparaverat in Ecclesia Apostolorum; at S. Anachoreta precibus instantissimis coegit Episcopum, ut promitteret se corpus ejus in suo monte sepulturum, cumque loculus illuc fuisset translatus, in eo S. Jacobus Prophetarum, Apostolorum, Martyrumque Reliquias, quas undecunque collegerat, condidit, ne quis dicere posset, hoc ipsius esse sepulchrum, corpus vero suum in alio loculo prope Sanctorum istorum Reliquias deponi voluit. Sæculum V. A. C. 457.

S. Baradatus initio tuguriolum inhabitabat, penitus incluſus; in rupem deinde ascendit, & quasi arculam intravit, adeo exiguam, ut caput erigere non posset; quia autem ligna arcte satis non jungebantur, quasi in aviario sedens, pluviis, & solis ardoribus patebat. Cum diu ibi fuisset, suadente Theodoto, Episcopo Antiocheno, exiit, & habitavit sub Dio, versus quod extensas manus continuo tenebat. Tunica pellicea vestiebatur, quæ totum corpus ita tegebat, ut solummodo nares, & os ad hauriendum aerem paterent. Ad quæstiones se interrogantium aptissime respondebat, &, Theodoreto teste, illis multo sapientius argumentabatur, qui Aristotelis labyrintho inextricabili *ibid. c. 27.*

Sæculum V. A.C. 457.

bili operam dederunt. Nihilominus vir erat profunda humilitate.

§. VII.

S. Simeonis Stylitis Initia.

c.26. vita per Anton. ap. Rosweid. p. 170. Theod. Philoth. cap. 26.

Sanctus Simeon in Ciliciæ oppido, quod *Sisan* dicebatur, in finibus Syriæ natus, anno ætatis decimo tertio oves Patris sui pascebat. Una die, qua ob vim cadentis nivis gregem educere non poterat, cum parentibus in Ecclesiam concedens, illud ex Evangelio recitari audivit, ubi legitur; Beatos esse, qui lugent, & infelices, qui rident, rursusque, Beatos, qui puro sunt corde. Quæsivit ex aliquo Sene, qua ratione hanc felicitatem consequi posset; is respondit, per jejunium, orationem, humilitatem, & paupertatem, suasitque, ut aliquod Monasterium adiret. Morem gessit juvenis, & Monasterium vicinum ingressus, inter Monachos duobus annis initiatus est. Cum vero vitæ perfectioris desiderio vehementer ageretur, Theledum oppidum, ad radices montis Coryphi inter Beream, & Antiochiam, situm se contulit. Duo ibi erant Monasteria, in quorum altero Monachis octoginta Heliodorus præerat. Ibi Simeon per annos decem moratus, vitæ austeritate ceteros Confratres longe superavit; nam, cum alii altera semper post intermediam diem cibum caperent, ipse

Luc. 6, 21. 25.

Philoth. c. 4.

Sæculum V. A. C. 457.

ipse bis tantum in Septimana reficiebatur. Quamvis vero Decani juvenilem zelum reprimere conarentur, & insolitam abstinentiam inobedientiæ loco haberent, persuadere non poterant, ut sibi ipsi mitior esset.

Quadam die funem, ad attrahendam ex puteo aquam ex palma factum, & contrectantium manibus asperum, corpori ab umbilico usque ad collum circumduxit; lacerabatur caro, jamque ultra decem dies hanc loricam tulerat, cum gravis odor, & fluentes sanguinis guttulæ insolitum rigorem prodiderunt. Vix ab eo impetrarunt, ut deponeret, cumque viderent, sæpius reprehensum in castigatione corporis modum non servare, Monasterio expulerunt. Ipse in deserta illius montis se recepit, descenditque in cisternam siccam, ubi continua oratione Deum laudabat. Post lapsum dierum quinque pœnitentia subiit Monasterii illius Præfectos, quod bonum Simeonem abegissent; missi igitur, qui eum quærerent, inventum, injecto fune e puteo extraxerunt. Haud multo post Thelanissam, oppidum ad pedem montis prope Antiochiam positum, abiit, & inventa cellula tres annos ibi inclusus permansit.

Tum Simeonem nostrum desiderium incessit, Moysen, & Eliam per dies quadraginta absque omni refectione jejunantes

Sæculum V. A. C. 457.

tes imitandi. Basso, vicini Monasterii Abbati, etiam Presbyterorum, ruri Ministrantium, cura erat demandata; hunc Simeon rogat, ut nihil omnino cibi in suo tugurio relinqueret, atque aditum injecta terra occluderet. Dicit ei Bassus, se ipsum interimere non esse virtutem, sed criminum omnium maximum. Respondet Simeon: *Pater mi! depone hic decem panes, & vas aqua plenum; si cibus mihi fuerit necessarius, comedam.* Quod petebat factum est. Post elapsos quadraginta dies Bassus rediit, injectam terram ab ostio removit, atque ingressus intactos panes, & vas plenum vidit, Simeonem vero sine voce, sine motu, sine halitu in terra prostratum. Abbas spongiam petiit a circumstantibus, qua cum labia jacentis humectasset, Divina ei præbuit Mysteria; ipse his recreatus, surgit, & pauxillum de cibis sibi allatis gustavit, erant autem Lactuca, Cichoreum, & alia similia olera, quæ lente masticabat, & sensim deglutiebat. Bassus, lætitiæ innatans, ad Monasterium suum, in quo ducenti, & plures, Monachi numerabantur, reversus, Mirabilem Deum in Sanctis suis prædicabat. Ex illo tempore Simeon singulis annis quadraginta dies continuos jejunavit, jamque tunc cum Theodoretus hæc scripsit, per annos viginti octo inauditam abstinentiam servaverat. Primis diebus stabat,

S. Simeon Stylites.

Sæculum V. A. C. 457.

ſtabat, deinde ſedebat, in oratione perſeverans, tandem in pavimento proſtratus, & ſemimortuus perſeverabat.

Cum in Cellula prope Thelaniſſam annos tres exegiſſet, in montis apicem aſcendit, fecitque locum muro incingi, in quo ſe ipſum incluſit; catena ferrea, viginti cubitos longa, una extrema ſui parte cruri ejus dextero, altera ingenti ſaxo erat juncta, ita ut etiamſi voluiſſet, illo ſpatio exire non potuiſſet. Ibi Rerum Cœleſtium Meditationi vacabat. Melecius illa ætate Chorepiſcopus Antiochenus conſilium dedit, ut hanc catenam dimitteret, dicens, Voluntati Humanæ ſat virium eſſe, ut corpus rationis vinculo continere poſſit. Morem geſſit monenti Simeon, tumque accerſitus ferrarius catenam ſolvit. Hic idem Melecius, exinde Epiſcopus Mopſueſtenus, Theodoreto in paucis amicus, fuiſſe videtur.

S. Simeonis fama percrebeſcente, homines non ex vicinia modo, ſed multorum dierum itineribus ad eum veniebant. Paralyticos adducebant, alii rogabant, ut diverſa morborum genera ſanaret, aut fæminis ſterilibus fæcunditatem impetraret. Multi, quod optaverant, aſſecuti, cum gaudio revertentes, accepta beneficia vulgabant, quod plures alios invitabat, ut ſimilia experturi Sanctum adirent. Tandem plurimi ex omnibus

Sæculum V. A. C. 457.

nibus Nationibus, Ismaelitæ, Persæ, Armeni, Iberi, (*) Omeritæ, & remotissimi Arabes ad hunc montem convolabant, alii ab extremis Occidentis partibus, ex Italia, Gallia, Hispania, & magna Britannia advenerunt. Viri fama ad Æthiopes usque, & errantes Scythas pervasit. Romæ tanta Sanctitatis ejus opinio fuit, ut artifices parvas viri icones ante ostium omnium tabernarum ponerent, quo ejusdem Patrocinium sibi conciliarent. Hæc sibi fuisse relata Theodoretus testatur.

§. VIII.

S. Simeon in Columna.

Importunæ erant Simeoni innumerabiles hominum turbæ, se circumdantium, & contrectare gestientium, ut saltem ex contactis pellibus, quibus vestiebatur, aliquam Benedictionem acciperent. Ipsi vero arrogantiæ genus videbatur, honores pene Divinos admittere, & permolestum semper advenientium turba premi; hinc consilium cepit, ut deinceps in columna

(*) Hi Iberi in Iberia habitabant, Regione Asiæ inter Colchidem ad Occidentem, & Albaniam ad ortum, Armeniæ Majoris ad meridiem contermina, ad Boream montibus Caucaseis definita. Populi Iberes Straboni, aliis Iberi, vulgo Giorgiani, quamvis Giorgiana Regio magnam Armeniæ Partem complectatur. Carol. Steph. Dict.

columna ſtans permaneret. Primo igi- Sæculum V.
tur columnam ſibi extrui juſſit, cujus al- A.C. 457.
titudo erat ſex cubitorum, deinde duodecim, tum viginti duorum, & tandem triginta ſex, unde ſibi nomen Stylitis peperit, nam *Stylos* græce columna ſonat. Multi inſolitum vitæ genus vituperare, aliqui ridere; at Theodoretus ſingularis Providentiæ Divinæ effectum eſſe credidit, ut omnium oculos rariſſimum ſpectaculum perſtringeret; & enimvero Epiſcopum a vero non aberraſſe, miracula, quæ Simeon tam antea, quam ſequenti tempore patravit, manifeſto indicio ſunt.

Monachi ex illo deſerto miſerunt, qui virum interrogaret, cur genus vitæ a ceterorum more adeo abhorrentis duceret? & ipſorum nomine juberet, ut ea relicta, viam a Patribus ſuis tritam ſequeretur; Legato autem ſuo ſecreto in mandatis dederant, ut, ſi prompte obediret, eum in columna ſtare permitteret, ſi reſiſteret, ſeque propriæ voluntatis mancipium oſtenderet, vi adhibita deſcendere cogeret. Ubi nuncius advenit, & quid Patres juberent, Simeoni expoſuit, confeſtim pedem unum deſcenſurus movit; tum nuncius manere juſſit, & bono animo eſſe, Deum enim ipſi hanc vivendi rationem inſpiraſſe. Monachi quoque Ægyptii, quibus rei inſolentia ſcandalum *Evagr. I. hiſt. c. 13.* *Theod. Lect. II. p. 565.*

Sæculum V. A. C. 457.

lum creabat, miserunt, qui excommunicationem nunciarent; postea autem, quanta esset viri Pietas, edocti, ad ejus Communionem redierunt. Domnus, Episcopus Antiochenus, ad eum invisit, & vitæ rigorem admiratus, eidem Sacramenta præbuit.

Ex quo Simeon in Columna stetit, *Theod. p.* 883. magnum Infidelium, Iberorum, Armenorum, Persarum, & imprimis Arabum Ismaelitarum numerum ad Fidem convertit. Integræ ducentorum, vel trecentorum, aut mille etiam hominum cohortes ad eum videndum veniebant, magno clamore majorum suorum Superstioni, & turpi Veneris cultui renunciabant, & in Sancti viri conspectu Idola sua confringebant. Baptizabantur, & ex ore ipsius leges, secundum quas exinde victuri erant, accipiebant. Hæc testis præsens narrat Theodoretus; quippe una die prope fuit, ut protereretur ab his Barbaris, cum singuli, ut S. Simeon jusserat, Benedictionem Episcopalem ab ipso *p.* 885. accipere gestirent. Eodem Theodoreto teste Simeon Prophetiæ Donum habebat, atque biennio antequam res eveniret, terræ siccitatem, & futuram famem, rursusque ingentem erucarum multitudinem prædixit.

§. IX.

Sæculum V.
A.C. 457.

§. IX.

S. Simeonis vitæ ratio.

Sanctus Simeon nulla re frequentius quam oratione occupabatur; hanc jam corpore erecto, jam inclinato peragebat. Se autem profundissime inclinans, fronte pedum articulos contingebat, quippe continua jejunia corpus ita extenuaverant, ut pro ventre esset ventris locus. Cum orans sæpissime inclinaretur, quadam die id millies ducenties quadragies quater factum numerarunt. In Festis solemnioribus noctes stans extensis manibus agebat. Tota nocte in oratione, & etiam die usque ad Nonam consumptis, adstantes docere incipiebat, tum, quæ peterent, auscultabat, ægrotos sanabat, lites componebat. Occidente Sole iterum in orationem se dabat. Cibum in septimana semel, in quadragesima nunquam sumebat. Mulieres columnæ ejus septa non ingrediebantur; nec ipsam Matrem in conspectum admisit, sed cum in illo loco defuncta fuisset, elata voce pro quiete animæ ejus oravit. (*) Vestem gerebat pelliceam, usque ad talos dependentem, caput tegebat tiara, seu pileo-

p. 887.

p. 888.

Anton. vita ap. Roswei. Evagr. l. c. 14.

(*) Optimum contra Protestantes Testimonium! oravit S. Simeon pro Matre, postquam animam e corpore egressam scivit, ergo credebat,

Sæculum V. A.C. 457.

pileolus, quo illius Regionis indigenæ uti solebant. Barba prolixa pectori insidebat. In suprema columnæ parte septum erat, quale in nostris suggestis esse solet, cui ad populum loquens innitebatur.

S. Simeon universalis Ecclesiæ curam non omittebat, sed contra Paganos, Judæos, & Hæreticos pugnabat. Quandoque Imperatoribus scribebat, Theodosio enim in causa cujusdam Synagogæ Antiochenæ scripsit. Sæpe Magistratuum zelum excitabat, & ipsos Episcopos hortabatur, ut majori sollicitudine ovium suarum saluti invigilarent. Marcianus Imperator sumpto privatæ sortis habitu, ad eum invisit, & admiratus est viri prudentiam. Rex Persarum quoque Simeonem reverebatur, cumque aliquando Legati de eo mentionem feciſſent, de miraculis & vitæ ipsius instituto narrantes audiens multum delectatus est, Regina conjux ejus oleum, cui Sanctus benedixisset, petiit, atque tanquam donum pretiosissimum grati animi indiciis recepit. Omnes Proceres, non obstantibus Magorum calumniis, merita Simeonis audire cupiebant, & virum Divinum vocabant. Ipse autem tanta circumdatus gloria

Evagr. I. c. 13.

Theod. Lect. p. 565. Philoth. p. 886.

S. Simeon.

bat, dari tempus, & ex consequenti etiam locum, in quo defunctorum animæ viventium precibus juvari possent,

gloria se hominum miserrimum credebat. Facillimus ad eum omnibus patebat accessus; lene erat alloquium, & jucundum. Quibuscunque interrogantibus, civibus, rusticis, mendicabulis comiter responsum dabat. Ad eos, quos ab infirmitate liberaverat, dicebat: *si quis ex te quærat, quis te sanaverit; dices, Deum te sanasse, cave, ne de Simeone verbum immiscеas, si feceris, prædico, infirmitatem redituram.* Theodoretus, qui Sanctum sæpe viderat, collocutus fuerat, & Simeone inter vivos agente, vitam ipsius compendio conscripserat, prævidens, se tot prodigia lecturis ægre fidem facturum, addidit hæc verba: *Quamvis, quotquot homines vivunt, ut ita dicam, totidem mihi testes sint, timeo, ne mea narratio legentibus fabula videatur, omni veritatis specie destituta. Nam quæ hic aguntur, supra humanas vires sunt. Homines autem, ea quæ audiunt, cum viribus Naturæ conferre adsueverunt, & si quid supra esse constet, illis mendacium videtur, qui rerum Divinarum rudes sunt.*

Sæculum V. A. C. 457. *p.* 887. *Philoth. p.* 877.

Hic est igitur Magnus Simeon Stylites, quem super Concilio Calcedonensi Leo Imperator consuluit. Responsorias, quas ad Imperatorem dedit, non habemus, sed illa supereſt epistola, quam ad Basilium Episcopum Antiochenum dedit, in hunc modum: *Acceptis vestris litteris,*

Evagr. II. hist. c. 10.

Sæculum V. A. C. 458.

Imperatoris zelum, Religionem, & pium in Patrum Fidem affectum admiratus sum. Hoc Donum non a nobis est, ut dicit Apostolus, sed a Deo, qui ad preces vestras hanc bonam voluntatem Principi dedit. Quapropter, quamvis vilis ego sim, contemptibilis, & abortivus inter Monachos, mentem meam Cæsareæ Majestati aperui, & edixi, quid de Fide sexcentorum triginta Patrum, Calcedone congregatorum, sentiam, quod nempe in hac Fide, a S. Spiritu revelata, confirmer, & perseverem. Si enim Salvator Noster in medio duorum vel trium, in Nomine suo congregatorum, præsens est, quomodo fieri possit, ut Spiritus Sanctus in medio tot Episcoporum non sit? ergo pro vera Religione, sicut Josue pro populo Israelis firmus sis, & constans. Rogo te, ut meo nomine pios tuos Clericos, & populum fidelem salutes.

§. X.

S. Leonis epistolæ Constantinopolim datæ.

Cum S. Leo Papa comperisset, Episcopos Ægypti Catholicos Constantinopolim confugisse, plures ad eos dedit epistolas, quibus exules consolabatur, & hortabatur, ut animum caperent. In epistola ultima, 21. Martii, anno 458. data, eorum Nomina usque ad quindecim ponit, quorum primi Nestorius, Athanasius,

sius, Paulus, Petrus, & Theonas le- Sæculum V.
guntur. Interim etiam ad Anatolium A. C. 458.
Constantinopolitanum, & Leonem Imperatorem epistolas dabat. In una ad Anatolium epistola queritur, ex ejus Cle- *ep.* 124.
ricis aliquos Hæreticorum esse fautores, *al.* 76.
& hortatur, ut, si eos corrigere non valeat, ab Ecclesia separet, cumque Anatolius mandata negligeret, eum vehementius in altera epistola sui officii admonet, *ep.* 126.
& speciatim Presbyterum Atticum notat, quod in Ecclesia contra Fidem Catholicam, & Concilium Calcedonense ad populum dixisset. Jubet, ut dicta publice retractet, & Doctrinam Eutychis condemnet. Anatolio non probabatur, S. Leoni Clericos suos adeo curæ esse. Atticus etiam Presbyter Apologiam misit, in qua affirmabat, semper invisum sibi fuisse Eutychem. Ad hæc S. Leo, Anatolio scribens, respondet: *ne mali vertas,*
quod ea, quæ de Clericis tuis dicebantur, ti- *ep.* 128.
bi examinanda rescripserim; non læsi Dig- *al.* 77.
nitatem tuam, sed consului famæ tuæ; hæc enim æque ac mea mihi chara est. Quod ad Atticum Presbyterum pertinet, verborum, quibus utitur, ambiguitas confirmat ea, quæ de ipso ad nos relata sunt. Nam aliud est inimicitia, quæ etiam inter Catholicos viget, & aliud est error, quem vera Fides damnat. Ergo necesse est, ut luculenter edicat, quid in Eutyche damnet,

Sæculum V. A. C. 458.

& promittat, se ea, quæ in Concilio Calcedonensi definita sunt, fide integra servaturum. Hæc epistola mense Martio anno 458. data. S. Leo simul ad Clericos Constantinopolitanos scripsit, ut eorum Fidem, & odium in Hæreticos confirmaret, jubet etiam, ut Atticus, & Andreas, qui ejusdem erroris accusabantur, nisi hanc publice damnarent, deponantur.

ep. 131.

Imperator Papam invitaverat, ut Constantinopolim proficisceretur. (*) Papa respondit, epistola, prima Nov. anno 457. data, nullam subesse causam, cur ea, quæ in Concilio Calcedonensi fuissent definita, examini denuo subjicerentur: *certe Ecclesiarum turbæ*, inquit, *finem non habebunt, si quotiescunque Hæreticis placebit, disputationes restaurentur.* Hortatur, ne illis aures præbeat, sed perfidos a Sede Alexandrina, quam indignis modis

ep. 125. *al.* 75.

(*) S. Leo singulari prudentia Profectionem Constantinopolim declinavit, non solum quia ea, quæ in Concilio Calcedonensi fuerant definita, rursus examinari non oportebat, sed etiam quod Pontificiæ Dignitatis non fuisset, si a Sede sua, & tota Italia discedens in aliam orbis partem migrasset. Aliqui ex SS. Pontificibus Constantinopoli pessime habiti sunt, nec ullibi alias melius totius Ecclesiæ Capiti quam Romæ sua Auctoritas constat. Post Concilium Tridentinum Papæ Italia pedem extulisse non leguntur.

dis invasissent, avellat. Notat discrimen libellorum, quorum exempla sibi Imperator miserat, quod Catholici libello suo supplici subscripsissent, & quisque nomen, & conditionem suam ingenue apposuisset, Hæretici vero non subscripsissent, ne, quam pauci essent, & viles, ipsi prodere-rent. Concilii Oecumenici obtinendi spe abjecta, petebant saltem colloquium, ubi sua proferre argumenta possent; at S. Leonem nihil a Sententia dimovere potuit, in nullum Doctrinæ examen cum Hæreticis esse consentiendum. At vero Legatos in Orientem se missurum, quod Imperator jusserat, pollicetur, non hunc in finem, ut cum Fidei hostibus disputarent, sed ut illos, qui bona fide discere cupient, doceant. Nam, inquit, quæ Niceæ, & Calcedone decisa fuere, in quæstionem adducere nullatenus audemus. Hæc epistola 22. Martii anno 458. data.

Sæculum V. A. C. 458.

ep. 132. *al.* 78.

Itaque S. Leo, ut promiserat, post menses quatuor Legatos misit, Domitianum, & Geminianum Episcopos, quibus nihil aliud mandatum, quam ut Imperatorem sollicitarent, ad Ecclesiæ pacem procurandam; id enim cognoscitur ex ipsius epistola, 17. Aug. anno 458. data, ubi cum de flagitiis Timothei Eluri loquitur dicit: *non equidem vindictæ cupidi sumus, sed nobis Sacerdotibus cum Ministris Diaboli societas esse non potest. Si*

ep. 133. *n.* 4.

Sæculum V. A. C. 458. *eos ad Pœnitentiam redire viderimus, licebit nobis pro eis Deum precibus pulsare, ne æternum pereant.* Haud multo post, nempe 20. Aug. Imperatori misit dissertationem de Fide ampliorem, quam promiserat; in ea Mysterium Incarnationis, & Redemptionis tractat, & errores Nestorii, & Eutychis ea ferme methodo, qua in epistola sua ad Flavianum, refellit, vim argumentorum præprimis in eo ponens, necessarium esse credere, JEsum Christum veram carnem, qualis nostra est, assumpsisse. Huic epistolæ excerpta ex Latinis, & Græcis Patribus, scilicet S. Hilario, S. Athanasio, S. Ambrosio, S. Augustino, S. Joanne Chrysostomo, Theophilo Alexandrino, S. Gregorio Nazianzeno, S. Basilio, & S. Cyrillo Alexandrino adjunxit.

ep. 134. *al.* 97.

§. XI.

Decretales ad Nicetam, & Neonam datæ.

Aquileja inter urbes Italiæ potentissima, ab Attila, illam orbis partem devastante, capta fuerat, & direpta. Multi in captivitatem abstracti; quorum aliqui Idolothyta manducaverant, aut passi fuerant, ut rebaptizarentur; alii e captivitate reduces mirabantur, uxores suas aliis viris nupsisse. Nicetas Episcopus Aquilejensis super his quæstionibus S. Leonem consu-

consuluit, cui S. Leo data epistola Decretali 21. Martii, Majoriano Consule, id est, anno 458. respondit. Quod tangit mulieres, quæ ad secundas nuptias convolarunt, quod crederent, maritos suos fuisse occisos, aut nunquam redituros, S. Leo decernit, si mariti redierint, uxores eorum teneri, ut denuo iisdem jungantur, sub pœna Excommunicationis, quia primum matrimonium semper valuit, etsi maritus secundus excusari possit. Quos dira fames, aut vitæ amor ad manducandas carnes immolatas compulit, agant pœnitentiam, quæ vero magis ex doloris vehementia, quam temporis spatio æstimetur. Qui metu, aut errore rebaptizari sustinuerunt, ignorantes id lege prohiberi, his injungatur Pœnitentia, atque manuum Episcopi impositione reconciliabuntur; de tempore Pœnitentiæ demetur, quantum videbitur, si pœnitentes Senectus, morbus, vel quodcunque aliud periculum premat. Qui semel baptizati fuerunt, sed ab Hæreticis, solummodo impositione manuum, cum invocatione Spiritus Sancti confirmentur, ut Sanctificationem accipiant, quam Hæretici non dant. (*) Ceterum

Sæculum V. A.C. 458.

ep. 129. *al.* 79.

c. 5.

c. 7.

(*) Nihil frequentius occurrit, ubi Sermo de Disciplina Ecclesiæ est, quam mentio de Manuum Impositione: at non semper satis perspicuum, quid

Sæculum V. A.C. 458.

S. Leo Nicetæ præcipit, hanc epistolam omnibus illius Provinciæ Episcopis communicari, ut unam Disciplinam omnes observent.

Ad eundem annum, sub Majoriani Consulatu referenda est S. Leonis epistola Decretalis ad Neonam, Episcopum Ravennatensem data; hæc est Concilii acti conclusio, in qua SS. Pontifex ex omnium Sententia decidit, ut illi, qui ante ætatem rationis capacem in captivitatem abducti fuerint, nec ulla ipsis memoria sit, an Sacro Baptismate fuerint abluti, solerter

ep. 135. *al.* 37. *v. Quesn. not.*

De Baptismo.

---

quid sub his vocibus intelligendum. In priori casu SS. Pontifex loqui videtur de Publica Reconciliatione pœnitentium, quibus etiam Episcopus manus imponebat, & hæc Impositio non erat Sacramentum. In isto Casu S. Leo per Impositionem manuum cum Invocatione Spiritus Sancti Sacramentum Confirmationis haud dubie indicat, quia addit: confirmentur, ut Sanctificationem accipiant, quam Hæretici non dant. Hæc de Baptismi Gratia, quæ Sacramentum in peccato receptum post tempus remoto obstaculo subsequitur, vix accipi possunt, nam Adultus, ab Hæreticis baptizatus, potuit esse in bona Fide, & infans certe fuit. Hunc S. Leonis Textum in Sacramento Confirmationis explicat Cardinalis Gotti in sua Theologia Scholastico-Dogmatica Tract. VI. de Sacram. Confirmat. S. Leonis verba in Editione Lugdunensi anni 1700. ita sonant: ut de

solerter examinentur, an nullum ex ipsis, aut ex aliis testibus elici possit Baptismi accepti indicium. Si autem nullum inveniatur vestigium, confidenter baptizentur, & rebaptizandi periculum non timeatur, ne forte ob inanem scrupulum perire sinantur. Nulla hic adhucdum de Baptismo sub conditione conferendo quæstio. (*)

Sæculum V. A. C. 458.

S. Leo-

---

de quoniam quolibet modo formam Baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem, invocata virtute Spiritus Sancti, quam ab Hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi sunt. Interim non satis liquet, utrum Hæretici Sacramentum Confirmationis conferre non solerent, vel utrum valide administrare non possent? Si quis dicat: non solebant Baptizatos confirmare Hæretici, obstat, quod Hæresis semper fuerit veræ Ecclesiæ simia, Catholicorum Ritus imitari adsueverit. Si quis putet, Hæreticos attentasse quidem Confirmationem conferre, sed valide non potuisse; quærere lubet, cur non valide? certe Confirmatio ab Episcopis conferebatur, & erat Actus Ordinis; ergo sicut Episcopus in Hæresin lapsus valide Clericos ordinare potest, ita etiam Fideles valide confirmare. Digna ampliſſima Dissertatione Materia!

(*) In nostris Partibus hodie, si obstetrix Parocho parvulum afferat, quem a se periculi instantis causa baptizatum affirmat, semper sub conditione baptizatur, etiamsi vix dubio locus esse possit,

Sæculum V. A. C. 458.

S. Leonem præcepiſſe legimus, ne Virgines Benedictionem ſolemnem cum velo acciperent, antequam per annos quadraginta virtutis argumenta dediſſent; hinc pronum eſt credere, ſuadente S. Leone factum, ut Imperator Majorianus Legem conderet, Parentibus prohibentem, ne filias ſuas Deo ſe conſecrare cogerent. Vetabatur, ne puellæ contra earum voluntatem a parentibus oblatæ, ante annum quadrageſimum velamen acciperent, & libertas fiebat, ut usque ad illam ætatem nuptias inire liceret. Eadem Lege ſevere reprehenduntur viduæ, quæ ſi nullam prolem haberent, non amore continentiæ, ſed Licentiæ pudendæ cupiditate a ſecundis Nuptiis abhorrebant. Lex iſta Ravennæ 26. Octobr. anno 458. data eſt.

Lib. Pontif.

Nov. Major. tit. 8.

§. XII.

Metropolitarum Reſponſa.

Marc. Chron. 458. to. 4. Conc. p. 902. ad 975.

Metropolitæ Orientis, quos Leo Imperator de Auctoritate Concilii Calcedonenſis, & Timothei Eluri ordinatione conſu-

poſſit, quin ſit rite baptizatus, ſi id affirmet mulier, alias prudens, edocta, & ad id ipſum ſua conditione delecta, præſertim ſi alii, fide digni, vidiſſe ſe natam prolem baptizantem teſtentur. Certe in Rituali tantum tunc ſub conditione infans baptizari præcipitur, ſi de Baptiſmi valore dubitandi cauſa ſit.

Sæculum V. A. C. 458

consuluerat, responsa consentanea omnes dederunt. Ejusmodi Responsa triginta sex nobis supersunt, si etiam illa duo, a me jam relata, censeantur, nimirum epistola S. Leonis Papæ, prima Nov. an. 457. data, in qua nomine totius Occidentis loquebatur, & epistola Anatolii Constantinopolitani. Epistolæ istæ Synodales sunt, & pleræque plurium Episcoporum nomina exhibent. Julianus Episcopus Coanus etiam suo tantum nomine respondit, atque ex indice Episcoporum, quorum sententia fuerat exquisita, apparet, fuisse numero supra sexaginta. Omnes Concilium Calcedonense approbant, pro Oecumenico habent, atque æqualis Auctoritatis ac Concilia Nicenum, Constantinopolitanum, & Ephesinum esse judicant. Omnes Ordinationem Timothei rejiciunt, Tyrannum, & usurpatorem vocant. Edicunt, se Proterium tanquam Martyrem venerari, & cum illis, qui ipsius Communionem reciperent, communicare. Solus Amphilochus Episcopus Sidanus, quamvis Timothei Ordinationem damnaret, edixit, se Concilium Calcedonense non recipere. Hinc ipsius epistola non fuit conservata.

Conc. Calc. p. 3. c. 25. ad c. 60. Baluz. Encycl. ep. 125. al. 75. c. 46.

to. 4. Conc. p. 890. 891.

Evagr. II. hist. c. 10.

Epistolam vero S. Monachi Baradati habemus, 27. Aug. anno Leonis Imperatoris secundo, Indictione decima, id est, anno

Sæculum V. A. C. 458.

anno 458. datam. In ea docte Myſterium Incarnationis explicat, & de Evchariſtia clare loquitur. Ex his epiſtolis omnibus Collectio concinnata, quam voce græca *Encyclia* dixerunt, ac ſi quis diceret: Epiſtolæ Circulares. Hanc Collectionem poſt annos quinquaginta Ephanius Scholaſticus transtulit. Itaque duæ Quæſtiones, quarum cauſa Hæretici novum Concilium poſtulabant, ſine alio Concilio Oecumenico tanquam deciſæ habitæ ſunt, epiſtolarum a Conciliis Provincialibus miſſarum idem effectus fuit ac Concilii univerſalis, atque dato hoc exemplo omnibus fuit perſpectum, Deciſionis Eccleſiæ vim non in Epiſcoporum Congregatione, ſed in ipſorum unanimi conſenſu, quomodocunque manifeſtato, poſitam eſſe.

tom. 4. Conc. p. 977.

Brev. Lib. c. 15.

Baluz. præf. in Cod. Encycl.

§. XIII.

Succeſſio Epiſcoporum.

Baſilius Antiochenus e vivis translatus eſt anno 458. poſtquam annos duos ſediſſet. Succeſſorem habuit Acacium; ipſo ſedente, ingens terræ motus totam pene urbem Antiochiam, 14. Sept. anno Leonis Imperatoris ſecundo, ſubvertit. Iſaac ejusdem Eccleſiæ Presbyter concinnato Poemate ampliſſimæ urbis calamitatem deflevit. Plura opera Syriace, præcipue adverſus Neſtorianos, & Eutychia-

Chron. Niceph.

Evagr. II. c. 12.

Marc. Chr. an. 459.

tychianos scripsit. Acacius uno non plus anno Sedem Antiochenam obtinuit, eique Martyrius anno 459. successit. Sæculum V. A. C. 458. *Chr. Niceph.*

Juvenalis quoque Episcopus Jerosolymitanus, cum Sedem tenuisset annos quadraginta, e vivis abiit. Successit Anastasius, initio Mensis Julii, totius populi suffragio juxta S. Euthymii vaticinium electus. *vita S. Euthym. p. 70. & vita S. Cyr. p. 103.*

Nam paucos ante annos Anastasius, Abbatis Passarionis Discipulus, Thesauro Ecclesiæ S. Sepulchri Præfectus, & Chorepiscopus, S. Euthymium videre cupiens, cum Sociis Fido Episcopo Joppensi, & Cosmo Staurophylacte, id est, Crucis Custode, ad eum invisit. Secum ducebant Fidum juvenem, Ecclesiæ S. Sepulchri Lectorem, Fidi Episcopi nepotem. His igitur Lauræ appropinquantibus, S. Euthymius ad Chrysippum, Oeconomum: *præpara te hospitibus excipiendis, ecce Patriarcha cum fratre tuo advenit.* Nam Cosmus, & Chrysippus fratres erant. Cum intrassent, S. Euthymius Anastasio, tanquam Patriarchæ Jerosolymitano, loquebatur, mirantibus omnibus, Chrysippus S. Seni propius admotus, dixit: *Reverende Pater! non adest Patriarcha, Anastasius est, Thesaurarius; aspice! habet vestem multicolorem, qualem Patriarchæ Jerosolymitano induere non licet.* S. Euthymius obstupescens, dixit ei: *crede mihi, fili mi! huc usque*

Episcoporum Successio. *vita S. Euthym. p. 44.*

dum

Sæculum V. A. C. 458.

dum me modo allocutus es, alba veſte indutum conſpexi. Elata deinde voce dixit: *certiſſime non decipior. Quod Deus prædidit, & prædeſtinavit, ſine omni dubio perficiet. Nunquam enim conceſſæ Gratiæ Deum pœnitet.*

Rom. 10, 29.

Anaſtaſio, poſt hæc Jeroſolymæ Epiſcopo creato, iſtud vaticinium in memoriam ſubiit, cumque Fidum, adhuc Lectorem, hujus prædictionis teſtem, ordinaſſet S. Sepulchri Diaconum, ipſum ad S. Euthymium cum Crucis Cuſtode miſit, & ſuo nomine rogari juſſit, ut boni conſuleret, ſi ad eum inviſeret. Euthymius reſpondit: *haud dubie veſtra præſentia, etiam continua, ſummopere me delectaret, jam vero familiariter, & ſine moleſtia recipere vos amplius ſicut antea non poſſum. Ergo, humillime rogo! laborí parcite, & ad me non venite. Si tamen ita vultis, jucunde vos recipiam, ſi autem vos recipiam, omnes etiam alios, quicunque venerint, recipere cogar, & ultra his manere non potero.* Anaſtaſius Archiepiſcopus, hoc reſponſo percepto, dixit: *ſi ei moleſtus ſum, nolo amplius accedere.*

p. 70.

Sub idem tempus mortuus eſt Anatolius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, poſtquam annos octo, & totidem menſes ſediſſet. Succeſſor ejus fuit Gennadius, Presbyter Conſtantinopolitanus, qui annis tredecim, & duobus menſibus præfuit.

Niceph. Chr. Sup. lib. XXVII. §. 41.

præfuit. Is Oeconomum constituit Marcianum, qui olim Catharenses, seu Novatianos sectatus fuerat; statim ut officio suo fungi cœpit, promulgavit, ut cujusque Ecclesiæ minoris Clerici oblationes, quæ ibi fierent, acciperent, cum prius Ecclesia Magna iis omnibus potiretur. Non nulla miracula a Marciano, & a Gennadio edita feruntur. Sæculum V. A. C. 457. *Theod. Lect.* 1. *p.* 553. *vitæ Marc. ap. Boll.* 10. *Jan. p.* 609.

§. XIV.

Timotheus Solofaciole Episcopus Alexandrinus.

Leo Imperator, acceptis Metropolitarum Responsis, ad Stylam Alexandriæ Ducem mandata perscripsit, ut Timotheum Elurum urbe expelleret, quod effectui datum. At vero, intercedentibus quibusdam veræ Fidei hostibus, licentia ei facta Constantinopolim eundi, ubi Catholicum se simulans, rogabat Sedi suæ restitui, quasi vero solius Doctrinæ causa fuisset detrusus. Hoc comperto S. Leo ad Leonem Imperatorem scripsit. Primo Gratias agit omnium Ecclesiarum nomine, quod alienæ Sedis invasorem ejecisset, rogatque, ut eligi curet urbis Alexandrinæ Episcopum, in quem suspicio Hæresis, illa ætate grassantis, nunquam cecidisset. Quod ad Timotheum spectat, dicit, etiamsi ipsius Professio Fidei sincera esset, nihilominus nefanda *Liber brev.* c. 15. 16. *Epist.* 137. *al.* 99.

Sæculum V. A. C. 460.

hominis crimina plusquam sufficere, ut ab Episcopatus obtinendi spe in perpetuum excludatur. Nec satis esse, si Episcopus, præsertim in sublimi Sede, qualis Alexandrina est, collocatus verborum sono Catholicum se dicat, nisi simul suam Religionem bonis operibus comprobet. Hæc epistola 17. Junii anno 460. data.

Epist. 138. *al.* 100.

Elapso circa circiter Bimestri S. Leoni relatum, Timotheum Elurum in Chersonesum sub valida custodia fuisse deportatum, atque alium, Timotheum nomine, cui cognomentum *Solofaciole*, seu Albus, unanimi Clericorum, & populi, consensu Episcopum Alexandrinum fuisse electum. Ab eo etiam S. Leo epistolas, quibus suam Electionem significabat, aliasque a decem Ægypti Episcopis, & Clericis Alexandrinis, accepit. Respondit S. Papa, datis tribus epistolis, in quibus eis bonam Electionem gratulatur, hortatur ad concordiam, atque ut Hæreticos in Spiritu lenitatis ad Ecclesiam reducere satagant. Timotheum speciatim rogat, ut ad se sæpe epistolas det, & certiorem reddat, quam uberes fructus pax, in Ecclesiam ejus revecta, afferret. Epistolæ istæ 18. Aug. anno 460. datæ, & si ordo temporis spectetur, S. Leonis ultimæ sunt.

Ep. 139. 140. 141. *al.* 101. 102. 103.

§. XV.

Sæculum V.
A. C. 460.

§. XV.

Aliæ S. Leonis Decretales.

Aliquas S. Leonis Decretales habemus, quas suo temporis ordine non retuli, quod solam Disciplinam respiciant. Prima, ad Episcopum Beneventanum directa, 14. Martii, anno 458. data est. S. Leo eum acriter reprehendit, quod ordinem inter suæ Ecclesiæ Presbyteros servari solitum turbasset. Is nempe quemdam, nomine Epicarpum, ordinaverat, eumque consentientibus, imo & rogantibus duobus Presbyteris, ordine primis, omnibus præposuerat. Alius Presbyter, cui nomen Paulus, ob hanc mutationem querelam detulit ad Papam, qui jussit, ut singuli locum suæ Ordinationis tenerent, primis duobus exceptis, quos desiderium Episcopo suo placendi, & vecors assentatio movisset, ut loco suo cederent. Vult, ut post illum, cui cesserunt, stent, nimirum omnium ultimi. Putat insuper S. Leo ipsis Gratiam fieri, pœnam Depositionis meritis. Cuidam Episcopo, cui nomen Julius, curam committit, ut mandata ista exequatur. *Epist.* 118. *al.* 5.

Altera harum Decretalium ad Theodorum Episcopum Fori Julii directa est, & de Pœnitentia agit. Data est 10. Junii, an. 452. Initio epistolæ S. Leo Theodorum corripit, quod non ante omnia *Epist.* 83. *al.* 9.

Sæculum V. A. C. 460.

Metropolitæ sui consilium exquisierit, ut, quæ ignorabat, doceretur. Tum administrandæ Pœnitentiæ totum ordinem exponit, Confessionem, Satisfactionem, & Reconciliationem, quæ pœnitentem denuo Sacramentorum participem reddit. Dicit, pœnitentiam quidem Ministerio Pastorum adimpleri, sed per JEsu Christi Potentiam, & Donum Spiritus Sancti. (*) *Remedium istud*, inquit, *solis vivis prodest, nec potest adhiberi mortuis, qui, dum viverent, illo uti neglexerunt. Misericordiæ Dei limites ponere non possumus, atque Satisfactionem, & Reconciliationem concedere omnibus petentibus etiam in extremo vitæ periculo debemus,*

S. Leo.

(*) Ex his Confessio Sacramentalis clarissime probatur; Nam Ministerium Sacerdotis, JEsu Christi, qui principali virtute absolvit, Potentia, & per Donum Spiritus Sancti Gratia sanctificans, luculenter exprimuntur.

Verba S. Leonis in memorata epistola 83. hæc sunt: *Sic Divinæ Bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi Supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & Hominum Homo Christus JEsus hanc Præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem Pœnitentiæ darent, & eosdem salubri Satisfactione purgatos ad Communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi incessabiliter ipsi Salva-*

mus, si modo vera, & sincera sit conversio. In dispensandis Dei Donis non simus difficiles, & lacrymas se accusantium non spernamus, sed potius credamus, Deum ipsis tribuere Spiritum Pœnitentiæ. Si vox defecerit, sufficit, si moribundus signa det, se esse sui ipsius integre conscium, aut quicunque præsentes, fide digni, affirment, pœnitentiam petiisse. (*) Papa Theodoro mandat, ut ad Metropolitam suum mittat hoc Rescriptum, quo etiam alii Episcopi instruerentur. Sæculum V. A. C. 460.

Epistola tertia Decretalis ad omnes Episcopos Campaniæ, & duarum vicinarum Provinciarum, Samnii, & Piceni directa, sexta Martii anno 459. data est. S. Leo hos Episcopos vehementer increpat, *Epist.* 136. *al.* 80.

Salvator intervenit, nec unquam ab his abest, quæ Ministris suis exequenda commisit. Nihilominus Interpres Protestans, ut ea fide, qua cœpit, versionem suam compleret, verba Fleurii ex S. Leonis epistola excerpta: *il dit, que la penitence s'accomplit par le Ministere des Pasteurs &c.* germanice in sua Parte IV. pag. 668. ita reddidit: Er saget, daß die Busse nicht durch den Dienst der Priester zu Stande gebracht wird. Satis exploratum est, hunc Hominem amore veritatis non scripsisse. An quinta hujus versionis Germanicæ Pars prodierit in lucem, necdum ad meam notitiam pervenit.

(*) Hic certe sub voce Pœnitentiæ nihil aliud, quam absolutio Sacramentalis accipi potest.

Sæculum V. A.C. 460.

pat, quod Sacramentum Baptismi extra tempus solemne Paschæ, & Pentecostes absque ulla necessitate administrarent, idque omissis requisitis necessariis, instructione, Exorcismis, impositione manuum, & jejuniis conferrent. Objurgat, quod amore lucri Ecclesiæ Ritus contemnerent. Tum casus necessitatis indicat, quibus existentibus nulla habita temporis ratione Baptismus sit administrandus, scilicet, si morbus desperatus, incursus hostium, metus naufragii urgeant. Rursus eosdem Episcopos reprehendit S. Leo, quod confessionem pœnitentium publice recitari juberent. *Laudem quidem meretur*, inquit, *illa fidei abundantia, qua ita timemus Deum, ut coram hominibus erubescere non reformidemus; at non omnia peccata ejusmodi sunt, ut illi, qui Pœnitentiam petunt, ea palam facere non recusent, & multi a pœnitentia averterentur, sive eos pudor cohiberet, sive timor inimicorum suorum, qui contra ipsos ex Legum præscripto actionem movere possent. Igitur, si peccata primum Deo, & deinde per Confessionem secretam Presbytero (*) fuerint exposita, sufficit.*

§. XVI.

(*) Quid ad hæc Protestantes, & eorum Pastores? qui interrogati cur non secreto confiteantur, respondent: confitemur Deo. Atqui S. Leo

Sæculum V.
A. C. 460.

§. XI.

S. Leonis obitus. Hilarus Papa.

Opera S. Leonis, quæ nobis ſuperſunt, nonaginta ſex Sermones in præcipua anni Feſta, & centum quadraginta unam epiſtolas complectuntur. Is inter ceteros Pontifices primus eſt, a quo integrum operum ejus corpus habemus. Orationis Stylus nobilis eſt, & elegans, quo judicii maturitas, ingenii vis, atque animi Magnitudo expreſſa relucent. Poſt Vandalorum vaſtationem, omnibus Romanæ urbis Eccleſiis vaſa argentea reddidit, atque in hunc finem ſex magna vaſa, unumquodque librarum centum, olim a Conſtantino donata, conflari juſſit. S. Petri Baſilicam reparavit, & opere fornicato auxit, ornavitque. S. Pauli quoque Baſilicam, illapſo fulmine deſtructam, e cineribus ſuſcitavit, & fornicem ſuperaddidit, in quo Dominus noſter JEſus Chriſtus, comitantibus viginti quatuor Senioribus, opere Muſivo depictus erat cum Epigraphe, quæ indicabat, hanc Eccleſiam a Theodoſio ædificari cœptam ab *Lib. Pont.*

S. Leo hic docet, peccata primum Deo, & deinde per Confeſſionem ſecretam etiam Presbytero eſſe exponenda. Vel forte alium Doctorem ſequuntur, S. Leone Magno præſtantiorem, ſanctiorem, & cujus in Eccleſia major fuerit Auctoritas!

Sæculum V. A. C. 461.

Honorio consummatam, atque a Placidia, & S. Leone ornatam. Item S. Leo Basilicam ad Honorem S. Cornelii Papæ prope Cœmeterium Callisti in via Appia extruxit. Ad sepulchra SS. Apostolorum constituit Custodes, qui primum Camerarii appellabantur, & sequenti tempore Capellani, quia tunc temporis Capellæ Cameræ dicebantur. Quater Romæ ordinavit Mense Decembri, nempe octoginta & unum Presbyteros, Diaconos triginta, & unum, atque centum octoginta quinque per diversa loca Episcopos. Sacram Sedem obtinuit viginti & uno annis, & ad Superos evolavit anno 461. ut creditur undecima Aprilis, qua die etiamnum Ecclesia ipsius Memoriam veneratur. (*)

vide Quesn. diss. 1. n. 3. 4. &c.

S. Leo.

(*) Tillemontius in Articulo ad Leonem, Laudem ejus maximam una voce comprehendi dicit; quod jure ab omnibus Magni Nomen post fata retulerit. Et profecto S. Leo I. merito Dignitate Ecclesiastica supra omnes orbis Christiani Antistites effulsit, qui Prudentia admirabili, solida Doctrina, & Facundia, Paterna Sollicitudine, constantia, Moderatione animi, fervido in Hæreticos zelo, fortitudine, & Auctoritate inter suæ ætatis omnes facile eminuit.

Cum vero Tillemontii hic primo occurrat mentio, juvat animadvertere quid de ipsius opere R. P. Honoratus in suis animadversionibus in Regu-

S. Leonis Succeſſor fuit Hilarus, ipſius Archidiaconus, qui ante annos triginta ad Concilium Epheſinum miſſus, Eccleſiæ partes egregie tuitus fuerat. Electus eſt 12. Nov. ejusdem anni, Severino, Sæculum V. A. C. 461. *Marcel. Chr.*

Regulas, & uſum Critices dicat Diſſert. 1. *Tillemontius ſibi conſtituerat*, inquit, *primus Veritatem inveſtigare, aliisque aperire, Acta ſincera a fallacibus dignoſcére, quælibet Monumenta Eccleſiaſtica, quæ ſuperſunt, excutere, opera Patrum ſex priorum Sæculorum diligenter ſcrutari, æque ac Auctores profanos de Chriſtianis diſſerentes, & demum quidquid commodum eſſe poſſet abſolutæ efficiendæ Hiſtoriæ Veteris Eccleſiæ colligere.* Fleurianæ deinde Hiſtoriæ ſcopum, methodum, & materiam perite exponit, & ſubjungit: *Narrationi ſuæ Fleurius præſertim in prioribus Tomis compendia librorum Patrum intermiſcet, ad Doctrinam, Diſciplinam, & mores pertinentia, inſeruitque ſummatim formulas Fidei, Canones Conciliorum, & Acta Martyrum. Ecce tibi ſuper quæ conſtructa ſit Abbatis Fleurii Eccleſiaſtica Hiſtoria.* Nempe Tillemontius Materiam præparavit. Fleurius Hiſtoriam ſcripſit.

Pater Honoratus Artis Criticæ aculeum exerit in ipſam Tillemontii Criticen, quod Tillemontius teſtimonium S. Dionyſii Areopagitæ, ſeu alterius, ut ipſe putat, Scriptoris ætate poſterioris de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis non recipiat, & tamen in eodem loco ejusdem Scriptoris Auctoritatem adducat pro illa opinione, non S. Andream, ſed S. Petrum fuiſſe ætate majorem.

Sæculum V. A. C. 461.

& Dagalaifo Conſulibus. Ortus erat in Sardinia, habebatque Criſpinum Patrem; ſedit annos ſex. Epiſtolam ſcripſiſſe fertur de Fide Catholica, atque eam ad omnes Orientis Epiſcopos miſiſſe; in illa approbabat tria Concilia, Nicenum, Epheſinum, Calcedonenſe, & S. Leonis epiſtolam, Eutychen vero, & Neſtorium condemnabat. Hæc epiſtola ad nos usque non pervenit.

Mar. Scot. hoc an. Lib. Pont.

Eodem anno 461. Ricimer Patricius Imperatorem Majorianum eo adegit, ut Imperium abdicaret; id actum Dertonæ ſecunda Aug. ſeptima vero, Ricimero jubente, interfectus eſt, poſtquam annos quatuor, & menſes quatuor regnaſſet. Severus 19. Nov. Leonis Imperatoris conſenſu non exſpectato, Ravennæ Imperator proclamatus.

Chro. Idac. Marcel. Caſſiod. Jornand.

§. XVII.

Eudocia Imperatrix vita excedit.

In Oriente Eudocia Imperatrix, Theodoſii junioris vidua, 20ma Octobr. eodem anno 461. Indictione decima quarta, annum vitæ agens ſexageſimum ſeptimum, vivere deſiit. Ex quo tempore in Palæſtinam ſe receperat, multas Eccleſias, Monaſteria, & Hoſpitia ædificavit. Præter alias etiam S. Petri Eccleſiam, unam circiter Leucam diſtantem, & adverſa regione S. Euthymii Monaſterio oppoſitam,

vita S. Euthym. p. 64.

positam, condidit. Illo Eudocia tempore Paschali venit, ut viseret magnam cisternam, quæ ipsius jussu ibi fodiebatur, & cum inde S. Euthymii Lauram, atque dispersas in deserto Cellas aspiceret, affectu tenero mota, illum S. Scripturæ locum mente revolvit: *quam pulchra tabernacula tua Jacob! & Tentoria tua Israel!* Imperatrix Gabrielem, S. Stephani Abbatem, misit, qui S. Euthymium rogaret, ut ad se inviseret; ille responderi suo nomine jussit: *Filia mea! depone spem, me amplius in hac vita videndi. Quare autem dissipatur animus tuus, & turbaris in rebus plurimis? credo, te ante hyemem proximam ad Dominum migraturam. Ergo hac æstate animum collige, præpara te ad transitum in æternitatem, & in hoc Mundo mei nec scripto, nec voce, nimirum ut vel des, vel accipias, ultra memineris! cum vero ad Dominum perveneris, memento mei, & ora, ut per suam Misericordiam me, quandocunque, & quomodocunque voluerit, ad se vocet.*

Sæculum V. A. C. 461.

p 72. *Evagr. Lib.* 1. *c.* 21. 22. *Niceph. XIV. c.* 50. *Num.* 24. 5.

Hoc Responso accepto, Imperatrix haud modice affligebatur, & eo præcipue, quod vir Sanctus dixisset: *nullam amplius, neque scripto, de me mentionem facias!* nam eidem magnos census testamento legatura erat. Tum celeriter Jerosolymam delata, quæ S. Euthymius dixerat, Archiepiscopo narravit. Decima quinta Junii,

Nic. XIV. c. 50.

Sæculum V. A. C. 461.

Junii, S. Stephani Ecclesiam, quam in loco ipsius Martyrii, uno ab Jerosolyma stadio, ædificabat, necdum perfectam, dedicari curavit. Tantæ amplitudinis erat hoc ædificium, ut decem millia hominum caperet. Illuc S. Stephani Corpus illatum. Ibi etiam Eudocia Sepulchrum nacta est, atque huic Ecclesiæ pinguia scripsit Legata, quorum administrationem Gabrieli Abbati commisit; Ecclesiæ enim junctum erat Monasterium. Gabriel hoc Monasterium rexit annis viginti quatuor, obiitque octoginta annorum Senex, editis miraculis clarus. Vir fuit litteratissimus, quippe Latine, Græce, & Syriace scribebat. Tres numerabantur Fratres Gabriel, Cosmus, & Chrysippus, omnes S. Euthymi Discipuli. Cosmus Custos Crucis fuit, & postea per annos triginta Scythopolis Secundæ Palæstinæ Metropolis Episcopus. Ei in Custodia Crucis Chrysippus successit, quo munere annis duodecim functus est. Presbyter erat, & aliquos libros ediderat. Eudocia alias etiam Ecclesias, sua pecunia ædificatas, ante obitum suum dedicari jussit, & singulis congruam dotem assignavit. Universæ donationes Ecclesiis, Hospitiis piis, aut Monasteriis scriptæ, viginti millibus, quadringentis, & octoginta quatuor libris auri æstimatæ fuerunt, vasis Sacris non computatis. Cum aliquando Die Pascha-

Ecclesia S. Stephani.

Conc. Nic. II. Act. 1. to. 7. p. 92.

vita S. Euthym. p. 76. 77.

Phot. Cod. 171. p. 383.

Paschatis in Ecclesiam S. Sepulchri venis- Sæculum V.
set, decies mille congios olei, singulos A. C. 461.
unius circiter libræ Romanæ, alendis Lu- *Nice. XIV.*
cernis obtulit. Domum Episcopalem a *c.* 50.
fundamentis extruxit. Muros urbis Je-
rosolymæ reparavit, & amplificavit.

Eudocia Imperatrix ingenium quo- *Phot. Cod.*
que, quod a Natura acceperat elegantis- 183. *p.* 414.
simum, in Bonum Religionis impendit.
Priores octo Scripturæ Libros versibus He-
roicis Græcis reddidit. Simplex erat ver-
sio, accurata, & tersa, quæ Textum, omisso
omni ornatu Poetico, fideliter exprime-
bat. Simili modo Prophetas Zachariam, *Cod.* 184.
& Danielem in versus transtulerat, at-
que in tribus libris eodem stylo Historiam
S. Cypriani, & S. Justinæ composuerat.
Nullum ex his operibus ad nostra tem-
pora conservatum, nisi Centones Home-
ri, id est, JEsu Christi vita, meris Home-
ri versibus, ex variis ejus operibus rela-
tis constantes. Alii putant, hoc opus
Pelagio Patricio tribuendum. Virgilii
etiam Centones adsunt, qui Probæ Falto- *Sup. XIX.*
niæ, Anicii Probi uxori, tribuuntur. *§.* 60.

§. XVIII.

S. Simeonis Stylitis obitus.

Sub idem tempus S. Simeon Stylites vi- *vita per Ant.*
ta defunctus est. Cum se inclinasset, *c.* 16. *al.* 9.
oraturus, dies tres, nempe die Veneris,
Sabbati, & Dominica in eodem situ per-
stitit.

Sæculum V. A. C. 461.

stitit. Antonius ejus Discipulus, re insolita attonitus, ad Magistrum ascendit, dixitque: *Surge, Domine! & benedic nobis. Tres jam dies sunt, & totidem noctes, ex quo populus Benedictionem tuam expectat.* Ipso non respondente, Antonius subjunxit: *quare me affligis? porrige mihi manum. An forte jam a nobis abscessisti?* Cum nec tunc loqueretur, rem ipse silentio premere statuit, & quia Sanctum tangere non audebat, aure admota, nullum tamen halitum notavit, sed suavissimum odorem e corpore ejus egredientem sensit. Tum intellexit, desunctum esse, atque oculos, & barbam deosculans, dicebat: *cui me derelinquis, Domine! ubi jam Doctrinam tuam Angelicam inveniam? quis deinceps Columnam tuam, te absente, aspiciet, & lacrymas tenebit? quid jam ægrotantibus, te, & sanitatem suam quæsturis, respondebo?* Inter similes questus tristitia languenti somnus irrepsit; dormienti apparuit Sanctus, dicens: *Columnam istam, & locum, & montem non deseram. Secreto Antiochiam mitte, qui me mortuum nunciet, ne tumultus excitetur. Tu vero in loco isto servire ne cesses.*

Antonius, ubi evigilavit, notæ fidei Fratrem Antiochiam misit, qui viri Sancti mortem ad Martyrium Episcopum deferret. Illico Episcopus cum tribus

c. 17. *Evagr. l.* 6. 13.

aliis

aliis adfuit; Ardaburum etiam Militiæ in Oriente Magistrum cum cohortibus adduxit, quæ Sancti Corpus custodirent, ne populi ex vicinis urbibus accurrentes Reliquias diriperent. Ergo Defunctus inter Hymnorum, & Psalmorum cantus Antiochiam translatus est. At totius Regionis populus grandi tristitia afficiebatur, quod tanti viri Patrocinium sibi eriperetur, & jussisset Episcopus Antiochenus, ne cuiquam aliquid de Corpore Sancti aufferre liceret. Ceterum mulorum opera devehebatur Corpus, quod via esset valde longa, quippe Civitas trecentis stadiis, id est, quindecim Leucis, ab illo monte distabat. Vir aliquis, qui in pœnam magni criminis ab annis undecim surdus fuerat, & mutus, ante feretrum se projiciens, clamabat: *felix esto adventus tuus, Serve Dei! tu me sanabis, & ego tibi serviam, quoad spiritus hos artus reget.* Confestim surgens, unum ex jumentis arripuit, & ex illa hora sanatum se sensit.

Sæculum V. A. C. 461.

Anton. c. 17.

c. 20.

Omnes urbis Antiochenæ cives pretiosis Reliquiis obviam processerunt, easque cantantes, & cereos manibus ferentes, primum in magna Ecclesia, indeque in alia, quæ Pœnitentia dicebatur, deposuerunt. Plura ad ejus Sepulchrum miracula, quam ipso vivente, edita. Vir ille, qui omnium primus in via sanatus fuerat, toto, quo

super-

Sæculum V. A.C. 461.

S. Simeon obiit.

Evagr. I. hist. c. 13.

supervixit, tempore, illi Ecclesiæ servivit. Hæc omnia ex Antonii, qui viri Sancti Discipulus fuit, narratione accepimus. S. Simeon annos ferme sexaginta novem inter vivos egit. Tredecim annorum puer, Monasticum Institutum amplexus illud annis quinquaginta sex professus est. Novem priores annos in Monasteriis, & quadraginta sex vivebat in *Mandra*, ita etenim locus, in quo permanebat, vocabatur. Vox ista sensu proprio gregem significat; hinc factum, ut qui alias Abbas, inter ipsos Archimandrita appellaretur. S. Simeon annos decem in claustro minore, & triginta septem in Columnis diversæ altitudinis exegit. Itaque circa annum 390. natus fuerit.

Leo Imperator ab incolis urbis Antiochenæ S. Simeonis Corpus expetiit; ipsis vero rogantibus, ne se charissimo thesauro, & tutela miseræ urbis, cujus mœnia terræ motu collapsa, privaret, acquievit Imperator. Caput viri Sancti populo monstrabatur, quod Historiæ Scriptor Evagrius cum capillis, & catena, quam collo gestabat, vidisse se dicit. Posteriori tempore circa *Mandra* Ecclesia in forma Crucis ædificata, cujus latera quatuor porticus, columnis innixæ, ornabant. In medio ædificii quadrati subdialis erat area, præcellenti opere decorata; ibi stabat quadraginta cubitorum columna, in qua vir

vir Sanctus tot annos egerat. Hæc ex porticibus per feneſtras conſpiciebatur; fæminis autem eandem non niſi per portas videre licebat, nam in Eccleſiam non admittebantur. Sæculum V. A.C. 461

§. XIX.

Concilium Arelatenſe tertium.

In Gallia Monaſterium Lerinenſe poſt S. Honoratum nactum eſt Abbatem S. Maximum, poſtea Epiſcopum Rejenſem, dono Miraculorum illuſtrem, cujus memoriam Eccleſia 27. Nov. celebrat. Ipſi tam in una, quam in altera Dignitate ſucceſſit Fauſtus. Is cum Abbatiæ Lerinenſi præeſſet, inter ipſum & Epiſcopum Fori Julii lis orta eſt, nam Lerinum illa ætate Diœceſis hujus Epiſcopi pars erat. Ravennius Epiſcopus Arelatenſis, ut litem finiret, Concilium tredecim Epiſcoporum coegit, interfuere ipſe Ravennius cum Ruſtico Narbonenſi, & illius Provinciæ Epiſcopi. Abbas, & Monachi Lerinenſes quoque advenerunt. In hoc Concilio inprimis decretum, Theodorum Epiſcopum Fori Julii rogare, ut ad tollendum ſcandalum, Fauſti Abbatis Lerinenſis Satisfactionem reciperet, præterita oblivioni mandaret, in amicitiam rediret, & ad ſuum Cœnobium dimitteret. Auxilia etiam, quæ promiſiſſet, ſicut antea præſtaret, nec plus juris in iſtud Monaſterium

Martyr. R. 27. *Nov.*

Epiſt. to. 4. *Conc. pag.* 1023.

Sæculum V. A.C. 462.

rium, quam Leontius anteceſſor ejus, ſibi tribueret, nimirum Clerici, & Miniſtri Altaris ab ipſo ſolo, aut ab illo, cui id commiſiſſet, ordinarentur, ipſe ſolus Sacrum Chrisma diſtribueret, & Neophytos, ſi qui eſſent, confirmaret, Clerici exteri absque ipſius juſſu non reciperentur. His vero additum, ut tota Laicorum hujus Monaſterii multitudo ſub Abbatis, quem elegiſſent, poteſtate eſſet, nec Epiſcopo quidquam juris in eos ſit, aut aliquem inter Clericos, niſi ab Abbate rogatus, ſuſcipere poſſit.

Hic jura Epiſcoporum in Monaſteria diſpiciuntur, atque deprehenditur origo exemptionis, in eo fundatæ, quod Communitas ex Laicis conſtaret, ſibi Superiorem eligentibus. Iſtud Concilium inter Arelatenſia tertium numeratur, nec tardius, quam anno 461. celebrari potuit, cum ab initio anni ſequentis Leontius Archiepiſcopus Arelatenſis poſt Ravennium fuerit. Id cognoſcitur ex Hilari Papæ epiſtolis, qui Leontio 25. Jan. anno 462. Imperatore Severo Conſule, ſcripſit, ut ipſi Electionem ſuam pro more notam faceret, rogaretque, ut eam omnibus Epiſcopis, ſibi ſubjectis, ſignificaret.

v. not. Sirm. p. 1025.

Hilar. Ep. 5. tom. 4. Conc. p. 1039.

§. XX.

Concilium Turonenſe.

Paulo ante aliud Concilium Turone decimo

cimo quarto Kalendas Dec. Severino Consule, id est, 19. Nov. anno 461. actum fuerat. Episcopi octo adfuere; his praerat S. Perpetuus, qui inter Episcopos Turonenses sextus, & a S. Martino tertius numeratur. S. Martino successit S. Bricius, huic Eustochius ex Genere Senatorio, & ipsi Perpetuus, Eustochii propinquus. Cum S. Martini Sepulchrum continuis prodigiis fulgeret, Perpetuo Ecclesia, ibi a S. Bricio ædificata, angusta nimis visa est; hinc centum ab urbe passibus majorem Ecclesiam centum quinquaginta pedes longam, latam sexaginta, altam quadraginta quinque, columnis viginti sex sustentatam. Portæ octo patebant, atque solis lux per fenestras quadraginta duas incidebat. Eadem die, qua illo S. Martini Corpus, erat autem tertia Julii, & Ordinationis ipsius anniversaria, translatum, dedicata est. Perpetuus ab illius ætatis Poëtis versus petiit, qui novæ Ecclesiæ parietibus inciſi, subeuntium oculis objicerentur. Inter ceteros celebratissimi sunt, quos ipse Auctor Sidonius posterorum memoriæ conservavit.

Sæculum V. A. C. 462.

Greg. X. Hist. c. 31. Sup. XX. §. 99.

Greg. II. Hist. c. 14. Id. I. Mirac. S. Mart. c. 6.

Sid. IV. ep. 18.

Secundum locum in Concilio Turonensi tenuit Victorius, Episcopus Cenomanensis, qui inter Sanctos 1. Sept. colitur, S. Liborii Successor. Tertius fuit Leo, Episcopus Bituricensis. Cum igi-

Inf. §. 42. Martyr. R. 1. Sept.

Sæculum V. A. C. 462.

tur isti Episcopi ad celebrandum S. Martini festum Turones convenissent, die octava Concilium egerunt, & Canones tredecim condiderunt.

In illis Continentia enixe commendatur. Antiqua statuta renovantur, ne
c. 1. c. 2. Presbyteri, & Diaconi, matrimonio ligati, cum uxoribus commercium habeant; sed veterum Canonum rigor temperatur, quo, si cohabitarent, Communione privabantur. Tum admonentur, ut intemperantiam in vino potando, & familiaritatem
c. 3. cum alienis mulieribus, tanquam luxuriæ irritamenta, devitent. Clerici
c. 4. minores, quibus licet uxores habere, viduas non ducant. Clerici, qui relictis
c. 5. suis functionibus, Militiam sequuntur,
c. 11. aut ad Statum Laicorum redeunt, & om-
c. 13. nes illi, qui absque licentia Episcopi sui a suis Ecclesiis discedunt, excommunicantur. Usura prohibetur, quod sit Dei Præceptis contraria. Prohibetur ne Epis-
c. 9. 10. copus in alterius jura peccet. Prohibetur, ne Christiani communicent cum Ho-
c. 6. 7. micidis, Virginum Sacrarum stupratoribus, Monachis apostatis, donec Pœnitentiam
c. 8. subierint. Idem statuitur de Pœnitentibus apostatis, id est, de iis, qui postquam pœnitentiam susceperunt, incepto opere deficiunt. Credere pronum est, bella, & Barbarorum incursiones causam tot malorum, quæ reprimere Concilium

cilium hoc nititur, extitisse. Subscripserunt octo Episcopi, qui ibi nominantur, Presbyter unus nomine cujusdam Episcopi cœci, & Thalassius, Episcopus Andegavensis, qui domi suæ Nomen apposuit. Sæculum V. A.C. 462.

§. XXI.

Concilium Venetiense.

Post aliquot annorum lapsum, idem Perpetuus Concilium egit Venetiæ, (*) cum Paternus illius Civitatis Episcopus ordinaretur. Alii præterea quatuor Episcopi, Athenius Rhedonensis, Nunechius Nanetensis, Eusebii Successor, Albinus, & Liberalis interfuerunt. Tredecim Canones conscripti, plerique Turonensibus similes. Lex prohibens Clericis, ne sine litteris Episcoporum suorum commendatitiis peregrinentur, ad Monachos extenditur, & si verba iis coercendis non sufficerint, statuitur, ut adhibeantur verbera. Prohibetur, ne extra Septa Monasterii, & sine Licentia Abbatis, cellulas privatas habeant, & Abbatibus, ne plura habeant Monasteria, aut domicilia, nisi forte in Civitatibus domos, quo confugere possint, si hostes ingruant. Sub Excommunicationis pœna Clericis prohibetur, ne ad tribunalia Sæcularium sine licentia

c. 6.

c. 7.

c. 9.

(*) Venetia seu Vennes urbs est minoris Britanniæ.

Sæculum V. A.C 462.

centia Episcopi convertantur, sed si suspectum sit Episcopi tribunal, aut si contra ipsum Episcopum agere velint, aliorum Episcoporum Judicium implorent. Clerici, quibus uxorem ducere interdictum, nimirum Subdiaconi, & in ordinibus Subdiaconatu majoribus constituti, conviviis
c. 11. nuptialibus non interfint, nec profanis Comitiis, ubi insani amores canuntur, & obscœne saltatur, ne aures, oculique, tractandis Sacris Mysteriis destinati, inquinentur. Clerici etiam Judæos fugiant, &
c. 12. cum ipsis non assideant mensæ, quia non omne ciborum genus, quibus nobis vesci licitum, comedunt. Clericus, qui ebrius
c. 13. inventus fuerit, per dies triginta a Communione separabitur, aut pœna corporis
c. 14. castigabitur.

Clericus, si fuerit in Civitate, & absque causa precibus Matutinis non interfuerit, per dies septem a Communione
c. 15. separabitur. Sacrarum Cæremoniarum
c. 16. Ritus, & Psalmodiæ usus in tota Provincia conformes sint. Clericis sub pœna Excommunicationis prohibetur, ne illi Divinationis generi, quod Sors Sanctorum dicitur, operam dent, aut futura præscire cujuscunque Scripturæ inspectione se jactent. Jam antea de hac Superstitione mentionem fecimus, quæ ne tunc quidem extingui potuit. In principio horum Canonum visitur epistola, qua jube-
Sup. tur,

tur, ut canones isti ad duos illius Provinciæ Episcopos, qui a Concilio Venetiensi abfuerant, nimirum Victorium Cenomanensem, & Thalassium Andegavensem dirigerentur. Sæculum V. A.C. 462.

§. XXII.

Concilium Romanum.

Cum quidam, cui Nomen Hermes, Episcopus Blyterensis fuisset ordinatus, eum Cives nolebant recipere, quod anteactæ vitæ dedecus, ut verum erat, Episcopatu indignum redderet. Contemptu incitatus Hermes Ecclesiam Narbonensem invasit; tum ipse, & Episcopus Blyterensis Romam ad S. Leonem Papam, & Hilarum Papam libellos supplices mittunt. Hilarus, quem etiam Diaconus, Joannes nomine, quid rei subesset, edocuerat, præprimis Leontio Arelatensi scripsit, petens, quæ facta fuissent cum adjunctis, ad se mitteret in Libello, cui ipse, & alii Episcopi subscripsissent, ut secundum ea sententiam ferre possit. Hæc epistola tertia Nov. anno 462. data est. Missi ab utraque Parte delegati, & duo ex Gallia Episcopi Faustus, & Auxanius Romam profecti, interfuerunt Concilio, a Papa eodem Mense Nov. celebrato cum Episcopis, qui magno numero, & e diversis Provinciis ad diem ordinationis ejus anniversariam honorandam convenerant. *Hil. ep. 7. to. 4. Conc. p. 1040.*

Sæculum V. A.C. 462.

nerant. Judicata Hermetis causa, latam a Concilio Sententiam Papa Episcopis Provinciarum Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis, & Alpium penninarum perscripsit. Hæc epistola tertia Dec. Imperatore Severo Consule, eodem anno 462. data.

Ep. 8.

In ea deciditur, ut ex indulgentia, & ad conservandam bonam pacem, Hermes Episcopatum Narbonensem retineat, addita conditione, ne Potestate gaudeat ordinandi Episcopos, sed illa ad Constantium Episcopum Ucetiæ, illius Provinciæ Seniorem, translata sit, ita autem, ut, defuncto Hermete, jus ordinandi ad

c. 2. Episcopum Narbonensem redeat. Quo futuris temporibus a similibus jurgiis caveatur, Episcopi Galliæ monentur, ut singulis annis Concilia Provincialia agant, in illis locis, ubi congregari possint. Istud haud dubie ideo additur, quod per hostiles tumultus non ubique, ut Canones præciperent, Concilia agere liceret. Leontius Episcopus Arelatensis locum, & tempus Concilii, datis ad Metropolitanos Litteris, indicet; at vero in causis majoris momenti, quæ in Concilio Provinciali componi non poterunt, Sacra Sedes con-

c. 3. sulatur. Episcopi sine Metropolitæ sui litteris ex Provincia non abeant, si litteræ denegentur, Episcopum Arelatensem

c. 5. interpellent. Ecclesiæ prædia, nisi Concilii

cilii Auctoritas intercedat, alienare non possint. Leontius Papæ Libellum obtulerat, quo aliquas Ecclesiæ Arelatensis Parochias, a S. Hilario Prædecessore suo, alienatas, repetebat. At Papa hujus rei judicium Galliarum Episcopis reliquit. Sæculum V. A.C. 463.

§. XXIII.

Epistolæ Hilari in Causa S. Mamerti Viennensis.

Hilaro Papæ relatum, Mamertum, Episcopum Viennensem, Ecclesiæ Diensi invito populo, & vi adhibita Episcopum ordinasse; præterea in Ecclesiæ Romanæ tabulis invenit, Ecclesiam Diensem in illarum numero non recenseri, quæ Ecclesiæ Viennensi subjicerentur. Nam secundum S. Leonis dispositionem illi Ecclesiæ quatuor non plures aliæ, nimirum Valencia, Tarentasia, Geneva, & Gratianopolis erant subordinatæ. Hilarus Papa litteris ad Leontium Arelatensem datis conquestus, quod de hoc molimine se non edocuisset, ait: *hanc causam examina in Concilio, quod juxta nostra mandata singulis annis agi oportet, & cui tu præsis. Hujus ordinationis rationem a Mamerto exige, & omnia communi epistola ad nos perscribe.* Hæc epistola 10. Octobr. anno 463. Basilio Consule, data. Papa ad Episcopos quoque Provinciarum Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis, & Alpium

Sup. lib. XXVII. §. 49. Leo ep. 50. al. 109. ep. 9. to. 4. Conc. pag. 1043.

Ep. 10.

Sæculum V. A.C. 464.

pium ſcripſit, Epiſcopo, cui nomen Antonius, litteras ferente. Hortatur, ut facti hujus, & ſimilium audaciam reprimant, & frequentius, ut expediret, Synodum convocarent.

Antonius Reſponſum Concilii Gallicani, in quo Epiſcopi viginti numerabantur, Romam detulit; id enim ex epiſtola, ad ipſos vigeſima quarta Febr. anni ſequentis 464. a Pontifice data, apparet. Dicit, oportuiſſe, ut Epiſcopus Viennenſis, ſicut & Dienſis, quem contra Canones ordinaſſet, deponerentur. Nihilominus, ne Pax Eccleſiarum turbaretur, mavult indulgere, & alicui ex ipſis Episcopo, Verano, committit curam, ut tanquam Legatus a Sacra Sede ad Mamertum Viennenſem ſe conferat, moneatque, ne impoſterum tale quidquam moliatur, ſecus Jurisdictione in quatuor Eccleſias Provinciæ ſuæ privandum, eamque in Epiſcopum Arelatenſem transferendam. Ceterum jubet, ut ordinatio Epiſcopi Dienſis a Leontio Epiſcopo Arelatenſi, ſi ipſi viſum fuerit, confirmetur.

epiſt. 11.

§. XXIV.

Concilium Romanum alterum.

ep. 1. *Tarr. to.* 4. *Conc. p.* 1033.

Aſcanius Epiſcopus Tarraconenſis, & omnes Suffraganei ejus, datis ad Hilarum Papam epiſtolis, querebantur, quod Silvanus, Epiſcopus Calagurienſis Diœceſis,

Sæculum V.

ceſis, in extrema illius Provinciæ parte ſitæ, ordinaſſet quemquam Epiſcopum, populo inviſum, atque alteri Epiſcopo Presbyterum eripuiſſet, quem ipſo invito crearet Epiſcopum. Epiſcopus Cæſar-Auguſtanus præter querelas monita ad vicinos omnes Epiſcopos dederat, ut ſe ab hujus Schismatici Communione ſepararent. Ergo Epiſcopi Provinciæ Tarraconenſis Papam rogabant, ut ſibi præſcriberet, quid hac ſuper cauſa in Concilio ſuo eſſet decernendum. Poſtea ſuper alia quoque re ſcripſerunt. Nundinarius, Epiſcopus Barcinonenſis, moriens ediderat, quod cuperet Succeſſorem habere Ireneum, jam Epiſcopum alterius Civitatis, cujus Eccleſia Barcenonenſi originem debebat; huic Nundinarius modica, quæ habebat, bona teſtamento relinquebat. Illius Provinciæ Epiſcopi, perpendentes, quod Defunctus id optaſſet, atque Clerici, populus Barcenonenſis, & viri in iſta Regione ſpectatiſſimi eum expeterent, in Irenei translationem conſenſerunt, petieruntque, ut Papa eandem ratam haberet.

A. C. 464.

epiſt. 2.

Cauſæ memoratæ ad examen vocatæ ſunt in Concilio Romæ acto, Baſilisco, & Hermenerico Conſulatum gerentibus, quinto Kalendas Dec. id eſt, 17. Nov. anno 465. in Baſilica S. Mariæ, cum Epiſcopi, recurrente anniverſaria die, qua Papa ordina-

to. 4. Conc. p. 1060.

Sæculum V. A. C. 465.

ordinatus fuerat, convenissent. Adfuere Episcopi quadraginta octo, si SS. Pontifex, & duo, qui ex Africa venerant, accenseantur. S. Maximus Taurinensis nemini, nisi soli Papæ secundus, nominatur; nec mirum, nam vir hic jam ab Imperatoris Honorii tempore inter Episcopos eximius ferebatur. Aliqui ipsius Sermones ad nos usque transmissi sunt. Episcopus Portuensis quinto loco legitur, & conjicere debemus, unumquemque ordine temporis, quo Episcopus ordinatus fuerat, subscripsisse. In hoc Concilio quinque Canones conditi, quos Papa pronunciavit, aliique Episcopi acclamando probarunt; nam singuli sententiam non dixerunt. In quarto Canone dicitur, Episcopum ultro ea condemnare oportere, quæ ipse, vel Antecessores ejus perperam, & contra Canones fecissent, quod si omittat, esse castigandum. Canon quintus reprehendit Episcopos, qui morti proximi sibi Successorem designant, quod ipsorum erga unum hominem intempestivus favor Electionem futuram, & legitimam eludat.

Cum Papa occasione eorum, quæ Barcenone errata fuerant, hæc observanda proponeret, epistolam Episcoporum Hispaniæ hac super re recitari jussit. Hæc lectio bis clamore Episcoporum, abusum damnantium, ne cui Episcopatum alteri quasi

Sæculum V. A. C. 465.

quasi Testamento legare liceret, interrupta est. Altera quoque epistola de iis, quæ Silvanus contra jus molitus fuerat, lecta. Postquam Episcopi acclamassent, Papa singulorum sententiam expetiit. S. Maximus Taurinensis sancte affirmavit, nihil unquam se admissurum, quod Canones prohiberent, & ab omnibus, qui in eos peccarent, Sacræ Sedi rationem esse reddendam. (*) Ingenuus Embrodunensis eadem pollicitus est, cujus exemplum omnes reliqui secuti. Papa præcepit, ut Concilii Acta a Notariis vulgarentur, & quæ definita fuissent, scripsit, edita epistola Decretali, ad Ascanium, omnesque Episcopos Provinciæ Tarraconensis directa, atque 30. Dec. ejusdem anni 465. data. In exordio epistolæ SS. Pontifex dicit, Magistratus, & Civium Principes ex pluribus Hispaniæ urbibus litteras ad se dedisse, in quibus Silvani facta excusarent, hinc temporum necessitate ponderata, se præterita velle dissimulare, si modo imposterum Canones observentur. Jubet igitur primo, ne quis Episcopus absque consensu Metropolitæ consecretur. Prohibet Episcoporum translationes. Vult ut Ireneus, sub pœna Excom-

Concilium Romanum sub Hilaro.

ep. 2. to. 4. Conc. pag. 1035.

(*) Hic videmus, quanta Canonum Reverentia illa ætate fuerit, & quanta SS. Pontificibus Auctoritas.

Sæculum V. A. C. 465.

Excommunicationis ad Ecclesiam suam redeat, & Ascanius ex Clericis Barcenonensibus virum eligi curet dignum, qui hanc Sedem obtineat, eundem consecret, ne Dignitas Episcopalis futuris temporibus quasi Hæreditaria reputetur, quæ per solam JEsu Christi Gratiam confertur. In una Ecclesia nunquam duo Episcopi sint. Non ordinentur Bigami, nec Pœnitentes, nec mutilati, nec illiterati, etiamsi talem populus expetat. Indulget autem Pontifex, ut Episcopi, inscio Ascanio ordinati, suam Dignitatem teneant, si nullo ex prædictis defectu laborent. Necessitas temporum, quæ ad indulgendum movet, Dominatum Barbarorum, a quibus tota Hispania vexabatur, indicare videtur.

Ingenuus, Episcopus Embroduni, Alpium maritimarum Metropolis, ad Hilarum Papam querelam detulit, quod in Concilio Romano, anno 462. acto, Episcopus Auxanius quædam in suæ Ecclesiæ favorem subreptitie obtinuisset, quibus Ecclesiæ Metropoliticæ jura læderentur. Papa ad Episcopos Leontium, Veranum, & Victurum rescripsit, jubens, ut in hujus causæ veritatem inquirerent, se vero nolle quidquam contra Canones concedere, aut quod Ecclesiarum jura acquisita læderet, nec favere Ambitioni Episcoporum; Episcopalis enim Ministerii fructus non terrarum spatio, sed animarum, quas lucra-

epist. 4.

lucrarentur, numero, æstimari oportere. Quæ S. Leo de duabus urbibus Cemela, & Nicea ad Varum, statuerat, ut unum Episcopum haberent, confirmat. Illa tempestate Episcopus Cemelæ, quod hæc civitas altera esset potentior, residebat; at post hæc Cemela furore bellico delecta, Sedes Episcopalis Niceam translata est. Sæculum V. A. C. 465.

§. XXV.

Initia S. Danielis Stylitis.

Anno eodem 465. Basilisco, & Hermerico Consulibus, excitatum Constantinopoli pernicioſissimum incendium octo urbis Regiones consumpsit. Id futurum S. Daniel Stylites prædixerat, suaseratque Patriarchæ Gennadio, & Leoni Imperatori, ut, imperatis bis per hebdomadam publicis precibus, cladem avertere satagerent; sed surdis fabulam cecinerat. Eventus vaticinii memoriam reduxit, & populus ad Sancti viri Columnam festinans, is amissam domum, alius bona, amicos, uxorem, liberos sibi ereptos, lamentabatur. Ipse alienam calamitatem vehementissime dolens, & lacrymis perfusus, monebat, ut oratione, & jejuniis Deum placare conarentur. Tum manibus in Cœlum extensis pro eis oravit, & dimisit, dicens, post diem septimum ignem esse extinguendum, quod ita accidit. *Marc. Chro. an. 465. Chr. Pasch. vita S. Dan. ap. Sur. 11. Dec. 6. 24. c. 27.*

Impe-

Sæculum V. A. C. 465.

Imperator quoque, & Imperatrix ad virum Sanctum venerunt, rogantes, ut a Deo poſceret, præterita ſibi ignoſceret, & in futurum ſecuros præſtaret.

Anni tunc non plures quatuor, aut quinque effluxerant, ex quo Daniel Co-
vita c. 2. lumnam ſuam conſcendit, nempe ab obitu S. Simeonis, quem ſibi imitandum propoſuerat. Daniel in oppido Maratha prope Samoſatam natus, duodennis vicinum
c. 6. Monaſterium ingreſſus eſt. Diu poſtea Abbas ejus ob Eccleſiæ cauſas Antiochiam proficiſcens Danielem ſibi ſocium itineris accepit, & cum via præter Teladam, ſeu Telaniſſam, duceret, S. Simeonem Stylitem in columna ſtantem Diſcipulo oſtendit. S. Simeon permiſit, ut Daniel ad ſe aſcenderet, juvenique ſuam Benedictionem impertitus, prædixit, multa pro JEſu Chriſto eſſe paſſurum. Abbate ipſius e vivis translato, & Fratribus Danielem in locum defuncti ſufficere volentibus, munus ſubire recuſavit. Secundo S. Simeonem Stylitem inviſit, & dies quatuordecim in Mandra, ſeu Monaſterio, quod prope columnam extructum erat, manſit. Tum profectione in Terram Sanctam
c. 8. ſuſcepta, a S. Simeone, ſibi in via apparente, Conſtantinopolim ire jubetur. Ipſe morem geſſit, cumque ad locum (*Philempore* accolæ vocabant) diverti-ſet, ubi non nunquam maligni Spiritus con-

conſpicui fieri dicebantur, in Eccleſia, ab omnibus derelicta, ſedem fixit. Aliquos Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Clericos ſibi infenſos ſenſit, ſed Epiſcopum Anatolium Defenſorem habuit, & poſtquam eum Daniel a gravi morbo liberaſſet, mercedis loco petiit, ut Epiſcopus ſuis calumniatoribus veniam concederet. Sæculum V. A. C. 465. c. 11.

S. Simeon Stylites per manus Sergii, Diſcipuli ſui, tegumentum Capitis ſui ad Imperatorem deferri juſſerat; is, in conſpectum Principis non admiſſus, ad Danielem, de quo, fama ferente, mirabilia audiverat, ſe contulit. Huic S. Simeonis obitum, & itineris ſui cauſam aperuit. Daniel econtra hoſpiti multa, & ſingularia de S. Simeonis vita, ſibi a Deo revelata, manifeſtavit. Itaque Sergius, omiſſo ad Regiam redeundi propoſito, Donum, Imperatori deſtinatum, Danieli tradidit. Cum annis novem Daniel in loco *Philempore* fuiſſet, columnam aſcendendi conſilium cepit.

Ergo columnam in monte, loco, qui Anaplus dicebatur, prope Ponti Euxini oſtia, erigi juſſit. Inferius duæ poſitæ erant, & validæ columnæ, ferreis vectibus junctæ, his columna minor ſuperædificata eminebat, ubi Daniel in clauſtro, modii ſpeciem referente, perſiſtebat. Situs Regionis ſæpe validiſſimis ventis, & rigidiſſimo frigore horrentis, pœniten- *Theod. Lect. lib. 1. p. 554.* *vit. Dan. c. 28. c. 32.* Daniel Stylites.

Sæculum V. A. C. 465.

tiam Danielis majori admiratione quam S. Simeonis dignam faciebat. Quadam hyeme ventorum turbines in columnæ ſuæ culmine perſeverantem tantum non in aëra abvexerunt, certe veſtimentis omnibus ſpoliarunt; ipſe immobilis, & frigore rigens jacebat. Tum Diſcipuli ejus, conſcenſa columna, ſpongiarum opera, & affuſa aqua calente congelata membra ſolverunt. Non ideo tamen a Columna deſcendit, ſed usque ad annum octogeſimum ibi vitam duxit.

c. 25. Gennadius Epiſcopus Conſtantinopolitanus Danielem, quin e monte deſcenderet, Presbyterum ordinavit. Nam, precibus ſolitis inferius peractis, columnam aſcendit, ut neceſſarias Cæremonias adhiberet, & ordinato Communionem porrigeret. Daniel miſſis ad Deum precibus Leoni Imperatori, ſæpe ad ſe inviſenti, nam Princeps hic virum Sanctum
c. 21. maxima Reverentia proſequebatur, filium impetravit. Imperator prope Danielis
c. 34. columnam modicum Monaſterium, in quo ejus Diſcipuli habitarent, Hoſpitium item peregrinis advenientibus, & oratorium, in quo S. Simeonis Reliquiæ, S. Danielis juſſu Antiochia allatæ, deponeren-
c. 31. tur, ædificavit. Cum Gubas, Rex Lazenſium, adveniſſet, cum Romanis inita pridem fœdera renovaturus, Hoſpitem Imperator ad inviſendum S. Danielem,

Homi-

Hominis in Imperio suo Prodigium, deduxit. Rex Barbarus in terra prostratus, & lacrymans, veneratus est Sanctum, qui pactorum tunc inter ambos Principes initorum Arbiter extitit. Gubas ad suos reversus, portentum enarrabat, & quotiescunque exinde Legatos Constantinopolim mitteret, ad S. Danielem, litteris datis, precibus ejus suam fortunam commendabat. Sæculum V. A. C. 465.

§. XXVI.

Leges pro Asylis latæ.

Ardaburus Patricius, quo nullus in Imperio potentior, suorum alicui irascebatur; is ad Monasterium Acemetensium, cui S. Abbas Marcellus præerat, confugit. Misit Ardaburus, qui hominem repeterent, &, Monachis reddere recusantibus, in minas erupit, misitque milites, qui Monasterium obsederunt. S. Marcellus interrogat circumstantes, an ibi pernoctaturi essent, & obtulit ad cœnam cibos, quos acceptarunt. Hæc sub crepusculum. At per noctem Monachi apud S. Marcellum instabant, ut virum redderet fugitivum, ne suos, & Monasterium excidii periculo exponeret. Foris obsidentes strictis gladiis ultima minitabantur, quamprimum illuxisset Monasterium invasuri. Tum vero in Domus fastigio ignem conspexere, faces in se quasi fulmina jacu-

vit. S. Marc. ap. Sur. 29. Dec.

Sup. lib. XXVII. §. 30.

Sæculum V. A. C. 466.

lantem. Illico, projectis armis, in terram proni precibus iratum Deum mitigare conati sunt. Ardaburus, comperto, quid accidisset, fugitivo gratiam fecit.

Pronum est credere, istud prodigium ansam dedisse Imperatori Leoni Legem ferendi de modo Asyli, ultima die Febr. cum tertio Consul esset, nempe an. 466. datam. Ea Lege prohibetur, ne fugitivi ex Ecclesia rapiantur, & ne Episcopi, vel œconomi ob fugitivorum debita vexentur, quippe secundum Legem Arcadii, 27. Julii anno 398. datam, qui fugitivos recepissent, pro eis debita solvere tenebantur. Lex Leonis ista omnia sub pœna capitis prohibet. Rursus, fugitivi non ita arcte includantur, ut cibo, vestimento, aut necessaria quiete priventur. Si publice in Ecclesia prodeant, salva loci sacri Reverentia, ipsis Sententia Judicis significari poterit, &, quid respondeant, accipi. Si se intra claustra Asyli occultent, œconomus, vel Defensor, vel quicunque alius, cui Episcopus id commiserit, in Ecclesiam evocabit; ita de rebus suis admoniti, Mandatarium constituere poterunt, qui coram Judice ipsorum causam agat; si recusaverint, experiri cogentur, quod leges permittunt. Eorum bona vel mobilia, vel immobilia secundum formam juris vendentur, prout lata

Lib. 6. Cod. de his qui ad Eccles. Sup. XX. §. 36. L. 3. C. Theod. de his qui ad Eccl.

fuerit

fuerit a Judice ſententia. Si mobilia ſua in Eccleſiæ clauſtris, vel in cujusdam Clerici Domo, occultent, id œconomo, aut Defenſori indicabitur, qui adhibita omni diligentia, an res ita ſe habeat, inquirent; & ſi quis ſuſpectus ſit, an ejusmodi Bona clam apud ſe habeat, Auctoritate Epiſcopi interpoſita purgare ſe tenebitur.

Quod attinet ad mancipia, aliosve Domeſticos; quamprimum œconomus, vel Defenſor ab illis, a quibus oportet, moniti fuerint, eos cum omnibus rebus, quas attulerunt, ad Dominos dimittant, poſtquam ipſi juramento promiſerint, quod reis veniam velint concedere, vel ſaltem humaniter caſtigare. Quia non expedit, ut diu in Eccleſiis morentur, ne interea Domini ſervorum miniſterio carere cogantur, & ipſi ſervi, quæ deſtinata ſunt pauperum ſublevandæ neceſſitati, devorent. Oeconomi, & Defenſores ſine mora inquirent, qui illi ſint, qui confugerint, & quæ ipſorum cauſa, ſtatimque Judicibus, & illis omnibus, quorum intereſt, quæ compererint, indicabunt. Huic Legi Conſtantinopoli locus non ſit, ſed res ad Imperatorem deferenda eſt, ut de cauſis intricatis arbitrium ferat. In hac lege uſus Aſylorum legitimus diſpicitur, qua ſimul locorum Sacrorum Religioni, & æquitati naturali ſatisfit.

Sæculum V. A. C. 467.

§. XXVII.

Anthemius Imperator Occidentis.

Cassiod. & Marcel. Chr. Jam ultra annum Roma Imperatore carebat. Severum 15. Aug. anno 465. hauſtum in ſuo Palatio venenum ſuſtulerat. Facinoris Auctorem Ricimerum, qui Occidenti dominabatur, omnes habebant. Is tandem conſenſit, ut Leo Imperator Anthemium, Procopii Filium, & alterius Anthemii Nepotem ex Oriente mitteret, ipſe Ricimer ejusdem filiam uxorem acciperet, & Anthemius Occi-

Idem. Vict. Tun. Chro. Paſch. pag. 323. *c. Evagr. II. c.* 16. dentis Imperator eſſet. Anthemius in Italiam venit, & in loco, octo ſtadiis a Româ diſtante, Menſe Aug. Puſeo, & Joanne Conſulibus, anno 467. Imperator ſalutatur, habuitque Ricimerum Generum.

In Anthemii comitatu erat aliquis, cui

Gelaſ. ep. 13. *to.* 4. *Conc. p.* 1208. nomen Philotheus, Hæreticus Macedonianus; is Principis favore ſubnixus Romæ novos variarum Sectarum Conventus introducere adlaborabat. Huic molitioni Hilarus Papa vigore Sacerdotali ſe oppoſuit, rogavitque Anthemium, ut tantum malum prohiberet. Aliquando in Eccleſia S. Petri publice, & elata voce Principem affatus, compulit, ut juramento ſe adſtringeret, non paſſurum ſe, ut qualescunque conventus agerentur.

Sæculum V.
A. C. 467.

§. XXVIII.

Hilari obitus. Simplicius Papa.

Hilarus æternæ felicitatis viam ingressus est eodem anno 467. 17. Sept. postquam annos quinque & Menses decem sedisset. Aliquas ædificavit Ecclesias, in quas ingentem vasorum Sacrorum numerum contulit, haud dubie ut damna per Vandalorum rapinas illata resarciret. In Baptisterio Basilicæ Constantini tria construxit Oratoria, unum S. Joanni Baptistæ, alterum S. Joanni Evangelistæ, tertium Sanctæ Cruci Sacrum, quo de Ligno veræ Crucis Particulam, & viginti librarum Crucem auream, gemmis fulgentem intulit. In Baptisterio erant Labrum ex marmore porphyretico, & tres cervi argentei, qui aquam fundebant, singuli triginta libris appensi, item agnellus aureus, & columba aurea. Universa vasa, quæ Hilarus dono dedit, nonaginta quatuor libras auri, & mille ducentas quinquaginta duas argenti, conficiebant. In eodem Baptisterio Lateranensi Oratorium S. Stephani condidit, ibique duas Bibliothecas, seu verius duos libris reponendis pluteos collocavit. Prope S. Laurentium Monasteria, Balneum quoque, & Palatium ædificavit. Una ordinatione Mense Dec. Presbyteros 25. Diaconos sex, & Episcopos 22. creavit. Sepultus *Lib. Pont.*

Sæculum V. A. C. 468.

est ad S. Laurentium sub fornice prope S. Sixtum. Cum Sedes dies decem vacasset, electus est Simplicius, Tiburiensis, Castini filius, qui annos quindecim Pontificatum gessit.

§. XXIX.

Aspari, & Ardaburi Exitus.

Niceph. XV. hist. c. 27. Procop. 1. Vand. c. 6.

Leo Imperator Gensericum, Imperii urbibus ferociter insultantem, ultra non ferendum ratus, validam Classem in eum adornavit, cui Basiliscum, uxoris suæ Verinæ Imperatricis fratrem præfecit. Verum Basiliscus cum Patricio Aspharo, & filio ejus Ardaburo, in quibus tunc maxima erat Auctoritas, clandestina communicabat consilia. Pater, & filius aperte Arianam Hæresin profitebantur, hinc iisdem præclusus ad Imperium aditus; nam invisa erat hæc Secta populo Constantinopolitano, memori mente retinenti, quam horridas Persecutiones Ecclesia sub Constantio, & Valente passa esset. Id ipsum quoque causa fuerat, quod Aspar non sibi sed Leoni viam ad Solium straviſſet. At jam simultates ambobus intercesserant, nec obscure jactabat Aspar, mirari neminem debere, si semper vinceret Gensericus, qui meliorem sequeretur Religionem. Ergo inter ipsum, & filium convenerat, Basiliscum Imperatorem proclamare, Religioni Catholicæ addictum,

dictum, sub cujus umbra ipsi regnarent, & Arianam Doctrinam stabilirent. Basiliscus, ubi Africæ littora attigit, cum Genserico colludens, nihil non egit, quo Classiarios perderet; ipsum fuga pudenda abstulit. Constantinopolim reversus, in Ecclesia Asylum quæsiit, unde ope Imperatricis Sororis suæ Perinthum se recepit, ab universo populo diris omnibus devotus. Sæculum V. A.C. 468.

Leo Imperator anno sequenti, Zenone, & Marciano Consulibus, conjunctionis jam non nescius, sed viribus suis diffidens, quas potentiæ Aspari, & filiorum ipsius impares sciebat, omnia dissimulavit, & Filiæ suæ, nomine Arianæ, Nuptias alteri Aspari filio, cui Nomen Patricius, seu Patriciolus, simulque Cæsaris Dignitatem, certissimum secuturi Imperii pignus, promisit. Conditio addita fuerat, ut Patricius Arianorum Sectæ renunciaret. At vero populus Constantinopolitanus, & omnes Boni, veræ Religioni timentes, Duce S. Marcello, Abbate Acemetensium, & alio, cui Nomen Geladius, in Hippodromo supplices Imperatori occurrerunt, ut eum a proposito removerent, bene gnari, invitum, & ambiguo rerum statu perterritum, ad hæc pacta animum adjeciisse. Marcellus locum, ubi Imperator assederat, ingressus, liberrime verba fecit; hortabatur, ut inimicis Ec- *Vict. Tun. Chr.* *vit. S. Marc. ap. Sur. 29. Dec. c. 34.*

Sæculum V. A. C. 469

clesiæ resisteret, & tandem coegit spondere, Aspari filium non futurum Cæsarem, nisi prius Religionem Catholicam plene edoctum.

Necdum populus Constantinopolitanus acquievit, sed metuens, ne post obitum Leonis Arianorum Dominatum subire cogeretur, tumultuoso concursu in Hippodromum irruens, Asparo & filiis ejus dira in faciem ingessit. Illi perterriti, Calcedonem transmiserunt, & ad Ecclesiam Sanctæ Euphemiæ confugerunt. Misit ad eos Imperator Patriarcham, facta excusans, & affirmans, se, quæ ipsis promisisset, servaturum, si Ecclesia exirent. Responderunt, se non exituros, nisi ipse Imperator veniret. Ivit Imperator, evocatos convivio adhibuit, & signa omnia dedit, præterita oblivioni æternæ esse tradita. Nihilominus Zenoni, arcanorum conscio, mandavit, ut per Thermas Regiam ingressuros capite truncaret. Hic Aspari, & Ardaburi exitus fuit. Patricius alter filius in exilium pulsus. Filiam suam Arianam, ipsi ereptam, Leo secundis Nuptiis Zenoni Conjugem dedit. Is ex Isauria ortus, antea Aricmesus, seu Tarasicodisus dicebatur; sed Leo, cum eum in Generum elegisset, nomen mutavit. Hæc sub quarto Leonis Consulatu cum Collega suo Probiano, id est, anno 471. contigerunt.

Niceph. XV. c. 27.

Marc. Chr. an. 471.

Candid. ap. Ph. Cod. 79. p. 174.

§. XXX.

Sæculum V.
A. C. 469.

§. XXX.

Leo Leges edit Ecclesiæ faventes.

Leo Imperator per hos annos Leges aliquas in Bonum Religionis condidit. Ne quis Causidicum ageret coram quocunque Tribunali, nisi esset Catholicus, sub pœna exilii perpetui prohibuit. Hæc Lex ultima Julii anno 468. data. Leges contra Paganos latas confirmavit. Omnibus Clericis, & Monachis Privilegium concessit, ne coram Tribunali alieno ad Judicium trahi possint, nec propriæ defensionis causa Ecclesias suas, aut Monasteria relinquere teneantur; sed Actio contra Clericum coram loci illius Judice moveatur. Qui Constantinopoli existunt, coram solo Præfecto Prætorio in judicio stent. In Provinciis alios Vades dare non tenebuntur, quam Defensores, & Ecclesiarum œconomos, in urbe autem ipsa Constantinopoli nullos. In causis Ecclesiasticis actio solum contra œconomum datur. Modici sumptus a Clericis actionem moventibus exiguntur, & qui eos temere persequuntur, ad expensas damnantur. Lex ista Rescripto Marciani Mense Aprili anno 469. dato persimilis est. Alia Lege, quinta Jan. anno 469. data, Leo Imperator omnia Privilegia Hospitiis, & Monasteriis concessa confirmat. Decima tertia Dec. ejusdem anni legem

Lib. 15. *Cod. de ep. aud.* *L.* 8. *Cod. de Pag. L.* 33. *C. de ep.*

Lib. 25. *Cod. de Ep. Sup. XXVIII.* §. 53. *Lib.* 35. *Cod. L. ult. Cod. de fer.*

Sæculum V. A.C. 469.

legem promulgari juſſit de Feſtorum obſervatione; prohibetur, ne quis actus forenſis, nequidem ſimplex Citatio, Die Dominica fiat; item prohibetur, ne Theatri, vel Circi, aut Beſtiarum in mutuas neces pugnantium Spectacula exhibeantur; ſi illi, quorum curæ iſta commiſſa, Legem hanc violent, officio, & Bonis ſuis priventur. Decima quinta Martii eodem anno 469. legem ediderat contra Simoniam. Illa ſtatuitur, ut in Electione Epiſcoporum ſolum meritorum ratio habeatur, nec eum Præſulatu dignum eſſe, qui ambit, ſed qui fugit. *Quippe omnis ille* (Legis verba ſunt) *certiſſime Sacerdotio indignus eſt, qui non invitus ordinatur.* Ulterius decernitur, ut dictum Simoniæ crimen ſimilibus pœnis vindicetur, ac crimen læſæ Majeſtatis, & quicunque Simoniæ convictus fuerit, deponatur, & æterna infamia notetur.

l. 31. *ſi quemque C. de Epiſc.*

Vero ſimile eſt, hanc Legem ortum debere Concilio ab Epiſcopis, Conſtantinopoli exiſtentibus, ſub Gennadio Patriarcha celebrato, cujus diem neſcimus. Hujus Concilii habemus epiſtolam Synodalem, ad omnes Metropolitas directam, in qua Simonia, & variæ larvæ, ſub quibus abſcondi ſolet, ſeveriſſime damnantur. Secundus Canon Concilii Calcedonenſis recenſetur, & obſervari præcipitur. Omnes Clerici, aut Laici, qui pro Sacro Miniſterio

to. 4. *Conc. p.* 1025.

nisterio pretium dare, vel accipere voluerint, depositi, aut excommunicati declarantur. Speciatim notatur Galatia, ubi non nulli hujus delicti rei deprehensi fuissent. Tandem omnibus Metropolitis mandatur, ut hujus epistolæ exemplaria suis Suffraganeis, Visitatoribus, & cunctis aliis communicent. Huic epistolæ Synodali Episcopi ultra octoginta subscripserunt. *Baluz. nov. coll.*

Sæculum V. A.C. 471.

§. XXXI.

Petrus Fullo Antiochiæ.

Cum Leo Imperator Præfecturam Orientis Zenoni Genero suo contulisset, is quemdam, nomine Petrum, Ecclesiæ S. Bassæ Martyris Calcedone Presbyterum, secum Antiochiam perduxit. Petrus olim in aliquo Acemetensium Cœnobio Monachus arti Fullonum operam dederat, hinc cognomentum hæsit. Quia vero Concilium Calcedonense rejiciebat, & Hæresin Eutychis profitebatur, interdictis ipsi Presbyterorum functionibus, e Monasterio pulsus, Constantinopolim se recepit, ubi Magnatibus officiosum se præbere, & inprimis in Zenonis Domum specie Pietatis penetrare cœpit. Itaque Antiochiæ cum ipso degens, audax consilium meditatus est, quatenus Sedem Patriarchalem invaderet, persuasitque, ut Zeno auxilium promitteret. Tum, coëmpta

Theod. Lect. L. 1. p. 554. Niceph. XV. c. 28. Serm. Alex. ap. Sur. II. Jan.

Sæculum V. A.C. 471.

pta quorumdam Apollinariſtarum opera, in Epiſcopum Martyrium calumnias vulgare, & accuſare, quod Neſtorianus eſſet. Ad *Triſagion* addere auſus eſt: *Tu, qui pro nobis crucifixus es, miſerere nobis!* his verbis Paſſionem non ſoli Filio, ſed omnibus tribus Trinitatis Perſonis tribuens, & Anathema omnibus illis dicens, qui non eadem ſecum pronunciarent. His artibus Antiocheni animis dividi cœperunt.

Martyrius, Patriarcha Antiochenus, Conſtantinopoli verſabatur, eumque rerum gerendarum neceſſitas diutius ibi morari coegit; ſed tandem ſollicitatione, & cura Gennadii Patriarchæ Imperator honoribus cumulatum dimiſit. Hæc Martyrii Conſtantinopoli commoratio creditur cauſam dediſſe Legi, prima Junii anno 471. Leone, & Probiano Conſulibus, ad Zenonem directæ, qua prohibetur, ne iis, qui in Monaſteriis habitant, libertas ſit exeundi, Antiochiæ, aut in aliis Civitatibus commorandi, exceptis ſolis Apocriſiariis, id eſt, totius Communitatis Procuratoribus, & ne his quidem diutius, quam negotii ſibi commiſſi ratio poſtulet. Tales vero de Religione non diſputent, conventus non agant, nec ullas turbas cieant. Hoc non obſtante, Martyrius, Antiochiam reverſus, vidit populum diſſenſionibus delectari, quas Zeno fovebat.

Theod. Lect.

Poſt-

Sæculum V. A. C. 471.

Postquam vero suo hortatu aberrantes ad saniora reducere magno, sed irrito conatu adlaborasset, discedere statuit, & publice in Ecclesia in hunc modum fatus est: *Renuncio Clericis Episcopo suo parum subditis, populo inobedienti, & Ecclesiæ impuræ. Sacerdotii Dignitatem mihi reservo.* Tum Petrus in Sedem Vacantem se intrusit, & pro Patriarcha Antiocheno habitus est. Ubi hæc ad Gennadium relata, Imperatori omnia aperuit, qui Mandata misit, ut Petrus in Oasin in Exilium ejiceretur; ille mature admonitus, violentam expulsionem spontanea fuga antevertit. Igitur Julianus unanimi omnium consensu Episcopus Antiochenus eligitur. *Brev. Hist. Eutych. to. 4. Conc. p. 1082.*

Haud diu post hæc Gennadius e vivis abscessit, postquam Sedem Constantinopolitanam annis tredecim obtinuisset. Vir erat prompto ingenio, & quæ senti-ret, aptissime enunciabat. Prophetam Danielem a principio explicare ad Litteram cœperat, plures etiam Homilias composuit; sed nihil eorum, quæ scripsit, ad nostra usque tempora ætatem tulit. Nullum Clericum ordinasse dicitur, nisi qui Psalterium memoriter teneret. Aliqua etiam Miracula ipsi tribuuntur. Ipsius ævo Studius, qui anno 454. Consul fuit, fundato Monasterio sub invocatione S. Joannis, Monachos, Regulam *Sup. §. 19. Genn. script. Theod. Lect. p. 554.*

Sæculum V. A. C. 473.

lam Acemetensium sequentes, & ex Magno Monasterio, quod in Bithynia *Gomon* dicebatur, evocatos immisit. Istud Studii Monasterium, in extrema parte Constantinopolis ad portam auream positum, sequenti tempore celeberrimum evasit. Gennadio successit Acacius, Hospitii Orphanorum Constantinopoli Rector. Hic Acacius verosimiliter fuerit, qui Simplicii Papæ tempore Episcoporum Constantinopolitanorum Postulationem recoxit, ut Locum post Episcopos Romanos primum vi ultimi Canonis Concilii Calcedonensis tenerent; at Probus, Episcopus Canusinus, & S. Sedis Legatus, in ipsius Imperatoris conspectu fortiter se opposuit.

Evagr. 2. c. 2. Gelas. ep. 13. tom. 4. Conc. pag. 1207.

§. XXXII.

S. Euthymii obitus.

Sub idem tempus in Palæstina S. Theoctistus, & S. Euthymius beata morte defuncti. S. Theoctistus tertia Sept Indictione quinta, id est, anno 467. obiit. S. Euthymius, tunc annum vitæ agens nonagesimum, eum ægrotantem inviserat, & deinde funus curavit. Anastasius, Episcopus Jerosolymitanus, gratissima occasione usus est, ut S. Euthymium videret, viri Sancti manus osculatus, se precibus ejus commendabat, rogabatque, ut frequenter ad se epistolas daret. In Theoctisti

vita S. Euthym. p. 74.

ctisti locum S. Euthymius Monasterii Abbatem suffecit Marin, Terebonis Propinquum, virum annis, & virtutibus gravem, quem post elapsum biennium defunctum S. Euthymius in Sepulchro S. Theoctisti sepeliit, & Abbatem constituit Longinum, cui postea Paulus, & Therebon junior successerunt. Sæculum V. A. C. 473. *Sup. XXIV §. 27.*

S. Euthymius ab octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Palmarum in vastum Desertum secedere consueverat. Anno 473. cum, qui in solitudine comites futuri erant, convenissent, Martyrius, & Elias advertentes, Abbatem nihil ad discessum præparasse, dixerunt: *Pater mi! num crastina non egressurus es?* respondit: *manebo hac septimana, & Sabbato noctu abibo.* Post triduum vigiliam S. Antonii nocte a decima sexta ad decimam septimam Januarii agi jussit, & sub officium, convocatis ad Diaconiam Presbyteris, dixit: *jam nullam amplius vigiliam vobiscum agam in hac vita, nam vocavit me Dominus. Mittite ad me Domitianum, & cras mane omnes Patres congregate!* *p. 79.*

Postera die, cum convenissent, dixit: *Fratres mei! viam Patrum meorum ingredior. Si diligitis me, mandata mea servate!* hortatus est, ut in charitate perseverarent. Humiles, puri essent anima, & corpore. Quæsivit deinde, quem sibi Superiorem optarent. Omnes uno ore *p. 80.*

Sæculum V. A.C 473.

Domitianum expetierunt. *Hoc est impossibile*, inquit S. Euthymius, *quia Domitianus non ultra septem dies mihi superstes erit.* Patres, Prophetiam clarissimam mirati, in Superiorem cooptarunt Eliam Monasterii œconomum, Jerichunte natum, cui S. Euthymius coram omnibus aliis dixit: *Ecce! omnes Patres te in Pastorem suum elegerunt. Invigila tibi, & universo gregi tuo. Et imprimis scito,*

p. 81. *Deo placuisse, ut ex hac Laura Monasterium post breve tempus fiat.* Tum locum, & formam, qua ædificaretur, modum Hospites excipiendi, ordinem Psalmodiæ, & curam Fratrum præscripsit, jussitque, ut porta advenientibus omnibus pateret.

Omnibus deinde dimissis, S. Euthymius cum solo Domitiano in Diaconia remansit, ibique nocte Sabbati, vigesima Jan. Indictione undecima, Leone quinto Consule, nempe anno 473. soluto corpore ad æterna transiit. Annos vitæ numerabat nonaginta sex, atque sexaginta

S. Euthymius.

p. 82. sex in Deserto exegerat. Nihilominus firmissima erat valetudine. Non caligabant oculi, dens nullus exciderat. Corpore parvus erat. Facies orbiculata, color candidus, oculi hilares, affatus viri lenis, & perjucundus. Barba usque ad

p. 83. cingulum dependebat. Ubi in vulgus emanavit, Sanctum virum obiisse, innumerabi-

merabilis multitudo Monachorum, & Laicorum ex omni circum Regione confluxit. Anastasius Patriarcha Jerosolymitanus comitantibus Chrysippo, Gabriele, Fido, & magno Clericorum numero advenit. Ante horam nonam Corpus tumulo condi non potuit, nec priusquam Patriarcha militis opera populum arceri jussisset. Is Fido Diacono curam ædificandi Monasterii mandavit, atque operas, aliaque condendæ Domui necessaria, Jerosolyma suppeditavit. Ergo Fidus specum, in quo primum S. Euthymius se absconderat, in speciosam, & amplam mutavit Ecclesiam. Sepulchrum ejus in medio posuit, & ex utroque latere Presbyterorum, & Abbatum sepulchra. Omnibus præparatis, Patriarcha tabulam marmoream, qua tumulus sterneretur, huic imponendam urnam argenteam, Clathros, quibus cingeretur, & cetera omnia ornamenta ex urbe Jerosolyma transmisit. Septima die Maji ad Lauram venit, Sacrum Corpus suis manibus transtulit, & sepulchro includit, ita ut nemo illud aperire, aut quidquam Reliquiarum aufferre posset. Miraculorum editorum numerum nemo facile inierit. Patriarcha Martyrium, & Eliam, in urbem deductos, S. Sepulchri Presbyteros creavit. Domitianum vero, septima post obitum S. Euthymii die, ut ipse prædixe-

Sæculum V. A. C. 473.

p. 84.

p. 85.

p. 84.

Sæculum V. A.C. 474.

rat, mors beata abstulit. Is Sancto viro ultra annos quinquaginta famulatus, ejusdem semper imitator perfectus extitit.

§. XXXIII.

Leonis mors. Zeno Imperator.

Chr. Marcel. Evagr. II. hist. c. 17. Theod. Lect. p. 555. Chr. Pasch. Evagr. II. hist. c. 1.

Leo Imperator, postquam annis sedecim regnasset, fatis functus est Constantinopoli mense Januar. anni sequentis 474. sub Consulatu Leonis, Nepotis sui, ex Filia sua Ariana, & Zenone geniti. Zeno mense Februario per Edictum Filii sui Leonis, vix Triennis, qui sequenti mense Novembri mortuus est, Imperatorem se proclamari jussit. Itaque solus Imperio potitus, cum jam nullum præter se videret Dominum, totum se, quantus erat, vitiis immersit. Nihil ipsius opinione contra leges actum, nihil, cujus pudere deberet, recenseri poterat, sed persuasissimum sibi habere videbatur, abjecti esse animi, flagitia occulte perpetrare, econtra ex Imperatoris Dignitate fieri, si scientibus omnibus peccaret. Ipso Genio indulgente, Imperium ejus Barbari vastabant. *c. 2.* Ab Oriente Saraceni, seu Arabes Scenitæ, ab Occidente Hunni, superato, nemine prohibente, Danubio, Thraciam depopulantes, ingruebant. Zeno Hunnis longe atrocior, raptis, quæ hostes reliquerant, populis suis ultimam inferebat perniciem. Hinc est, quod Tyranno diu

pace

pace frui non licuerit, sed jam anno sequente 475. quo solus Consulatum gerebat, cum inter ipsum, & Socrum ejus Verinam, Leonis Imperatoris Viduam, fuissent exorta jurgia, timens ne ea jubente necaretur, ut furorem fœminæ effugeret, in Isauriam, Patriam suam, sequente Ariana Conjuge, discessit. Tum Basiliscus, Imperatricis Verinæ Frater, se cum filio suo Marco Imperatorem proclamari jussit, & annis ferme duobus regnavit. Nihilo melior erat Zenone, eumque Zenodia in Eutychianorum partes pertraxit.

Sæculum V. A.C. 475.

Evagr. III. c. 3. Chr. Marcel. Chr. Pasch.

§. XXXIV.

Imperii Occidentalis occasus.

Pejor erat Imperii Occidentis Status. Anthemius cum regnasset ferme annos quinque, Romæ undecima Julii, Festo, & Marciano Consulibus, id est, an. 472. occisus est, facinus mandante Ricimero, Genero suo, qui sequente decima octava Aug. ex morbo extinctus est. Anicius Olybrius, qui Constantinopoli Placidiam Valentiniani III. filiam, Conjugem acceperat, Imperator Occidentis salutatus, 23. Octobr. e vivis abiit. Cum Solium quatuor Mensibus vacasset, Glycerius Ravennæ quinta Martii, anno 473. Imperatoris Insignia, & Titulum assumpsit; sed ecce! post menses quindecim depositus,

Evagr. II. hist. cap. 16. Chr. Cassiod. Jornand. p. 477. Marcel. Chr. Anon. Cusp.

Glycerius Imperator.

Sæculum V. A.C. 475.

situs, & Episcopus Salonianensis in Dalmatia ordinatus est. Ipso ejecto vigesima quarta Junii anno 473. electus est Julius Nepos, regnavit Menses quatuordecim, & in Dalmatiam 28. Aug. anno 475. pulsus est. Tum Orestes Patricius, quem Nepos ad munus Magistri Militiæ evexerat, filium suum Romulum, seu Momylum, alio cognomento Augustulum, Imperatorem proclamari jussit. Id Ravennæ ultima die Octobris sequentis factum. Decem non plus mensibus imperavit, nam qui factionem Nepotis sequebantur, Odoacrum Regem Turcilingorum, & Herulorum, ex Pannonia in Italiam vocarunt. Is 23. Aug. anno 476. Basilisco, & Harmatio Consulibus, Indictione decima quarta, Roma in Potestatem redacta, Orestem Placentiæ interfici, Augustulum juniorem in exiguam Campaniæ urbem deportari jussit. Ita Imperium Occidentis extinctum, quippe Odoacer nec Imperatoris Titulum, nec Purpuram, nec cetera Imperii insignia, sed solum Regis Italiæ Nomen assumpsit. Reliquæ Occidentis Partes diversis Barbarorum Regibus subjiciebantur. Africa Vandalis, Hispania, & magna Galliæ Pars Gothis, Pars Galliæ alia Burgundis, & Francis, Magnæ Britanniæ Pars Anglo-Saxonibus parebant. Franci, Anglique adhucdum in Idololatriæ tenebris versabantur, omnes

Julius Nepos Imperator.

Romulus Augustulus.

alios

alios populos, quorum nomina retuli, Ariana Hæresis infecerat. Ricimer Patricius, qui tam diu Romæ dominabatur, Gothus erat, & Arianus. Is Oratorium S. Agathæ occupaverat, in quo suæ Sectæ homines conveniebant. At vero Ecclesia cunctis monstris, quæ Hæresis producit, superior, sicut olim in trium primorum Sæculorum Persecutionibus, ita etiam nunc inter alternantes Regnorum vices inconcussa stetit. Sæculum V. A.C. 476

Inscript. ap. Baron. ann. 472. Greg. III. ep. 19. & III. Dialog. c. 30.

§. XXXV.

S. Severinus in Norico.

Odoacer iter in Italiam faciens, ad S. Severinum, celeberrimum Anachoretam, ad Danubii ripas prope Viennam habitantem, invisit. S. Viri Cellula adeo humilis erat, ut Odoacer, altæ admodum staturæ juvenis, ingrediens inclinari cogeretur, ne caput tecto allideret. S. Severinus eidem prædixit, quantam Nominis Gloriam in hac Expeditione sibi esset pariturus; nam abeuntem affatus est in hæc verba: *Ito in Italiam, jam vili vestimento tectus es, sed post breve tempus beneficia in alios liberaliter dispensabis.* Postquam Odoacri Regnum in Italia firmatum fuit, S. Severini vaticinium memoriam subiit, datisque ad eum litteris rogavit, ut, quod luberet, a se peteret. Vir Sanctus petiit, ut cuidam, cui nomen Ambrosius,

S. Sev. vita Noric. apud Boll. 8. Jan.

Sæculum V. A. C. 476.

in Exilium pulso, ad sua redire liceret, & obtinuit. Idem viris nobilibus præsentibus prædixit, Odoacrum non minus quam tredecim, nec ultra quatuordecim annos regnaturum.

S. Severinus Norici Apostolus dicitur. Locum Nativitatis ejus nescimus, hunc enim semper solertissime reticuit; at ex dictione ejus tersissima, cum latine loqueretur, judicandum, vel Romæ, vel alio Italiæ loco ortum fuisse. Perfectionis adipiscendæ desiderium eum in Provincias Orientis pertraxit, ubi aliquamdiu in solitudine vixit. Deinde venit in Noricum, quæ Regio hodie Austria dicitur, & illa tempestate Barbarorum incursus nunquam non vel patiebatur, vel timebat. Inter has calamitates publicas populi ad virum Sanctum, tanquam ad Asylum confugiebant. Sæpe Barbarorum consilia, cœlitus sibi revelata, Incolis aperiebat, docebatque, qua via hostes irrupturi essent. Hortabatur, ut precibus, & bonis operibus imminentia sibi mala averterent, & decimas ad sublevandos pauperes fideliter darent. Ipse captivos redimebat, sanabat ægrotos, locustas, agrorum perniciem, depellebat. Cum variæ eum Ecclesiæ Episcopum poscerent, dicebat, satis esse, quod dilectam solitudinem reliquisset, & Dei jussu in hanc Provinciam, & medios populos, plu-

plurimis ſæpiſſime ærumnis preſſos, ve- Sæculum V.
niſſet. A. C. 476.

Non nulla fundavit Monaſteria, quorum præcipuum in ripa Danubii prope Viennam erat ædificatum. Illo ſæpe relicto, ut majori tranquillitate oraret, in alium locum duabus Leucis diſtantem, & ab hominum frequentia remotum, ſecedebat. Sæpe urgente Charitate ad diverſa oppida migrabat, ut colonos inter hoſtiles vexationes conſolaretur, nam præſente Viro Sancto tutos ſe exiſtimabant. S. Severinus Diſcipulos ſuos exemplo magis, quam verbo informabat. Inprimis hortabatur, ut veteres imitarentur, & a moribus Sæculi abhorrerent. Diebus feſtis exceptis, ante Solis occaſum cibum non capiebat, & in quadrageſima ſemel tantum per Septimanam reficiebatur. Dormiturus, ſupra Cilicium, in oratorii ſui pavimento ſtratum, cubabat. Semper nudipes incedebat, etiam cum Danubius gelu conſtringeretur. Biennio antequam moreretur, diem obitus ſui prænunciavit, & Diſcipulis ſuis aperuit, omnem hujus Regionis populum in Provinciam Romanam tranſiturum, juſſitque, ut & ipſi cum populo migrarent; & Corpus ſuum transferrent. Obiit anno 482. octava Jan. qua die Eccleſia ejus Memoriam colit. *Mart.* 8. *Jan.*

Sæculum V. A. C. 476.

§. XXXVI.

Sidonius Epiſcopus Claromontanus.

Sidon. VII. epiſt. VI. ad Baſil. Greg. Tur. II. hiſt. c. 23.

Evaricus Rex Gothorum in Hiſpania, Regni ſui finibus in Gallias, quantum poterat, prolatis, cum Arianæ Hæreſi addictiſſimus eſſet, Religionem Catholicam perditam volebat. Mortuis Epiſcopis alios ſufficere prohibebat, aliquos ejiciebat in Exilium; itaque Burdigalæ, Petrocorii, Rutenæ, Limoſii, Lodæ, Vaſatis, Convennis, Auguſtæ Auſcorum, non erat Epiſcopus, quibus deficientibus, nulli Presbyteri, nulli Clerici minores ordinabantur. Populi, Paſtoribus deſtituti, de Salute deſperabant. Collabebantur Eccleſiæ, tecta conſumebantur, portis etiam apertis, tamen altiſſimi ſentes ingreſſum prohibebant. In Eccleſiarum Veſtibulis pecus recubabat, & herbam circa altaria excreſcentem comedebat. Catholicorum Conventus non ruri modo, ſed & in Eccleſiis Civitatum rari. Ita de his Sidonius, qui calamitatem præſens conſpiciebat.

vita Sidon. per Sirm.

Is ex primis ſtirpibus genus ducebat in Galliis, ubi Parens ejus, & Avus Prætorio Præfecti imperaverant. Lugduni natus, adoleſcens optimis Litterarum, Scientiarumque Magiſtris traditus eſt. Nemo ipſo illa ætate in arte poetica, & Eloquentia præſtantior ferebatur. Anthemius

themius Imperator eum Romæ præfecit, & Patricium creavit. Duxit Papianillam, Imperatoris Aviti filiam, ex quo Matrimonio filium, cui nomen Apollinaris, & duas filias Roſciam, & Severianam ſuſcepit. Defuncto Eparchio, Epiſcopo Claromontano in Arvernia, Sidonius, adhuc Laicus circa annum 472. ad Sedem Vacantem invitus eligitur. In eo charitas erga pauperes maxime enituit; jamque ante ſuſceptum Epiſcopatum ſæpe clam Conjuge ſua ſurrepta vaſa argentea inter pauperes diſtribuebat. Multis quoque laudibus extollitur Charitas affinis ejus Ecdicii, Imperatoris Aviti, filii. Burgundionum Regnum tunc dira fames vexabat; poſtquam Gothi Provinciam vaſtaſſent, & ſegetes incendiſſent, diſperſis in diverſa populis, nemo erat, qui eleemoſynam indigentibus præberet. Tunc Ecdicius in illius viciniæ urbes famulos ſuos cum equis & vehiculis mittit, qui pauperes ad ſe adducerent. Ita ultra quater mille utriusque Sexus homines, in Domos ſuas ſuſceptos, toto ſterilitatis tempore enutrivit. Ubi abundantia rediit, ſuppeditatis vehiculis, quosque ad ſua revehi juſſit.

Sæculum V. A.C. 476.

VI. epiſt. 1. & ibi Sirm. Greg. Tur. II. hiſt. c. 22.

c. 24.

§. XXXVII.

S. Patiens, Epiſcopus Lugdunenſis.

Sancti Patientis, Epiſcopi Lugdunenſis, eodem

Sidon. VI. ep. 12.

Sæculum V. A. C. 476.

eodem famis tempore eximia in egenos Charitas fuit. Non ei satis erat populum suum, & notos adjuvare, sed in extremis etiam Galliarum partibus habitantes tantæ liberalitatis participes effecti. Rhodano, & Arari ingentem annonæ vim devehi jussit, & deinde in utriusque fluminis ripas comportatam gratis distribui. Hac Charitate incolæ Civitatum, Arelatensis, Rejensis, Avenionensis, Arausicæ, Albigæ, Valentiæ, & ipsi Arverni refocillati. Ecclesias etiam aliquas ædificari jussit, atque unam earum Lugduni, cui decorandæ Sidonius versus concinnavit; ex his cognoscimus, illam Ecclesiam in Spatio, inter Ararim, & viam publicam medio, fuisse positam, ad Orientem æquinoctialem spectantem, laquearis deauratis incrustato marmore, & vermiculato, ornatam. Ante Ecclesiam area patebat, quam porticus tres, columnis ex Aquitania, id est, marmore ex Pyreneis secto innixæ, cingebant. Paulo longius aliæ Porticus, & aliæ Columnæ visebantur. Episcopis pro more ad hujus Ecclesiæ dedicationem congregatis Faustus Rejensis ad populum dixit.

Sidon. II. ep. 10.

S. Patientem Virtutes omnes, quæ bonum Pastorem decent, Severitas Suavitati mixta, & assidua vigilantia, ornabant. Convertendis Barbaris Photinianis, id est, Burgundionibus, Arii veneno infe-

Sidon. VI. ep. 12. & ibi Sirm.

infectis, improbo & piissimo labore insu- Sæculum V.
dabat; horum etiam non exiguum nu- A.C. 476.
merum ad sinum Ecclesiæ reduxit. Ab-
stinentiam viri, & continua jejunia Rex,
& Regina admirabantur, tunc enim Lug-
dunum Burgundionum Rex, cui nomen
Gondebaldus, insidebat. S. Patientis
Memoriam Ecclesia undecima Sept. ho- *Martyr. 11. Sept.*
norat.

§. XXXVIII.

S. Mamertus Viennensis. Rogationes.

Illa tempestate plures Sancti viri in Gal- *Sup. §. 23. Sigib. Chr.*
lia florebant, & plerosque, Episcopali
dignitate insignes, Sidonii Epistolæ nobis
notos fecerunt. His accensetur S. Ma-
mertus Viennensis, non obstante accusa-
tione, quam contra ipsum Hilarus Papa
receperat. Illustrissimum reddit fama
institutarum Rogationum, quod an. 468.
ab ipso factum putant. Causa novum
supplicandi Deo genus inducendi publi-
cæ illorum temporum calamitates fuere.
Terrorem incutiebant miseris populis *S. Avit. ho-*
terræ motus, exorta incendia, clamores, *mil. de Ro-*
& tumultus nocturni, ferocium bellua- *gat. Greg.*
rum species, quæ plena luce in frequen- *Tur. II. hist.*
tissimis hominum cœtibus spectandas se *c. 34. Sidon.*
dabant. Populo in Vigilia Paschatis in *VII. ep. 1.*
Ecclesia Viennensi cum Episcopo suo Ma-
merto ad Sanctam Noctem illam cele-
brandam congregato, Domus publica, in
editissi-

Sæculum V. A. C. 476.

editissimo urbis loco sita, flammis corripitur; singulis, ut ædibus suis caverent, dilapsis, solus Episcopus coram Altari orans, & lacrymis madens, permansit. Igne extincto, rediit populus; & tunc peractis Festis Paschalibus, S. Mamertus propositum, quod durante incendio mente conceperat, aperuit, videlicet ut in singulos annos procedente ad Ecclesiam populo publicæ fierent preces. Omnis populus, & etiam Viennensis Civitatis Senatus consensit, quamvis alias ad recipiendos novarum Cæremoniarum usus ita proni non essent. Tres dies, Festum Ascensionis præcedentes, his precibus destinati fuere. S. Mamertus experturus an firmum esset populi propositum, primo Ecclesiam Civitati proximam, futuræ Supplicationi terminum pronunciavit; at via ista Fidelium zelo brevis nimium visa.

Ecclesiæ Galliarum non nullæ, datum a Viennensibus exemplum imitatæ, aliis anni temporibus suppliciter procedebant, deinde vero inter omnes Ecclesias convenit, ut hæ piæ peregrinationes iisdem anni diebus agerentur. Jam quidem ante hæc tempora piarum peregrinationum consuetudo cœperat, sed pauci intererant, nullus orandi ardor; sufficiebat, si quis abesse vellet, diutius protractum convivium; at novis supplicationibus, fervens

Sidon. V. ep. 14.

fervens oratio, jejunia, lacrymæ junge- Sæculum V.
bantur. S. Mamertus integrum S. Ferreoli A. C. 476.
Martyris Corpus, & S. Juliani Brivatensis Caput ex veteri Ecclesia ad Rhodani ripam in novam, a se ædificatam, transtulit. Multi Abbates, & Monachi ad hanc Cæremoniam convenerunt, cumque noctem vigiles transegissent, & eruta fuisset pars terræ, tres tumbas conspexerunt. Dum omnes animo suspenduntur, quænam S. Ferreoli esset, ex adstantibus aliquis dixit, pro re certa ab omnibus haberi, S. Juliani Caput in uno S. Ferreoli Sepulchro inclusum. Et opportune id monuit, nam in tertio loculo, & unius Corpus, & alterius caput inventum.

§. XXXIX.

Mamertus Claudianus. Opera ejus.

Sancto Mamerto frater erat, cui etiam Nomen Mamertus, & Cognomentum Claudianus, Ecclesiæ Viennensis Presbyter. Is juvenis Monasticam vitam duxerat, quo tempore bonos Scriptores omnes Græcos, & Latinos, Christianos, & Ethnicos studiose legerat, vir Geometriæ, Musicæ, Poeticæ, Oratoriæ, Dialecticæ peritus, Scripturæ Interpres, in solvendis omnibus Quæstionibus exercitatus, omnibus erroribus oppugnandis idoneus. (*) *Genn. script. c. 81. Sidon. IV. epist. II. Bibl. PP. Paris. to. 4. p. 698.*

Fidelis

(*) Exemplum, Monachorum natum jam illa ætate a nullo Litterarum genere abhorruisse.

Sæculum V. A.C. 476.

Fidelis Adjutor fratris ſui, cum titulo careret, labores tamen Epiſcopi ſubibat. Ipſe Lectiones pro Feſtorum diverſitate aſſignavit, Chorum, & Cantum dirigebat, non minus pietate, quam ingenio ſpectabilis. Scripſit Tractatum de Statu, ſeu potius de Natura animæ, ut refutaret Fauſti, Epiſcopi Rejenſis, libellum, in quo probare voluerat, ſolum Deum eſſe incorporeum, omnes vero Creaturas, etiam animam rationalem, corporeas. Fauſto Claudianus reſpondit, editus tribus libris, in quibus præter alia ſequentes defendit opiniones: *Animam nunquam non cogitare, & cogitationem ab anima non eſſe diſtinctam, ſed ſolummodo cogitationis objectum, quando anima aliud, quam ſe ipſam, cogitat. Tota anima, ipſius opinione, per ſuam Subſtantiam cogitat, atque error eſt, credere, Potentias ejus ab ipſa anima aliud eſſe.* (*) *Res quoque ita ſe habet cum voluntate. Tota anima voluntas eſt, ſicut tota eſt cogitatio, & velle, non eſt aliquid ab animæ Subſtantia diſtinctum. Id ſolummodo accidentale eſt, quod cogitet, vel velit, aut hoc, aut aliud objectum. Amor non eſt pars animæ, ſed tota anima, hinc præcipitur nobis, ut Deum ex tota anima*

ibid. p.702. Lib. 1. c.24. p.723.

(*) Ex his probatur antiquitas illius opinionis, quæ omnia accidentia abſoluta tam a materia, quam a Spiritibus removet.

anima noſtra amemus. Opus concludit Recapitulatione decem propoſitionum, quarum præcipuæ ſunt: *Deus eſt incorporeus, Homo ad Imaginem Dei creatus eſt, ergo Anima ejus eſt incorporea. Eſſentia Animæ eſt ratiocinari, atqui Ratio nec a corpore dependet, nec a loco. Voluntas non eſt Corpus, & nihilominus eſt ſubſtantia Animæ. Non datur Corpus ſine longitudine, latitudine, altitudine, atqui Animæ nulla eſt menſura. Anima nec latus dextrum, nec ſiniſtrum, nec partem ſuperiorem, nec inferiorem, nec anteriorem, nec poſteriorem habet, ergo incorporea eſt.*

Sæculum V. A. C. 476.

p. 557. 1. 3. 4. 9. 10.

Claudianus hoc opus dedicavit Sidonio, necdum Epiſcopo, quem hortatorem habuerat, ut illud vulgaret. Quam magni illud faceret Sidonius teſtatus eſt, datis duabus epiſtolis, una ad aliquem, nomine Nymphidium, altera ad ipſum Claudianum, in qua eum optimis Scriptoribus Profanis,& Eccleſiaſticis æquiparat. Laudat etiam Claudiani Hymnum, carmine trochaico compoſitum, quem Hymnum Paſſionis *Pange Lingua &c.* eſſe putant. Aliud quoque Carmen Claudiani contra Poeſin profanam habemus. Obiit, quamvis junior eſſet, ante fratrem ſuum Episcopum. Sidonius Defuncto Epitaphium ſcripſit, cum Elogio, quod Petrejo ex ipſorum Sorore nepoti, miſit.

Bibl. PP. p. 762.

IV. ep. 11.

Sæculum V. A. C. 476.

§. XL.

Monasterium Montis Juræ &c.

vid. Hist. de l'isle B. par le Labour.

Monasteria jam tunc in vicinia Civitatum Viennensis, & Lugdunensis visebantur. Omnium antiquissimum fuit Monasterium Insulæ Barbæ, in Arari situm, quod ab initio hujus Sæculi quinti existebat. Maximus, S. Martini Turonensis Discipulus, ut virtutes suas ab oculis hominum absconderet, illo se recepit, sed cum nec ibi latere potuisset, in Patriam rediit, fundavitque Monasterium in oppido, quod dicebatur Chinon, ibique beato fine quievit. Sidonius quoque mentionem facit de Monasteriis Montis Juræ, quorum Fundator primus S. Romanus fuit. Is ortus in Regione eadem, nempe Sequanensium, (hodie Comitatus Burgundiæ est) triginta quinque annos natus, relictis Parentibus, in Montis Juræ Sylvas se abdidit. Aliquamdiu Lugduni cum Abbate Sabino moratus fuerat, cujus Monasterium, Axonense fuisse creditur; inde Vitas Patrum, & Institutiones Monasticas, id est, Libros Cassiani attulerat. Romanus, cum se ita ad vitam Anachoreticam comparasset, in loco, *Condat* dicto, substitit, ubi inter trium montium rupes spatium erat, quod arari posset, & aliquæ arbores, e quibus fructus Sylvestres colligeret. Ibi igitur oratione, lectione,

Greg. de gl. Confess. c. 22.

Sid. IV. ep. 25.

Boll. 28. Febr. p. 741.

ctione, & labore manuum, unde vive- Sæculum V.
ret, occupabatur. A. C. 476.

Romano poſtea Lupicinus, frater ejus, ſe junxit, deinde duo Clerici, & plures alii, quos virtutum, & miraculorum fama illo trahebat. Alia tandem Monaſteria in Vicinia, & in tota circum Regione ædificarunt, at præ aliis ſemper in Monaſterio Condatenſi Perfectionis ſtudium viguit. Omnibus Romanus, & Lupicinus communi opera præerant, quamvis diverſa eſſet amborum indoles, nam Romanus ad lenitatem, Lupicinus ad Severitatem natura ferebatur. S. Hilarius Arelatenſis ob cauſam Celedonii in illa Regione verſatus, comperto, quam magnifice omnes de Romani Sanctitate ſentirent, venire juſſum, prope Veſontionem Presbyterum ordinavit, & honoribus cumulatum ad Monaſterium dimiſit. Id an. 444. factum. At non ideo S. Romanus minori ſtudio inter Confratres ſuos humilitatem colebat, nec ullo ſigno ab aliis diſtingui voluit, niſi quod Diebus ſolennibus Sacrificium offerret. Tandem Condatenſium Monachorum numerus ita excrevit, ut ſterilis loci paupertas alendis tot incolis, & hoſpitibus ſupervenientibus non ſufficeret. Ergo in ampliore inter illas Sylvas planicie campum paſcendis gregibus, & jaciendis ſeminibus aptarunt. Locus ille ab accolis *Lauconna* dicebatur,

vita c. 2. Sup. lib. XXVII. §. 4.

Sæculum V. A. C. 476.

cebatur, & novo extructo Monasterio, S. Lupicinus fratrum curam in se suscepit. Tum & tertium Monasterium, Sorori suæ domicilium, in vicina petra, cujus aditus undecunque impeditus, ædificarunt; unicus erat, & angustus in campos exitus. In hoc Asceterio, quod Balsamum dictum est, centum quinque mulieres degebant. Vivæ nunquam ex hoc claustro pedem efferebant, sed mortuæ ad Cœmeterium portabantur. Quamvis aliquæ istarum fæminarum vel filium haberent, vel fratrem in proximo Lauconensi Monasterio, tamen tam parum ipsos conspicere licebat, aut quid agerent, explorare, ac si e vivis abscessissent.

Monachus Senex aliquando S. Romanum reprehendit, quod in admittendis Novitiis nimis facilis esset, & Spiritum advenientium non satis probaret. *Num tibi*, respondit Sanctus: *tam expedita facultas est, Spiritus discernendi? an non vidisti aliquos, qui postquam magno fervore incepissent, tepidi deinde facti sunt? & alios, qui Monasterio egressi, bis, terve redierunt, & demum ad altissimam perfectionem eluctati sunt? alii, qui discesserant, ad nos quidem non sunt reversi, sed ita animo inhæsit nostri Instituti ratio, ut Monasteria, aut Diœceses dignissime rexerint.* Quodam anno, cum agrorum fertilitas abundantiam attulisset, Monachi

Monachi in Gallia.

Con-

Condatenſes, etiam contra nitente S. Romano, cibis ſolito pluribus, & lautioribus utebantur. Tunc in auxilium advocavit S. Lupicinum, qui priſtinum rigorem reduxit, uno jusculo, aut pulmento hordeaceo absque ſalis, aut olei condimento contentus. Quibus hic rigor diſplicuit, abierunt. S. Romanus circa annum 460. animam Deo reddidit, & in Monaſterio Balſamenſi ſepultus eſt. Sæculum V. A. C. 476.

S. Lupicinus annis ferme viginti ſupervixit fratri, nihilo in ſe ipſum minus, quam in alios rigidus. Cum Regionis illius frigus cogeret, ut veſte pellicea uteretur, tunicam ex diverſorum animalium pellibus conſutam induebat, amore paupertatis. Calceamentum ejus erant Gallicæ, ſeu ſoleæ ex ligno, quibus Monachi in Gallia uti ſolebant. Lectus in ſumma hyeme cortex fuit, a cunarum forma non abhorrens, quem paululum calefieri patiebatur. In his Monaſteriis præſertim Condati carnem non manducabant, & ſolis ægrotis lacticinia, & ova concedebantur. Lupicinus vero non ferebat, ut vel guttula olei, aut lactis ſuo pulmento affunderetur. A tempore, quo Monachum induit, nunquam vinum bibit. Verumtamen rigorem contra Discretionem peccantem damnabat, & maximam curam adhibuit, ut Monachorum ſuorum aliquis, qui ob nimiam au-

vit. ap. Boll. 21. Apr. p. 263.

c. 1. n. 4.

Sæculum V. A. C. 476.

steritatem vires amiserat, sanitati restitueretur.

S. Lupicinus.

Greg. Tur. vit. PP. c. 1.

S. Lupicinus, jam ætate gravis, Chilpericum Regem Burgundiæ, Genevæ habitantem, adiit, petens, ut sustentandis Monachis suis, quibus non nunquam necessaria deerant, quidquam conferret. Cumque Rex agros, & vineas dare vellet, S. Lupicinus accipere recusavit, dicens, non expedire Monachis, ut corda eorum possessione bonorum temporalium inflentur, non levi humilitatis detrimento. Sed rogavit Regem, ut annuos redditus concederet. Dedit ergo Rex litteras, quibus mandabatur, ut singulis annis trecentos modios frumenti, trecentos cantharos vini, & pro vestimentis coemendis centum aureos acciperent.

v. S. Rom. c. 2. n. 8. v. S. Lupic. c. 4.

Obiit S. Lupicinus circa annum 480. & sepultus est Lauconnæ, ubi Monachos centum quinquaginta, qui ad perfectionis Christianæ apicem pervenerant, post se reliquit. Inter eos nulla invidiæ materia, nemo quidquam proprium possidebat, promptissime alter alteri, si necessitas postularet, succurrebat. Si aliquo proficiscendum, pedibus iter conficiebant; nec aliud iis viæ solatium quam baculus, cui innitebantur.

v. S. Eugen. 5. Act. SS. Boll. to. 1. p. 571.

S. Leonianus sub idem tempus Viennæ duo Monasteria fundavit. Patriam habuit Pannoniam, sed a Barbaris captus, &

& in Galliam deductus, deinde per annos quadraginta partim Auguſtoduni, partim Viennæ, cellæ incluſus & nemini hominum viſus, vitam duxit, at colloqui volentibus reſpondebat. Aliquot Monachos prope Cellam ejus extra urbem Viennenſem congregatos regebat, idque fuit Abbatiæ S. Petri initium. Alterum Monaſterium, Sancto Andreæ Sacrum, & intra Mœnia ſitum, erat fœminarum, quæ numero ſexaginta fuiſſe leguntur. In eadem Regione haud procul Vienna celeberrima erant Monaſteria Griniacenſia; Sidonius Regulam, in iis obſervatam, illi æqualem æſtimat, quæ apud Lerinenſes vigebat.

Sæculum V. A. C. 476.

ibid. p. 577.

Sidon. VII. ep. 17. *ad Voluſ.*

§. XLI.

Retractatio Lucidi.

Plerique Epiſcoporum, quorum Sidonius meminit, interfuere cuidam Synodo, in qua Leontius Arelatenſis præfuit, & Fauſtus Rejenſis Presbyterum, nomine Lucidum, aliquos de Prædeſtinatione errores retractare coegit. Poſtquam colloquendo ad confeſſionem erroris pertinacem adducere non potuiſſet, eidem ſcripſit epiſtolam, in qua articulos ſex notatos anathematizare jubebat. Primo. Errorem Pelagii; Hominem ſine peccato naſci. Solo ſuo conatu poſſe ſalvari, & liberari ſine Dei Gratia. Secundo. Fi-

Ep. Fauſt. to. 4. *Conc. p.* 1042.

Sæculum V. A. C. 476.

delem,& Fidem Catholicam profitentem, si post Baptismum labatur, perire per peccatum originale. Tertio. Hominem per præscientiam Dei in mortem præcipitari. Quarto. Hominem, qui damnatur, non accepisse potestatem se salvandi; quod de Baptizato, aut Gentili, tali ætate, qua credere potuit, & noluit, esset intelligendum. Quinto. Vas contumeliæ non posse se attollere, ut inter Vasa honoris locum accipiat. Sexto. JEsum Christum non esse pro omnibus mortuum, & nolle, ut omnes homines salvi fiant. Faustus Episcopus instabat, ut Lucidus ad hanc epistolam responderet, quod si omitteret, errorum istorum convictum habendum esse. Cum Fausto undecim Episcopi subscripserunt ejus epistolæ, solius autem Patientis Lugdunensis Sedem novimus.

Lucidus errorem emendavit, & retractavit, data epistola ad Episcopos triginta, qui id ipsi præceperant, in Concilio, ut creditur Arelate, nam a capite Leontius legitur, congregati. Post eum conspicitur Euphronius Augustodunensis, Mamertus Viennensis, Patiens Lugdunensis, Faustus Rejensis, Grecus Massiliensis, Crocus Nemausiensis, Basilius Aquensis, Joannes Cabillonensis. Ceteri sunt nobis ignoti. Lucidus aliquas propositiones damnat, ab illis, quæ in epistola

Lib. Luc. to. 4. Conc. p. 1044.

epistola Fausti continentur, distinctas; illo autem omnes tendunt, ut asserant; *JEsum Christum pro omnibus hominibus mortem oppetiisse, Deum neminem ad Damnationem prædestinare, Liberum Arbitrium in Adamo non fuisse extinctum, & a Gratia Dei non excludi conatum, quo homo cooperetur.* Idem Concilium Fausto Rejensi in commissis dedit, ut scriberet contra errorem illorum, qui nimium Prædestinationi tribuerent. Edidit libros duos de Gratia, & libero Arbitrio, quos Leontio Arelatensi inscripsit; at in alterum extremum propendet nimis, & plus æquo viribus Naturæ favet.

Sæculum V. A. C. 476.

Prol. Fausti. ad Lib. de Grat. &c. Bibl. PP. Paris. to. 4. p. 799.

§. XLII.

Ordinationes memoratu dignæ.

Joannes Cabillonensis ad Ararim, qui dicto Concilio adfuit, ordinatus fuerat in hunc modum; Paulo Episcopo Antecessore ejus fatis functo, Patiens Lugdunensis, Metropolita, Euphronius Augustodunensis, ejusdem Provinciæ Episcopus, & plures alii Cabillonum convenerant. Populum privati commodi studia trahebant in diversa; hinc viri tres ad Episcopatum præsentabantur. Unum commendabat nobilitas Generis, secundum lautissime parata adulatoribus mensa; tertius, Ecclesiæ prœdia inter fautores suos distributurum se, secreto pollicitus

Sidon. IV. epist. 25.

Sæculum V. A.C. 476.

citus fuerat. Patiens, & Euphronius hac re comperta, qua Disciplina Ecclesiastica pessumdabatur, clam cum aliis Episcopis collatis consiliis, & spretis populi clamoribus, subito Joanni Presbytero, nihil minus suspicanti, manus imposuere. Is necdum pueritiam egressus, Lector ordinatus, cum diu ministrasset, Presbyter creatus est. Nemo viro illo lenior, nemo humanus magis. Probi omnes acclamando testabantur, quantum sibi hæc Electio placeret. Nemo quidquam objicere ausus. Itaque Joannes consecratus est Episcopus.

Inter ceteras Electio quoque Simplicii Bituricensis memoratu digna est. Sede vacante, plures factiones fervebant, aliqui Episcopatum aperte ambientes, etiam pecunias offerre non erubescebant. Sidonius, Episcopus Claromontanus, in eadem Provincia, Decreto Civium vocatus, ut Electioni adesset, cum Episcopatum ambientium numerum, fraudes, & impudentiam cerneret, ad Agrecium Senonensem, vicinæ Provinciæ Metropolitam, litteras dedit, rogans, ut Bituricam cum Episcopis, Suffraganeis suis, veniret, & Electioni præesset, quod numerus Episcoporum Provinciæ Bituricensis, quæ erat prima Aquitaniæ, non sufficeret; quippe de hac Provincia nulla Civitas, nisi Claromontum in Arvernis, in Potestate Romanorum

Sid. VII. ep. 5.

norum supererat. Sed populus Bituricensis solum Sidonium Electionis Arbitrum esse voluit, qui cum Simplicii virtutes omnium ore laudari audiret, eum, ut ut Laicum, ad Dignitatis Episcopalis apicem promovendum putavit; prius tamen cum Euphronio, Episcopo Augustodunensi, communicavit consilium, promittens, facturum se, quod ipse suasisset. Tandem Sidonius, edicturus, quem eligendum esse censeret, præsente tota Congregatione, & Præside Agrecio Senonensi orationem habuit. In exordio dicendi modeste benevolentiam captat, quod loqui cogeretur, quamvis in Episcopatu esset Tyro. Sæculum V. A. C. 476. *VII. ep. 8. VII. post ep. 9.*

Tum exponit, quam grave & difficile negotium sit, Episcopos eligere, hoc vero omnino impossibile, ut eligatur aliquis, qui omnibus placeat. *Si Monachum eligam*, inquit, *etsi vitæ Sanctitate nec Antoniis, nec Hilarionibus inferior esset, dicent: hunc oportebat fieri Abbatem, at non Episcopum. Omnibus virtutibus falsa nomina affinguntur. Christiana humilitas abjectio animi audit, magnanimitas superbia, necessarius rigor crudelitas, indulgentia ignavia, ingenua indoles stupiditas vocatur. Si Clericum eligendum suadeam, huic juniores invidebunt, contemnent Seniores, hi enim putant, solum longioris temporis, quo serviunt, rationem esse*

Sæculum V. A. C. 476.

esse habendam, & illa ætate Ecclesiam regere volunt, qua ipsorum debilis Senectus Rectore indiget. Si proponam militum Ducem, dicturi sunt; nempe quia ipse Sidonius ex Militia Sæculari assumptus est, Metropolitam ex Religiosorum Virorum familia sibi eligere non vult; Natalibus, & sua Dignitate extollitur, JEsu Christi pauperes contemnit.

Postquam Sidonius dicendi finem fecit, Simplicium Episcopum Bituricensem pronuntiavit, virum Majorum Ceris illustrem, quos inter Episcopi, & Provinciarum Rectores numerabantur. Erat Simplicio matura ætas, sed integræ adhuc vires, eumque Ingenium, & Eruditio, humanissimi mores, suavis affatus, charitas in pauperes, virilis constantia, & Modestia summopere commendabant. Sæpe Civitatis suæ nomine ad Imperatores, & Reges Barbaros, a quibus etiam aliquando custodiæ traditus, Legatus iverat. Juvenis adhucdum, & Filius familias Ecclesiam ædificaverat. Filius fuit Eulodii, & Gener Palladii, ultimorum Biturige Episcoporum, eumque in ipsorum locum sufficere jam antea aliqui cogitaverant. Uxorem habebat piissimam, & ambo liberos caste educabant. Cum S. Perpetuus, Episcopus Turonensis, memoratam orationem audiret a multis laudari, eam a Sidonio sibi mitti petiit, accepitque.

VII. ep. 9.

§. XLIII.

Sæculum V. A. C. 476.

§. XLIII.

S. Perpetuus. S. Lupus.

Sanctus Perpetuus post hæc annos circiter quindecim, nempe usque ad annum 491. in vivis fuit, & nihilominus Testamentum ejus habemus sub idem tempus, prima Maji, post Consulatum Leonis junioris, id est, anno 475. conditum, in quo aliquot mancipia manumittit, Debitoribus, quæcunque debebant, dimittit, Ecclesiæ suæ agros aliquot, & libros suos legat. Successori suo Supellectilem cubiculi sui, & Sacristiæ legat, & duobus Presbyteris, quos deposuerat, & restitui prohibet, pensionem ex Bonis suis solvendam. Hæredes autem instituit pauperes. Credibile est, ipsum posteriore tempore aliud scripsisse Testamentum, quo, ut S. Gregorius Turonensis refert, singulis Ecclesiis sua ætate in hac Diœcesi ædificatis, Bona sua, quæ in illis locis possidebat, donatione relinquit; Nam Gregorius sub quolibet Antecessorum suorum oppida, & vicos enumerat, ubi novæ Ecclesiæ fundatæ. S. Perpetuus jejunia, & Vigilias totius anni, & in quibus Ecclesiis illas celebrare oporteret, ordinavit. Sedit annis triginta, & ejus memoriam octava Aprilis colit Ecclesia.

Ap. Boll. 8. Apr. tom. 9. p. 750.

Greg. X. hist. 6. 31.

Mart. Rom. 8. Apr.

S. Lu-

Sæculum V. A. C. 476.

S. Lupus Trecensis adhucdum Luc fruebatur, quem Sidonius Patrem Pa trum, Episcopum Episcoporum, & Gallia Pontificum facile primum appellabat. Haud diu postquam Sidonius Episcopi munus subiisset, S. Lupus ad eum litte ras dedit. Respondit Sidonius Gratias pro Benevolentia agens in ejusmodi ver ba, ex quibus dispicitur, quam magni S. Lupum æstimaret, & quam parum se ipsum Episcopatu dignum crederet. Tunc autem annis quadraginta quinque Episcopatum gerebat S. Lupus, ex quo sequitur, fuisse annum 472. cum anno 427. ut suo loco diximus, fuerit ordinatus. Super vixit annis septem, & ad cœlestia tran siit anno 479. cum annos 52. sedisset. Ecclesia 29. Julii ejus memoriam colit. Multos post se reliquit Discipulos, & in ter alios S. Polycronium, Episcopum Ve rodunensem, S. Severum Episcopum Tre virensem, primæ Germaniæ (*) Apostolum, & S. Aubinum, Episcopum Cabillonensem, qui ex obsessis corporibus Dæmones ejiciebat. Eodem Dono S. Polycronius claruit. S. Lupi in Sede Trecensi Successor fuit Camelianus, ejusdem virtutum imitator egregius.

VI. ep. 1. *ibid. ep.* 9. *epist.* 1. *Sup. XXV.* §. 15. *Martyr. R.* 29. *Jul.*

§. XLIV.

(*) In Romano Imperio majores Provinciæ in plures Regiones dividi solebant, quæ deinde prima, secunda, vel tertia dicebantur.

§. XLIV.

Sæculum V.
A. C. 476.

S. Remigii Primordia.

Inter hæc fulgentissimum Sidus in eadem Galliarum parte oriebatur S. Remigius Episcopus Rhemensis. Parentes ejus Emilius, & Celinia primis conjugii annis alium genuerant filium, nomine Principium, qui Episcopus Suessionensis, & Pater Lupi, Successoris sui, fuit. Ecclesia S. Principii Memoriæ 25. Sept. honorem exhibet. Multis post ipsius Nativitatem annis Eremicolæ, cui nomen Montanus, Divinitus revelatum, Principii Parentibus alterum filium ad populorum Salutem nasciturum, & vocandum Remigium. Hæc Eremicola ad Celiniam, & in Vaticinii argumentum addidit: *cæcus sum, ut vides, sed postquam lacte tuo oculos meos lavero, lumen recipiam.* Natus est puer, e fonte Baptismi Remigius dictus, & Montano Eremicolæ, admoto Matris ejus lacte, oculorum lumen rediit. S. Remigius lucem primo aspexit circa annum 450. in agro Laudunensi. Balsamia, Nutrix ipsius, etiam Sanctarum numero adscripta, & Rhemis in Ecclesia Collegiata, quæ S. Nutricis Nomen gerit, celebris est. Hæc Mater fuit Celsini, postea S. Remigii Discipuli, quem Lauduni Sanctum Sussinum dicunt, & venerantur.

Flodoard. hist. 1. Hincmar. ap. Surium 13. Jan.

S. Re-

Sæculum V. A. C. 476.

S. Remigius optimo a Natura ingenio præditus, & humanioribus Disciplinis imbutus, Sidonio Judice in Eloquentiæ Palæstra palmam sua ætate omnibus præripuit. Scientiarum studio pietatem junxit, ex puero morum gravitas, & innocentia elucebat. Hinc Bennagio, Episcopo Rhemensi, defuncto unanimi totius populi consensu, ipso frustra reluctante, nam juvenis erat viginti duorum annorum, ad Sedem vacantem implendam electus est. Eventus docuit, digitum Dei ad hanc Electionem fuisse operatum. S. Remigius septuaginta quatuor annis Ecclesiæ Rhemensi dignissime præfuit. Anno 471. ordinatus fuisse creditur.

IX. Epist.

Flod. I. c. 11.

Sigebert. in Chr.

§. XLV.

Sancti alii in Gallia Episcopi.

Multos alios in Gallia Episcopos eximia Sanctitate fulsisse Sidonius litteris consignavit. Inter illos celeberrimi habentur Aprunculus Lingonensis, qui Sede sua pulsus, cum in Arverniam venisset, ab ipso Sidonio Successor in Sedem Claromontanam designatus est. Auspicius Episcopus Tullensis, Censurius Episcopus Antissiodorensis, cui Constanius, Sidonii in paucis amicus, S. Germani vitam inscripsit. In Ecclesia dies decima Junii Censurii memoriæ sacra est, & 29. Julii Prosperi Aurelianensis memoria agitur,

Sid. IX ep. 10. Greg. Tur. II. hist. c. 23. Sid. VII ep. 10. IV. ep. 10. I. ep. 1. Martyr. 10. Jan. 29. Jul. Sid. VIII. ep. 15. IV. ep. 24.

agitur, qui ut honorem S. Aniani Antecessoris sui augeret, apud Sidonium precibus instabat, ut Bellum Attilæ scriberet. Sed ille rogavit, ut excusatum se haberet. Sæculum V. A.C. 476.

Unus ex Optimatibus Palatii, cui nomen Maximus, pecunias mutuas dederat Turpioni, olim Tribuno. Iste gravissime ægrotans, cum ad solvendum urgeretur, Sidonium, utriusque amicum, rogavit, ut sibi dilationem obtineret. Maximus Tolosæ habitabat, ad cujus prædium, quod prope Civitatem habebat, & forte tunc erat, Sidonius se contulit. *Advenienti mihi*, inquit, *ipse obviam processit, sed totus mutatus. Semper antea videram corpore erectum, liberali ingressu, voce expedita loquentem, & fronte porrecta; tunc vero habitus, ingressus, color vultus, modestia, omnia Religionem spirabant. Capillitium breve erat, barba prolixa, tribus pedibus sellæ, qualibus vulgus utitur, solito grossiora ad portas siparia pendebant, nullæ in lecto plumæ, nec purpura mensam ornabat. Convivium honestum, sed frugale, & plura legumina, quam carnes inferebantur. Optima quæque hospitibus, non ipsi destinabantur. Cum a mensa surgeremus, submisse quæsivi ex adstantibus, quodnam ex triplici vitæ genere amplexus fuisset, an Monachi, Clerici, vel Pœnitentis? responderunt, haud diu ante illos dies fuisse initiatum Sacerdotio,* *Sid. VIII. ep. 15. IV. ep. 24.*

Sæculum V. A. C. 476.

quod ut admitteret, civium suorum in virum affectum impulisse invitum.

Narrat deinde Sidonius, Maximum, a se rogatum, ut Turpioni moram concederet, non solum spatium unius anni indulsisse, sed etiam usuras omnes, quæ ipsi Summa majores evaserant, donasse, & promisisse, si Turpio moreretur, nihil se a filiis exacturum, nisi quod a lenitate Sacerdotis non abhorreret. Nullibi alias, quis hic Maximus fuerit, occurrit, & quia inter Episcopos Tolosanos non recensetur, credere oportet, simplicem Presbyterum fuisse. Nihilominus hæc Historia ideo memoratu digna fuit, ut notaremus, quantæ mutationis in exteriori etiam conversatione ordinis Clericalis susceptio causa esset.

v. Gall. Chr. to. 1.

§. XLVI.

Basilisci epistola ad Episcopos.

Sup. §. 40. Evagr. III. c. 4.

Sup. §. 20. Theod. Lect. 1. p. 550. ep. 4. Simpl. pp.

Cum in Oriente Basiliscus, Zenone fuga elapso, Imperator haberetur, Delegati ab Alexandrinis ad eum missi sunt, qui impetrarunt, ut Timotheus Elurus ab Exilio, in quo annos octodecim exegerat, revocaretur. Ergo Timotheus Constantinopolim venit, atque a suæ Factionis hominibus excipitur, acclamantibus: *Benedictus qui venit in Nomine Domini.* Ecce autem, dum eum Alexandrinorum cohors ex Basiliscì Palatio ad Ecclesiam cum

cum pompa deducit, asino insidentem, in- Sæculum V.
æquali humo fallente vestigium, excus- A. C. 476.
sus est, & crus labentis confractum. Petrus Fullo quoque e Monasterio Acemetensium, ubi se occultaverat, exiit, omnesque Concilii Calcedonensis hostes in lucem prodire, illudque audacter proscindere cœperunt.

Imo Timotheus Basilisco Imperatori persuasit, ut Concilium, & S. Leonis epi- *Ap. Evagr.*
stolam, datis ad omnes Episcopos litteris, damnaret; in illis, sub obtentu quod velit leges Antecessorum suorum confirmare, Ecclesiæ unitatem procurare, atque Decreta Conciliorum Niceni, Constantinopolitani, & Ephesini salva conservare, jubet, ut omnes Episcopi Leonis Tomum, & omnia, quæ Calcedone acta sunt, nempe Fidei Definitionem, Interpretationes, Disputationes, tanquam nova, & periculosa anathematizarent, & flammis traderent. Hoc quidem verum, quod damnet eos, qui non confitentur, Filium Dei vere hominem factum, & dicunt, Carnem ejus de Cœlo venisse, atque tantum in speciem fuisse incarnatum. In epistola Circulari rursus præcipitur, ut omnes Basilisci
Episcopi subscribant, & verbis expres- epistola.
sis ea, quæ Calcedone Acta, anathematizent; illos vero, qui imposterum de his Actis mentionem renovare ausi fuerint, pœnas daturos, quæ ab Ecclesiarum

Sæculum V. A. C. 476.

perturbatoribus, Dei, & Imperatoris hostibus exigi solent; Episcopos, & Clericos deponendos, Monachos, & Laicos, bonis Fisco addictis, proscribendos.

Evagr. III. c. 5.

Timotheus Elurus, iterum Alexandriam, & Petrus Fullo Antiochiam missi, & antequam Constantinopoli abirent, omnium primi epistolæ Basiliſci subscripserunt. Exemplum secuti sunt plurimi Episcoporum, ita ut ferme quingenti numerarentur, qui epistolam S. Leonis, & Concilium Calcedonense damnantes subscripserant. Schismatici, qui in vicinia urbis Jerosolymæ supererant, favente occasione, Archimandritam sibi elegerunt Geroncium, ad S. Melaniam Abbatem, qui sane haud multo minus, quam Theodosius ante annos viginti tres, nocuit. Ipsum Anastasium, Jerosolymæ Patriarcham, epistolæ encyclicæ nomen appo-

vit. S. Euthym. p. 86.

Sup. lib. XXVIII. §. 47.

suisse ferunt.

Theo. Lect. 1.

Acacius Constantinopolitanus ex Patriarchis solus Basiliſco obstitit, & subscribere recusavit. Patriarchæ suo junxere se Monachi, & populus Constantinopolitanus, qui in Ecclesia contra Basiliſcum seditiose congregatus est. Acacius nigras vestes induit, & ejusdem funerei coloris pannis Cathedram, & Altare insterni jussit. Jam aliqui Presbyteri, Abbates, & Monachi, pio zelo ferventes, Simplicium Papam de reditu Timo-

Simpl. ep. 4. tom. 4. Conc. pag. 1070.

thei

thei Eluri per litteras certiorem fecerant, & quantos tumultus Constantinopoli cieret in hunc finem, ut Sedi Alexandrinæ restitueretur. Idcirco Papa ad Imperatorem scripsit epistolam, 10. Jan. an. 476. datam. Hortatur, ut Marciani, & Leonis, sub quibus educatus fuerat, exempla sequeretur, cum his Imperatoribus Concilium Calcedonense, atque S. Leonis epistolam, in qua Fides clarissime explicata esset, defenderet, in Sedem Alexandrinam Episcopum Catholicum reduceret, & Timotheum, infamem Latronem, ejiceret. Sæculum V. A. C. 476.

Simul Acacio scripsit, & mandavit, *epist. 5.* ut tanquam suus Legatus hanc causam ageret, cum Presbyteris, & Monachis, Timotheo adversantibus, operam jungeret, & Imperatorem rogarent, ut usurpator ab urbe Alexandrina excluderetur, prohiberent etiam, ne de convocando Concilio mentio fieret; *quippe nunquam actum est Concilium*, inquit, *nisi tunc, quando novus error, aut aliquod de Doctrina dubium Fidelium mentes perturbavit, ut communi Episcoporum deliberatione tolleretur.*

§. XLVII.

S. Daniel Stylites Constantinopoli.

Acacius, communicato cum Monachis consilio, S. Danielem Stylitem advocare *vit. S. Dan. ap. Sur. II. Dec. c. 41.*

Sæculum V. A. C. 476.

care ſtatuit, eique indicari juſſit, quæ Imperator Baſiliſcus moliretur. Is ſua quoque ex parte miſit, qui ſuo Nomine de Acacio quererentur; accuſabat Patriarcham, quod cives contra ſe accenderet, militum animos ad ſeditionem ſollicitaret, & ſe cumularet conviciis. Daniel

c. 2. Imperatori reſponderi mandavit; futurum, ut Deus Regnum ejus deſtrueret, & adeo graviter increpuit, ut Legatus, ea a ſe Principi in faciem referenda promittere non auſus, Sanctum rogaret, ſibi tam acerba monita in epiſtola, ſigillo clauſa, dari. Patriarcha quoque, multis congregatis Epiſcopis, miſit, qui Danielem rogarent, ut ad opem Eccleſiæ ferendam veniret; cumque e Columna ſua deſcendere nollet, ſecundo miſit Acacius, qui ultimis precibus virum Sanctum, ut descenderet, exorarent. Hi geſtibus, verbis, & lacrymis doloris vim ſignificabant, adducto Chriſti Domini Exemplo, qui

c. 43. propter noſtram Salutem de Cœlo descendiſſet. Tandem Daniel deſcendit, atque ab Epiſcopis, & Patriarcha ingenti

Theod. Lect. p. 556. gaudio exceptus eſt. Adiit conventus populi, tam furioſe commoti, ut incendendam eſſe Civitatem vociferaretur. Baſiliſcus perterritus Conſtantinopoli erupit, poſtquam mandaſſet, ne Senatores cum Acacio conſilia communicarent. Daniel, comitantibus Monachis, & maxi-

ma

ma populi multitudine & ipse exiit, atque ad *Hebdomon*, ubi erat Imperator, festinavit. Cum adveniret aliquis Gothus, per fenestram prospiciens, vidit, quod vir Sanctus portaretut (quippe quia insolito vitæ rigore nunquam non stabat, ita intumuerant pedes, ut ingredi non posset) itaque Gothus cum videret, quod portari se aliorum humeris pateretur, irridens dixit: *Ecce novum Consulem!* simulque corruens, animam reddidit. Prætoriani, ipsius Imperatoris vitæ timentes, Danielem ab ingressu in Regiam prohibuerunt. Ipse excusso pedum pulvere, juxta dictum in Evangelio, socios, ut idem facerent, monuit, & Constantinopolim rediit, militibus, qui eum comitabantur, habitum viri, & vitæ rationem stupentibus. Misit ad eum Imperator, ut ad se rediret, sed Daniel indignans venturum se negavit. Tandem postquam alios, aliosque frustra misisset Basiliscus, ipse ad S. Virum se confert, ejus pedibus prosternitur, & veniam rogat. At Daniel, Imperatore severe objurgato, ad adstantes conversus dixit: *ficta est ista humilitas, & pallium, quo crudelitatem tegat. Brevi agnoscetis vindictam Dei, Potentium Superbiam deprimentis.* Igitur prædicto Basiliscl lapsu, & multis editis miraculis, ad suam Columnam viam relegit. Alius quoque Monachus, cui nomen Olympius,

Sæculum V. A.C. 476.

Matth. 10, 14.

Sæculum V. A. C. 476.

Imperatoris malam fidem liberrime reprehendit.

§. XLVIII.

Schismaticorum Conatus.

Evagr. III. c. 6. Interea Timotheus Elurus in itinere Alexandriam Epheſi ſubſtitit, & Synodum Epiſcoporum Aſiæ, ſibi ex aſſe addictorum, coegit. *Id. c. 5.* Illi, cum ſcirent, quantum Conſtantinopoli Baſiliſcus urgeretur, ut epiſtolam ſuam Encyclicam retractaret, miſerunt Libellum ſupplicem, in quo querebantur, ſe a Fidei inimicis, id eſt, Catholicis, falſo inſimulari, quod metu cogente ſubſcripſiſſent, & exhortabantur, ut, ſi inconſtantiæ Notam vellet effugere, nihil novi promulgari juberet. In hoc Schismaticorum Concilio Paulus, Epiſcopus Epheſinus, qui fuerat depoſitus, reſtitutus eſt, & reddita Eccleſiæ Epheſinæ Dignitas Patriarchalis, qua ablata eam Concilium Calcedonenſe Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſubjecerat.

Timotheus Elurus ubi confecto itinere Alexandriam pervenit, omnes ad ſe venientes Concilium Calcedonenſe anathematizare cogebat. Non nulli tamen ab ipſius partibus defecerunt, & inter alios Theodotus, Epiſcopus Joppenſis, quem Anti-Epiſcopus Jeroſolymitanus Theodoſius ordinaverat. Scilicet Timotheus, etiamſi Concilio Calcedonenſi eſſet infen-

insensissimus, tamen Eutychis errorem damnabat. Hinc etiam ipso adhucdum Constantinopoli morante, cum Monachi Eutychiani ad eum convolarent, rati, se per epistolam Circularem Basilisci causa viciisse, stupentibus demonstravit; *Carnem Verbi Incarnati esse nostræ consubstantialem, ipsumque cum Patre secundum Divinitatem ejusdem esse Substantiæ.* Monachi attoniti recesserunt. Timotheus *Solofaciole*, comperto Eluri adventu, secessit ad Monasteria Canopi; illorum enim Disciplinæ olim adsueverat. Huic, cum amaretur ab omnibus, nihil mali Elurus inferre valuit.

Sæculum V. A. C. 476.

Theoph. Chr. p. 104.

Petrus Fullo quoque, jubente Imperatore Basilisco, Antiochiam reversus, Sedem vacantem invenit, nam Julianus, Episcopus Catholicus, tantam Ecclesiæ calamitatem non ferens, ex animi dolore obierat. Petrus multos anathemate percutere, & turbas excitare cœpit propter verba, a se ad *Trisagion* addita. Episcopum Apamiensem ordinavit quemdam, nomine Joannem, in aliquo Concilio antea depositum; cum vero populus Apamiensis virum damnatum recipere noluisset, Joannes rediit Antiochiam, ubi ipsum Petrum, Patronum suum, supplantavit.

Theod. Lect. p. 556. *Theoph. Ch. p.* 104.

Tanti Schismaticorum motus Gelasio Cyziceno ansam præbuere, ut Histo-

Sæculum V. A.C. 476.

riam Concilii Niceni ſcribere in animum induceret. Is filius Presbyteri Eccleſiæ Cyzicenæ, veterem librum in membrana deſcriptum, omnia, quæ in Concilio Niceno acta fuerant, continentem, in domo Patris ſui vidit. Hujus Libri Dominus quondam Dalmacius, ejusdem urbis Epiſcopus, fuerat. Hiſtoriam iſtam legere Gelaſio annis puerilibus perjucundum fuerat, & quia omnia memoria retinere non valebat, quædam calamo notaverat. Cum ſequenti tempore exortæ eſſent Diſceptationes cum Eutychianis, qui, favente Baſiliſco, ſub ſpecie defendendi Concilii Niceni, Concilium Calcedonenſe oppugnabant, deprehendit Gelaſius, Eutychianos Synodi Nicenæ Doctrinam ignorare, & de rebus diſputare, quas non intelligerent. Ergo hujus Synodi Hiſtoriam litteris mandare ſtatuit, & præter proprias Annotationes, etiam Scripta antiqua cujusdam Presbyteri, nomine Joannis, item multa ex aliis, præſertim ex Euſebio, & Rufino, collegit. Ita Hiſtoriam dicti Concilii conſcripſit, in tres Libros diviſam; optima & ſincera ex Euſebio, Socrate, Sozomeno, & Theodoreto excerpta, reliqua omnia ſuſpecta ſunt, & modicam judicii vim Scriptoris produnt.

Gelaſ. præf. to. 2. Conc. p. 106.

§. XLIX.

Sæculum V.
A. C. 477.

§. XLIX.

Imperatoris Zenonis reditus.

Patriarcha, Monachis, Populoque Constantinopolitano resistentibus, & Hæreticum proclamantibus, timore perculsus Imperator Basiliscus, cum insuper redire ex Isauria Zeno, & cum exercitu imminere diceretur, ad Ecclesiam procedens, publice factum excusavit; edito deinde Decreto retractat, & nullius valoris declarat, quod nomine epistolæ Encyclicæ, obreptitie a se impetratæ, aut quocunque alio nomine promulgasset, Anathema Nestorio, Eutychi, & omnibus aliis Hæreticis dicit, prohibet, ne Fidei causa Concilium petatur, aut quidquam ex iis, quæ definita essent, in dubium revocetur; jubet, ut Fides, ab initio in Ecclesiis Catholicis recepta, firma consistat, & inconcussa, Patriarchæ Acacio Provinciæ illæ, in quibus jus ordinandi Sedi Constantinopolitanæ competit, nempe Privilegia illi Sedi a Concilio Calcedonensi concessa, quæ epistola circularis nulla edixerat, reddantur. *Evagr. III. c. 7. Theod. Lect. 1.*

Verum fama attulerat. Rediit Zeno, & a Constantinopolitanis vigesimo post abitum mense, id est, an. 477. exceptus est. Basiliscus ad Ecclesiam festinans, deposita in Altari Corona, cum uxore Zenonida, & Marco filio in Baptisterium confugit. *Vict. Chron. Chr. Pasch. an. 478. Theod. Lect. p. 757.*

Sæculum V. A.C. 477.

Zeno.

fugit. Promisit Zeno, nulla se mandata daturum, ut capite plecterentur; verumtamen in Cappadociæ arcem missos, portis obstrui muro jussis, fame necavit. Zeno Constantinopolim adveniens, absque mora in Ecclesiam se contulit, ut grati animi signa daret. Gratias etiam S. Danieli Styliti egit, qui Exilium sibi, reditumque prædixerat. Seleuciæ in Isauria templum magnifici operis S. Theclæ honoribus extrui jussit, & dona sane Regia misit, dictitans, Sanctam Virginem sibi apparuisse, & post breve Exilium lætiora fuisse pollicitam. Non ideo tamen pessimos mores mutavit. Legem edidit, qua omnia illa irrita pronuntiabat, quæ post ejus abitum sub Basilisci Tyrannide contra Religionem acta fuissent, sive ea ad Fidem, sive ad Privilegia Ecclesiarum, ordinationes, & depositiones Episcoporum pertinerent. Imprimis Patriarchæ Constantinopolitani Prærogativæ tam quoad locum, quam ordinationes confirmantur. Conjectura est, hanc legem ab Acacio fuisse dictatam.

vita c. 49. Evagr. III. c. 8.

L. 1. 6. Cod. de S. Eu.

Zeno Imperator ad Simplicium Papam scripsit; (*) qui in Responsoria eidem

(*) Zeno Imperator ad Simplicium Papam scripsit. Talia ideo diligenter notanda sunt, quia aliqui ex Protestantibus dicunt, jam a tempore S. Joan-

eidem reditum, & Imperium gratulatur, hortaturque, ut animi gratitudinem defendendo Dei Ecclesiam, testatam faciat. Imprimis rogat, ut Ecclesiam Alexandrinam ab Usurpatore liberet, afflictis Fidelibus suum Pastorem reddat, eos, quos usurpator ordinasset, ejiciat, in eorum locum Episcopos Catholicos sufficiat, & tandem nullatenus committat, ut, quisquis fuerit, Concilium Calcedonense, vel S. Leonis epistolam, impune lacessere audeat. Hæc Simplicii Papæ epistola octava Octobris, post Basilisci, & Armati Consulatum, id est, anno 477. data. Sæculum V. A. C. 477.

Acacius per manus Diaconi Epiphanii amplissimum Commentarium de iis omnibus, quæ Hæretici contra Fidem, & Canones egerant, ad Simplicium Papam misit, modum exquirens, quo illis Ecclesiis, quibus Timotheus Elurus, favente Basilisci Tyrannide, per vim illusisset, remedium ferri posset. Respondet Papa; post Deum ab Imperatore auxilium Ecclesiæ expectandum esse. Oportere, ut Imperator Edictum promulgari juberet, quo illi, quos Timotheus Elurus Episcopos ordinasset, in Exilium mitterentur, & Episcopi Catholici revocarentur. *epist. ult. p.* 1039. *epist. ult.*

S. Joannis Chrysostomi Communionem inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam defeciſſe.

Sæculum V. A.C. 477.

tur. *Ergo litteris noſtris*, inquit, *veſtra & tot Epiſcoporum, qui Conſtantinopolin advenerunt, inſtantiſſimas preces jungite, ut Timotheus, & Sectatores ejus, ſine omni ſpe reditus proſcribantur; Lex eadem ad Paulum Epheſinum, Petrum Antiochenum, & omnes illos, qui ſe Epiſcopos fuiſſe ordinatos dicunt, pertineat. Joannes, olim Presbyter Conſtantinopolitanus, ab Hæreticis Epiſcopus Apamienſis ordinatus, qui Petrum Fullonem, Ordinationis ſuæ Auctorem, & Sedis Antiochenæ Uſurpatorem per inſidias expulit, & eandem Sedem nova uſurpatione invaſit, anathematizetur, & a Societate Chriſtianorum ſine venia ſpe avellatur.* (*) Et inferius: *non expedit, ut Epiſcopi Fratres noſtri diu Conſtantinopoli morentur, præprimis quia illarum Eccleſiarum populi ob proximam perſecutionem adhucdum trepidant, & ne ſpecies ſit, ac ſi Decreta Concilii Calcedonenſis retractarentur; in toto enim Terrarum orbe inviolabile cenſetur, quod omnibus Epiſcopis definire placuit.*

§. L.

(*) Vere hic in Pontifice Romano Sollicitudo omnium Eccleſiarum deprehenditur; nam de Eccleſiis Alexandrina, Antiochena, Conſtantinopolitana, quibus reliquæ omnes ſubjiciuntur, cura eſt.

Sæculum V.
A.C. 477.

§. L.

Vicissitudines Antiochiæ & Alexandriæ.

Zeno Imperator, quæ Papa volebat, perfecit. Ipso jubente, Petrus Fullo in Concilio Episcoporum Orientalium depositus est, hunc enim premi, quod Basilisci amicum crederet, Zeno gaudebat. In ejus locum Joannes Episcopus Apamiensis quidem suffectus est, sed eodem post menses tres pulso, Stephanus, vir piissimus, Episcopus Antiochenus ordinatur. Is illico epistolis Synodalibus ad Acacium Constantinopolitanum datis, ordinationem suam, Petrique & Joannis condemnationem retulit. Acacius, convocato Episcoporum, qui Constantinopoli illis diebus versabantur, Concilio, Petrum Fullonem, Joannem Apamiensem, & Paulum Ephesinum damnavit, atque ad Papam Simplicium scripsit, rogans, ut si ad ipsum confugerent, eos nec in conspectum admittere, nec recipere ad Pœnitentiam dignaretur. Papa quoque hos viros damnavit, & in Rescripto Acacio suadet, Imperatorem urgeret, ut eos extra Imperii limites deportari juberet.

Theoph. p. 107.

Vales. Diss. de Petr. &c. c. 2.

Paulo e Sede Ephesina ejecto, Episcopi Asiæ Acacii Constantinopolitani animum mitigaturi, veniam rogarunt, missaque

Evagr. III. c. 8. c. 9.

Sæculum V. A. C. 477.

saque epistola, qua factum retractabant, juramento affirmabant, subscriptionem epistolæ Circularis Basiliſci fuisse a se vi extortam, nec se ullo tempore aliam, quam Concilii Calcedonensis Fidem, tenuisse.

Cum Zeno etiam Timotheum Elurum Alexandria ejecturus esset, fuere, qui dicerent Principi, virum extrema ætate pressum longe proficiſci non posse; nec fefellit eos conjectura, quippe inter paucos dies e vivis abiit. Fama est, timentem, ne fugere cogeretur, sumpto veneno dedecus antevertisse. Discipuli ejus spargebant in vulgus, ipsum mortem suam prædixisse; & profecto id sine prodigio poterat, si verum sit, quod suo arbitrio mori statuerit. Dicti sunt Timotheani, & Concilium Calcedonense rejiciebant, etiamsi Eutychianis plene non consentirent. In ejus locum Episcopi Hæretici illius Regionis Petrum, olim Archidiaconum, cognomento Mongum, seu *Moggos*, id est Balbum, inconsultis omnibus, eligere ausi sunt, quem unicus Episcopus, & noctu ordinavit. Hæc res ad Zenonem delata, oppido displicuit; idcirco datis ad Anthemium, Ægypti Præfectum, litteris, mandavit, ut Petrum depelleret, eos, qui ipsum ordinassent, puniret, & Timotheum *Solofaciole* Sedi Alexandrinæ restitueret.

Breviar. Liber. c. 16. *Genn. script. n.* 80.

Evagr. II. c. 11.

Felix ep. 1. *ad Acac. p.* 1050.

Præfe-

Præfectus, quæ imperata erant, non segniter executus est. Imperator etiam ad Episcopos, Clericos, & Laicos totius Ægypti epistolas dedit, quibus intra bimestre ad Communionem Timothei redire jubebantur, & detrectantibus indicebatur pœna, suis Dignitatibus, & Ecclesiis esse privandos. Ordinationes omnes Timothei Eluri, & Petri Mongi, nullas pronunciavit. Sæculum V. A. C. 478.

Timotheus Solofaciole, Clericis Constantinopolim missis, Gratias egit Imperatori. Inter illos Clericos erant Gennadius, Episcopus Hermopolitanus, propinquus ejus, & Joannes cognomento *Talaja*, qui in Canopo sub Regula Tabennensium Monachus fuerat, Ecclesiæ Alexandrinæ œconomus, & deinde Presbyter. Postquam Legati isti sibi mandata perfeciissent, ceteris Alexandriam redeuntibus, Episcopus Gennadius Constantinopoli remansit, officio Apocrisiarii Patriarchæ Timothei jussu functurus. Acacius Constantinopolitanus ad Simplicium Papam perscripsit, tristes Ecclesiæ Alexandrinæ vices in lætiores esse mutatas, Timothei Eluri decessum, Petri Mongi fugam, & Timotheum *Solofaciole* restitutum, cujus lenitatem, & patientiam laudat. Epistola Papæ Responsoria 13. Martii, anno 478. Illo Consule data est. In fine epistolæ queritur de timiditate Timothei,

Liber. ibid. Evagr. III. c. 12. Episcopi Antiocheni & Alexandrini.

Epist. Acac. to. 4. Conc. p. 1080.

Simpl. ep. 9

Sæculum V. A.C. 478.

thei, qui sustinere potuisset, ut nomen Dioscori ad aram recitaretur. At non diu post hæc Timotheus Pontificem mitigavit, nam tres Legatos cum epistolis solemni ritu misit, qui Reditum ad Ecclesiam suam nunciarent, & rogarent, ut Papa potissimum Hortatore, Imperator Petrum Mongum e suis latebris erutum, quippe clam omnibus Alexandriæ hærebat, proscriberet. Id quoque significabat Timotheus, quod errorem, metu admissum, ut Nomen Dioscori legeretur, jam emendasset, veniam petebat, mittebatque Papæ eorum Indicem, qui, a Timotheo Eluro, & Petro Mongo seducti, factioni pessimæ renunciabant. Simplicius Papa ad Imperatorem, & Acacium Patriarcham tales epistolas, quales Timotheus exoptabat, dedit.

Epist. II.

Epist. 10.

Elapso haud multo tempore Simplicius Papa epistolas accepit a Zenone Imperatore, & Acacio Patriarcha ad se datas, quibus immane facinus Antiochiæ commissum referebant. Stephanum, cum uno ferme anno Sedem Antiochenam tenuisset, Hæretici invadunt, atque cannis, in acumen extenuatis, lancearum instar usi, in Ecclesia transfodiunt, occisi Corpus, per urbem raptatum, Orontis fluctibus demergunt. Ecclesia S. Stephano locum inter Martyres die 25. Aprilis assignavit. Imperator, comperto Parricidio,

Evagr. III.

Martyr. 25. April.

dio, Antiochiam misit, qui Seditionis Auctores meritis pœnis afficerent. Cives, missis Legatis, facti veniam precabantur, & petebant, ut, ad tollendam enormis mali occasionem, futurus Antiochiæ Episcopus Constantinopoli ordinaretur. Voti compotes Imperator esse voluit; itaque Acacius, jubente Imperatore, Episcopum Antiochenum ordinavit alium Stephanum, qui Stephanus junior dicitur, Pietate, æque ac Antecessor ejus, insignem. Sæculum V. A.C. 478.

Cum huic Ordinationi Leges Ecclesiasticæ adversarentur, Imperator, & Patriarcha, datis ad Papam litteris, rogarunt, ut, quod necessitate, & amore Pacis fecissent, approbaret. Pontifex Imperatori respondit in hunc modum: *Si ea, quæ Fratri meo Acacio in Causa Petri, aliorumque scripseram, facta fuissent, nunquam infanda crimina, quæ jam punienda sunt, commissa fuissent. Quippe mandaveram, ut, tradito tibi Libello supplice, & ipse, & omnes illi, qui Tyranni Favore abusi, alienas Ecclesias usurpaverant, ultra Imperii limites ejicerentur. Itaque saltem nunc, si aliqui eorum supersunt, libera hac peste Ecclesiam, & in exteras Regiones deportari jube. Quia vero credidisti, Seditionem Antiochenorum aliter compesci non posse, quam si novus Episcopus contra Synodi Nicenæ Decretum Con-* Simplicii Papæ epistola ad Zenonem Imp. *Simpl. ep.* 14.

Sæculum V. A. C. 479.

stantinopoli ordinaretur, salvo imposterum jure Concilii Orientalis, cui ordinare Episcopum Antiochenum competit; S. Petrus Apostolus pollicitationem tuam, & juramentum recipit, ne, quod Frater meus, te jubente, fecit, futuris temporibus in Consuetudinem trahatur. His conditionibus, quod ad obtinendam Pacem feciſti, ratum habemus. Hæc epiſtola 22. Junii, anno 479. data. In eundem ſenſum Papa Acacio ſcripſit; inprimis inculcans, ne hoc exemplum in futurum Præjudicio ſit. Imperator, Conſilium, a Papa ſuggeſtum, ſecutus, Petrum Fullonem Pityontum, locum in terminis Imperii ad Pontum ſitum, in Exilium miſit; at Petrus cuſtodes fefellit, confugitque ad S. Theodorum Euchaitarum; hunc eundem eſſe, a Græcis *Trichinas* ob aſperrimum, quo corpus domabat, Cilicium, appellatum credunt.

epiſt. 15.

Theoph. p. 107.

Menol. 20. *April.*

§. LI.

Martyrius Patriarcha Jeroſolymitanus.

vit. S. Euthym. p. 86.

Anaſtaſius Patriarcha Jeroſolymitanus diem clauſit initio Januarii, quinto poſt Leonis Imperatoris mortem anno, nempe 479. poſtquam Cathedram Episcopalem tenuiſſet annos viginti. Succeſſorem habuit Martyrium, in Cappadocia natum, qui, in Ægyptum delatus, aliquamdiu inter Nitrienſes Anachoretas verſatus fuerat. Inde poſt trucidatum

p. 69. *Sup.* 2.

Prote-

Proterium maximis turbis exortis cum alio Anachoreta, cui Nomen Elias, & Patria Arabia, discessit. S. Euthymii fama ambos in Palæstinam pertraxit. Is primum hospites, & deinde Discipulos in paucis amavit, quod prævideret, ambos suo tempore Cathedram Jerosolymitanam ascensuros. Hos cum S. Gerasimo socios deligere solebat in illo secessu, cum singulis annis a decima quarta Januarii usque ad Dominicam Palmarum in Desertum diverteret. S. Euthymio ad Superos translato, Patriarcha Anastasius utrumque Jerosolymam adduxit, Presbyteros ordinavit, & collegio Clericorum S. Sepulchri adscripsit. Saeculum V. A. C. 479.

Martyrius igitur, Patriarcha Jerosolymitanus ordinatus, litteras ad Imperatorem Zenonem, & Patriarcham Acacium dedit, referens, quid Schismatici agerent, & qualis esset eorum Hæresis. Has ferendas commisit Fido, qui Joppe navem ingressus, & noctu naufragium passus, correpta tabula, a navi avulsa, quam fortuna obtulit, aliquamdiu inter fluctus sustinebatur. Tum vero S. Euthymium, ut sibi, cum extrema necessitate luctanti, opem ferret, invocanti apparuit Sanctus, super aquas ingrediens, & dixit: *scito, hanc profectionem Deo gratam non esse, nec Matri Ecclesiarum, id est, Jerosolymæ, quidquam utilitatis allaturam. Ad eum* *p. 86.* *p. 87.*

Sæculum V. A C. 479

redito, qui te misit, & meo nomine dicito; ne te ulterius Schismaticorum obstinatio sollicitum teneat, nam brevi tempore sub tuo Pontificatu ambæ Partes reconciliabuntur. Te vero ad Lauram meam ire oportet, eamque in Monasterium commutare.

His dictis Fidum pallio suo involvit, qui sui ipsius nescius primum in littore, moxque Jerosolymæ in domo sua se esse advertit. Omnia Martyrio Patriarchæ narravit, cui in memoriam rediit S. Euthymii Prophetia; Lauram in Monasterium mutandam. Ergo Fido mandat, ut manus operi admoveret, omne genus auxilii pollicitus. Fidus in loco Lauræ, & Cœmeterii S. Euthymii magnum ædificavit Monasterium. Veterem Ecclesiam mutavit in Refectorium, & condidit novam, quam Patriarcha magna pompa dedicavit. Celebratæ sunt Vigiliæ, & deinde Missa; sub ea Reliquiæ Sanctorum Martyrum Taraci, Probi, & Andronici infra Altare depositæ. Hæc septima Maji, anno post S. Euthymii obitum duodecimo, itaque 485. facta. Haud diu postea Fidus Diaconus Episcopus Doranus creatus est.

p. 90.

Fidus Doranus.

p. 93.

Martyrio Patriarcha de Schismaticorum ad Ecclesiam Reditu non amplius cogitante, Marcianus Abbas, eorum Caput, quasi inspirante Deo, omnibus in Monasterium suum Bethlehemicum convocatis,

vit. Euthy. ap. Coteler. tom. 2. monum. p. 306.

catis, inquit: *Fratres, & Patres mei! quousque Ecclesiæ Corpus lacerabimus, dum nescimus, an hæc sit Voluntas Dei, sed propriæ rationi confidimus? sequamur exemplum Apostolorum, mittamus sortes super Episcopos, & super Monachos. Si Sors cadat super Monachos, in eadem persistemus Sententia, si super Episcopos, cum ipsis communicabimus. Missæ sunt sortes, quæ cecidérunt super Episcopos, statimque Monachi ad eorum Communionem redierunt, hoc esse Imperium Dei arbitrati.* (*) Patriarcha redeuntes tenerrimo affectu complexus, ut lætitiam testaretur, illam diem omnibus festam esse jussit. Duorum tantum Abbatum obstinatio expugnari non potuit, Geroncii, qui ab annis 45. Monasteria S. Melaniæ regebat, & Romani, qui Monasterii Thecuensis erat Præpositus. Ergo suis Monasteriis ob Hæresin pulsi, exinde errabundi, miserrima vita defuncti sunt. Sæculum V. A.C. 479. p. 307.

(*) Haud facile dispicere est, qualis iste modus mittendi sortes fuerit, & multo minus, quomodo hi Monachi a Superstitionis vitio purgandi; nisi forte quis dicat, Simplicitatem, & profundam ignorantiam excusationi locum dare Legimus quidem sæpius in Sacra Scriptura sortes in rebus dubiis missas; at hæc singulari Dei instinctu fiebant. Vix credibile, hic quidquam simile præsumi posse.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum V. A. C. 479.

§. LII.

Calendion Patriarcha Antiochenus.

Stephano Juniore Antiochiæ mortuo, postquam sedisset annos tres, Zeno Imperator hac etiam vice jussit Acacium Constantinopoli Patriarcham Antiochenum ordinare. Is vocabatur Calendion. Episcopi Orientis, factum se ignorare simulantes, sua ex parte Joannem, Cognomento Codonatum, ordinarunt. At Calendion celeriter Antiochiam venit, ubi, congregato illius Provinciæ Concilio, ante omnia effecit, ut omnium, quotquot aderant, suffragiis ordinatio ipsius confirmaretur. Epistolam Synodalem deinde misit ad Simplicium Papam, qui eum lubenti animo ad Communionem recepit; id enim ipse Papa in epistola sua ad Acacium Constantinopolitanum quinta Julii anno 482. Severino Consule, data, testatur.

A. C. 482.

Calendion ab Imperatore Zenone licentiam impetravit, ut Reliquias S. Eustathii ex urbe Philippis in Macedonia, ubi pro Fide Exul occubuerat, Antiochiam afferret. Hæc translatio solemnissime peracta. Omnis Antiochenæ Civitatis populus ad octodecim milliaria obviam processit, & Eustathiani, qui etsi Catholici essent, tamen illo usque separati vivebant, tunc ad Ecclesiæ Sinum redierunt;

Theod. Lect. Lib. II. Vict. Chr. an. 491. Sup. l. XI. §. 43.

runt; ex quo videmus, adhucdum aliquos superfuisse post Reconciliationem sub Alexandro ante annos septuaginta initam. Sæculum V. A. C. 482. *Sup. XXIII §. 26.*

§. LIII.

Joannes Talaja Patriarcha Alexandrinus.

Interea Timotheus *Solofaciole*, cum se morti proximum sentiret, Legatos Constantinopolim misit, qui tam suo, quam omnium Clericorum suorum Nomine Imperatorem rogarent, ut ipsis libertas fieret eligendi Successorem, qui ex Clericis Catholicis assumeretur, & a Catholicis ordinaretur. Has litteras deferre Talajæ Presbytero, & Ecclesiæ Alexandrinæ œconomo Legationis Principi mandatum. Imperator, quod Patriarcha, & Clerici ejus postulabant, concessit, & in suo Rescripto Joannem Presbyterum magnis laudibus extulit. Itaque Constantinopoli redeuntem Populus Alexandrinus jam tunc respicere cœpit, tanquam designatum in Cathedra Alexandrina Successorem Timothei, qui paucos post dies anno Episcopatus vigesimo tertio, mense sexto, id est, circa annum 482. in Pace obdormivit; lenissimum viri ingenium, quibusdam animi fragilitas videbatur, nam quamvis ipsum Imperator per litteras monuisset, ne toleraret *Felix ep. 1. to. 4. Conc. p. 1050 C. Gesta de Nom. Acac. p. 1081.* *Liber. brev. c. 16.* *Sup. §. 20.*

Sæculum V. A.C. 482.

leraret Hæreticos conventus agentes, & Baptismum conferentes, nullum tamen in eos rigorem adhibebat. Hinc illi in foris, & Ecclesiis clamabant: *etsi tecum non communicemus, tamen amamus.*

Post obitum Timothei, Episcopi, Cle-
Liber. c.17. rici, & Monachi ipsius Communionis, id est, Catholici, elegerunt Joannem Talajam, qui absque mora per epistolas Synodales Simplicio Papæ, & Calendioni Patriarchæ Antiocheno suam ordinationem notam fecit. At non eodem modo ipsi curæ fuit hac de re Acacium Constantinopolitanum certiorem reddere. Multum
Liber. c.16. confidebat in amicitia Illi, officiorum Magistri, hujus enim fidem largitionibus sibi conciliaverat; cum omnia bona Ecclesiæ Alexandrinæ, utpote œconomus, administraret. Igitur epistolas, quas ad Imperatorem, & Acacium dabat, ad ejus manus direxit, easque ferendas tradidit uni ex Magistrianis; is, cum Illum Constantinopoli non inveniisset, litteras nec Imperatori, ne Patriarchæ Acacio reddidit, sed recta Antiochiam, ubi Illus tunc versabatur, contendit.

Acacius, aliunde comperta Joannis Talajæ ordinatione, offensum se credidit, quod ab ipso Litteras Synodales non accepisset. Ergo ob causæ similitudinem jungitur Episcopo Gennadio, Timothei *Solofaciole* Propinquo, qui se quoque

Joann

Joanne contemptum querebatur. Ambo opera Petri Mongi Fautorum, quos in aula habebat, usi sunt, ut Joannes Talaja coram Imperatore accusaretur. Dicebant; indignum esse Episcopatu, quod vivo Timotheo *Solofaciole* Statum Clericalem relinquere voluerit, & ille ipse fuerit, qui eidem Timotheo persuasisset, ut Nomen Dioscori in Diptycha reciperet. Præterea Joannem Perjurii arguebant, dicentes, tunc, cum Constantinopolim mitteretur, palam fuisse factum, quod Episcopatum Alexandrinum ambiret, & coactum, juramento se obstringere, ne unquam hanc Dignitatem appeteret. Rursus Imperatori Acacius suggerebat, Petrum Mongum Populo Alexandrino esse acceptissimum, & si in hanc Sedem assereretur, fore, ut universa illa Ecclesia in Communionis unitatem coalesceret. A Petro etiam Legati advenerunt, qui, si ipse Episcopus esset, hanc concordiam spondebant. Acacius eos magno gaudio exceptos, in conspectum Imperatoris adduxit.

Sæculum V. A.C. 482.

Joannes Talaja.

Evagr. III. c. 12.

Igitur Zeno Imperator ante omnia ad Simplicium Papam epistolam dedit, in qua Joannem Sede Alexandrina indignum, quod Perjurii reus esset, judicabat, existimans, ad reducendam Ecclesiarum Concordiam, magis proficuum fore, si huic Cathedræ Petrus restitueretur.

Sæculum V. A.C. 482.

tur. Simplicius Papa, accepta Joannis Synodali epistola, jam ejus ordinationem confirmaturus erat, sed redditis sibi Imperatoris litteris rem distulit, respondit-que, se super hac ordinatione jam in neutram partem pronunciare posse, at vero, ut Petrus restitueretur, nullatenus consentire. *Hic vir*, inquit, *Hæreticorum socius, imo & Dux fuit. Quoties rogavi, ut Alexandria expelleretur? quod modo promittat, se veram Fidem professurum, clementissime habebitur, si ad Ecclesiæ Communionem admittatur, verumtamen ad Dignitatem Sacerdotii minime est elevandus, ne fictæ abjurationis specie plenam Hæresin docendi libertatem nanciscatur. Id vero multo magis timendum, quod in Pastorem exoptari dicatur ab illis ipsis, in quorum societate se olim ab Ecclesiæ sinu separavit.* Papa in eundem sensum Acacio 15. Junii anno 482. scripsit.

Simpl. ep. 17.

§. LIV.

Zenonis Henoticum.

Zeno Imperator, Pontificis detrectatione irritatus, datis ad Pergamium Ducem Ægypti, & Apollonium Præfectum litteris, jussit, ut Joanne Alexandria expulso, Petrum in Sedem Patriarchalem immitterent; Tum Acacius, juncta cum illis opera, qui Petri Partes tuebantur, Imperatori persuasit, ut celebratum illud Edictum

Gesta de Nom. Aca. Liber.

Sæculum V. A. C. 482.

Edictum Concordiæ, Græce *Henoticon*, ederet, cui Petrus, dum Sedis Alexandrinæ possessionem repeteret, subscriberet. Illud ad omnes Episcopos, & Populos Alexandriæ, Ægypti, Libyæ, & Pentapoleos dirigitur. Summa vero hæc est.

Evagr. III. c. 14. Niceph. XVI. Liber. c. 18.

Abbates, aliique Viri Venerabiles nobis Libellos supplices tradiderunt, quibus rogant, ut Ecclesiarum Concordia reducatur, & funesti dissensionum effectus tollantur; multi enim Baptismo, aut Sancta Communione privati sunt, innumeræ cædes commissæ. Quam ob rem notum vobis facimus, nos Nullam aliam Fidem recipere, quam Symbolum 318. *Patrum Nicenorum, consensu* 150. *Patrum Constantinopolitanorum confirmatum, quod etiam amplexi sunt Patres Ephesini, qui Nestorium, & Eutychem damnarunt. Recipimus etiam duodecim Capitula Cyrilli, felicis memoriæ, & confitemur, Dominum nostrum JEsum Christum Deum, Filium unicum de Deo, qui vere incarnatus est, Consubstantialem Patri secundum Divinitatem, & Consubstantialem nobis secundum Humanitatem, eundem, qui descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto, & de Virgine Maria Matre Dei, unicum esse Filium, & non duos. Dicimus, eundem Filium Dei esse, qui patravit miracula, & qui libere in Carne sua passus est. Eos, qui Naturas dividunt, vel confun-*

aunt,

Sæculum V. A. C. 482.

dunt, aut ſolummodo Incarnationis aliquam ſpeciem admittunt, nullatenus recipimus; ſed anathematizamus quemcunque, qui aliud credit, aut olim in Concilio Calcedonenſi, vel in quocunque alio Concilio credidit; inprimis vero Neſtorium, Eutychen, & eorum Sectatores. Ergo unimini Eccleſiæ Matri noſtræ Spirituali, cum in eadem Fide nobiscum ſitis. Hoc eſt Zenonis Henoticum, in eo venenoſum, quod Concilium Calcedonenſe ſicut tria alia non recipiat, ſed potius eidem errores adſcribere videatur.

§. LV.

Petri Mongi inconſtantia.

Hoc Edictum cum Epiſtolis Imperatoris, ad Præfectum, & Ducem datis, Abbas Ammon, & Petri Mongi Apocriſiarii, qui ipſum comitabantur, detulerunt. Antequam iter ingrederentur, Acacius cum ipſis communicavit, & cum aliis Ægyptiis, tunc Conſtantinopoli morantibus, qui, etſi illo usque fuiſſent Hæretici, Henoticum receperunt. Licentiam quoque fecit, ut in Diptychis Nomen Petri legeretur, tanquam Patriarchæ Alexandrini, ſine ulla alia cautione, quam nudo ad Eccleſiam redeundi promiſſo. Pergamius nuper Dux Ægypti creatus, ubi cum Legatis, epiſtolas Imperato-

Liber. c. 17.

peratoris ferentibus, Alexandriam pervenit, Joannem Talajam fugisse comperit. At Petrus Mongus Zenonis Henoticum recepit, effecitque, ut non a suis Sectatoribus modo, sed etiam ab illis, qui Proterium sequebantur, reciperetur, quibuscum ultro communicavit. Tum, occasione Festi cujusdam occurrentis arrepta, Alexandriæ in Ecclesia ad populum dixit, & Henoticum publice prælegi jussit. Sæculum V. A.C. 482.

Concilio Calcedonensi, & epistolæ S. Leonis Anathema dixit. Deletis ex Diptychis Proterii, & Timothei *Solofaciole* Nominibus, Dioscorum, & Timotheum Elurum inseruit. Corpus Timothei *Solofaciole*, ubi terræ mandatum erat, effodi jussit, ex Ecclesia tolli, & extra Civitatem in loco deserto humari. Hæc res ad Acacium a Calendione Antiocheno, aliisque delata; huic perplexa omnia videbantur, misitque Alexandriam ad Petrum, qui certiora explorarent. Ipse omnia negavit, deditque ad Acacium epistolam, in qua clarissimis verbis Concilium Calcedonense approbat, idque solum queritur, quod populus ejus imprudenti zelo, & levitate animi, quem regi a se oporteret, Pastorem suum regere attentaret. *Victor. Tun. Chr. Liber. c.* 18. *Evagr. III. c.* 16. *c.* 17.

Eadem ad Simplicium Papam perscripsit, nempe Concilium Calcedonense a se recipi, *Liber. c.* 18.

Sæculum V. A. C. 482.

recipi, quamvis eodem tempore Populo Alexandrino persuadere conaretur, quod illud damnaret. Turpis in viro inconstantia, & tot fraudes detectæ causa fuere, ut multi ab ipsius factione deficerent. A turbarum Principio ipsius partes ideo non nulli reliquerunt, quod Henoticum recipiens, Concilium Calcedonense nominatim non anathematizaret. Hi Acephali dicti sunt, id est Capite carentes, quia separatos agebant conventus, & Patriarcham suum non sequebantur; quamvis etiam posteriori tempore Mongus Concilium nominatim anathematizaret, cum ipso tamen communicare recusarunt.

Leont. de Sect. act. 5.

Joannes *Talaja*, Alexandria fugiens, Antiochiam ad Illum officiorum Magistrum venit, quæ secum acta fuissent, narrat, & ipso suadente ad Calendionem Patriarcham Antiochenum convertitur. Acceptis ab eo epistolis Synodalibus, suæ causæ faventibus, ad Simplicium Papam appellavit, S. Athanasii exemplum secutus. (*) Ubi Romam advenit humanissime eum SS. Pontifex excepit, & contrà fas expulsi Patrocinium suscipiens, ad Acacium Constantinopolitanum litteras dedit. Respondit Acacius, nescire se Joan-

Lib. c. 18.

Gest. de nom. Ac.

(*) Auctoritatis Pontificiæ supra maximas orbis Catholici Episcopales Sedes magne argumentum!

Joannem Episcopum Alexandrinum, sed ex Henotico, seu Zenonis Imperatoris Decreto, Petrum Mongum ad suam Communionem recepisse, idque contra Papæ opinionem quidem, sed amore Pacis tot Ecclesiarum, & ex Imperatoris mandato factum. Sæculum V. A. C. 482.

Papa, cui Acacii responsum minime placuit, rescripsit; ipsum non potuisse ad Communionem recipere Hæreticum damnatum, nec sufficiens esse Conversionis indicium, si Petrus Mongus Communionem Ecclesiæ Catholicæ secundum Henoticum Zenonis amplecteretur, nisi etiam Concilium Calcedonense, & Epistolam S. Leonis reciperet.

§. LVI.

S. Simplicii obitus, & Decretales ejus.

Dum Acacius deliberat, quid ad hanc Epistolam responsi daret, Simplicius Papa Mortalitatem exuit, postquam annos quindecim, & menses quinque Primam Sedem occupasset. Sepultus est ad S. Petrum, secunda Martii, anno 483. Dedicavit Ecclesiam S. Stephani in Monte Celio, aliam S. Andreæ in Exquiliis, cujus hodie vix rudera supersunt, alteram S. Stephani prope S. Laurentium, itemque aliam S. Bibianæ. Presbyteros Hebdomadarios constituit, qui a quibusdam Ecclesiis nunquam discederent, sed ad con- *Sup. n. 34. Lib. Pontif.*

Sæculum V. A. C. 482.

ferendum Baptismum, & Pœnitentiam administrandam emergente casu necessitatis semper adessent, scilicet ad S. Paulum in prima Urbis Regione, ad S. Laurentium in Tertia, ad S. Petrum in Sexta, & Septima. Non erraret forte, qui conjiceret, Regiones reliquas fuisse a Gothis occupatas. Simplicius tribus Ordinationibus Mense Decembri, & Februario Presbyteros 58. Diaconos undecim, Episcopos ad diversa loca 36. creavit.

Præter illas Epistolas S. Simplicii, de quibus meminimus, tres alias habemus. Prima data est ad Zenonem Episcopum Hispalensem, qua, cum sciret virum esse zelosissimum, ipsum Vicarium suum in Hispania pronunciat, mandatque, ut Canonum observationi invigilet. (*) Secunda Epistola dirigitur ad Joannem Episcopum Ravennatensem, & 30. Maji anno 482. data est. Eum severe reprehendit, quod invidia movente Episcopum, cui nomen Gregorius, invitum, & vi adhibita ordinasset. *Qui sua Potestate abutitur*, inquit, *meretur suo Privilegio privari, & ideo Frater meus Gregorius Ecclesiam Mutinensem ita reget, ut in re nulla tibi subjiciatur; sed si ei cau-*

Ep. 11.

Ep. 2.

sa

(*) Hic videre est Vicariorum, & Nunciorum Apostolicorum initia.

sa nascatur, in qua ipsum agere oporteat, Sæculum V.
vel se defendere, ad nos se convertat. (*) A. C. 483.

Epistola tertia Simplicii Papæ 19. Nov. 475. ad Florentium Equitium, & Severum Episcopos data est. *Ex vestris litteris cognovimus,* inquit, *Gaudentium Episcopum Aufidenensem quosdam contra Canones ordinasse; quapropter potestate ordinandi ipsum absolute privamus;* (**) *mandavimus vero Fratri nostro Episcopo Severo, ut, si necessarium fuerit, in illa Ecclesia ipse ordinet. Itaque illi, quos Gaudentius contra leges Ecclesiasticas ordinavit, Ministerio Ecclesiastico privati sint. Gaudentius non nisi quartam partem Redituum Ecclesiæ, & oblatorum a Fidelibus, quibus bene uti nescit, habebit. Partes duæ sartis tectis, & alendis peregrinis, atque pauperibus, impendantur; has Presbyter Onager sub pœna Depositionis, si dolum committat, administret. Pars quarta inter Clericos pro cujusque meritis distribuatur. Damnum Vasorum Sacrorum, quæ fuerunt alienata, Severi industria reparabit. Is etiam a Gaudentio exiget, ut Redituum Partes tres, quas per triennium in suos usus convertit, restituat.*

(*) Ex his patet, quanta tunc temporis Papæ Jurisdictio in Italia fuerit.

(**) Hi, quibus vacat, Quæstionem movere hic possent, an Summus Pontifex de valore vel liciditate Ordinationis loquatur.

Sæculum V. A. C. 483.

Hæc Redituum Ecclesiasticorum Divisio, & usus notari merentur.

Lib. Pont. in Simpl Conc. IV. Rom. to. 4. Conc. p. 1334.

Post Simplicii Papæ obitum Sedes non ultra sex dies vacavit; inter hos Clericis, & Magistratibus ad S. Petrum congregatis, Basilius Prætorio Præfectus, & Regis Odoacri vices agens, locutus est in hunc modum: *Haud dubie memoria tenetis, Beatum Papam nostrum Simplicium omnes fuisse exhortatum, ne, si se Deus ex hac vita vocasset, Electio Nobis inconsultis fiat, ut sic omnis tumultus tolleretur occasio.* (*) *Ideo miramur, aliquid sine nobis fuisse tentatum. Nunc vero si vestræ Amplitudini, & vestræ Sanctitati videatur, omnia, quæ ad futuram Electionem pertinent, integra relinquemus, sed pro nobis, & Successoribus nostris legem sequentem stabiliemus.*

Nulla Hæreditas vel in Civitate, vel ex agris acquisita, nec ornamenta vel vasa sacra, quorum possessionem Ecclesia habet, vel habitura est, quocunque titulo, vel quocunque prætextu, ab eo, qui jam Episcopus eligendus est, aut a Successoribus

(*) Partes aliquæ in Electione Episcoporum Principibus Sæcularibus semper fuere. Id vero hic omnino singulare, quod Odoacer fuerit secta Arianus. Ceterum in Religione Gothorum plus ignorantiæ, quam obstinationis fuisse videtur.

bus ejus alienari possint; talis alienatio nulla sit, sed alienans, & in alienationem consentiens, aut qui rem alienatam acceperit, Anathema sit. Ejusmodi Hæreditatem acquirentem non juvet præscriptio, sed eam cum fructibus restituere, ipse, & Hæredes ejus teneantur. Cuilibet ex Clericis jus sit, ut se tali alienationi opponere valeat. Res mobilis autem, si Ecclesiæ parvam utilitatem afferat, aut non nisi difficulter servari possit, æqua rei æstimatione facta, vendi poterit, & pecunia ad causas pias impendi.

Sæculum V. A. C. 483.

§. LVII.

Felix Papa.

Pontifex Romanus electus est Felix, Romæ natus, filius Felicis Presbyteri, cujus Titulus erat ad Fasciolam; Is ferme annos novem Sacram Sedem tenuit. Felici quoque Joannes Talaja instabat, ut se Sedi Alexandrinæ restitueret; ille sua Ecclesia expulso in solatium dedit Ecclesiam Nolanam, ubi aliquot annis moratus, defunctus est in Pace. Cum adhuc Romæ ageret, Papæ penitius detexit, quam versuto ingenio Acacius esset; nam ubi Joanni Talajæ illa prælecta sunt, quæ Acacius de Petro Fullone, & Joanne, Sedis Antiochenæ usurpatore scripserat, Acacii fraudulentia ad oculum

Lib. Pont. Brev. Liber n. 18. p. 769.

Gesta de nom. Ac.

Sup.

Sæculum V. A. C. 483.

lum patuit. Is enim ad Papam scripserat, ut, si ad Sacram Sedem verterentur, ipsos non audiret, imo & a conspectu arceret, & nihilominus eundem Joannem, toties condemnatum, miserat Tyrum, ut eam Ecclesiam regeret.

Theopha. Zen. an. 12. p. 113. Evagr. III. hist. c. 38.

Cum igitur Felici Papæ constaret, Epistolas Antecessoris sui non modo nihil profuisse, sed Acacium Disciplinæ Ecclesiasticæ etiam illudere, in Ecclesia S. Petri coacta Synodo, Vitalem Episcopum Truentinum in Piceno, Misenum Episcopum Cumanum in Campania, & Felicem Ecclesiæ Romanæ Defensorem, delegit, & cum mandatis Constantinopolim misit; erant autem mandata hujusmodi. Petrus Mongus Cathedra Alexandrina ejiciatur. Acacius ad articulos Libelli, quem Joannes Talaja SS. Pontifici contra ipsum tradidisset, respondeat. Eidem Joanni nomine Papæ præcipiatur, ut Petro Mongo anathema dicat. Legatis suis Papa duas præterea Epistolas ferendas commisit, unam ad Acacium, ad Imperatorem Zenonem alteram.

§. LVIII.

Epistolæ ad Acacium, & Zenonem.

Felix ep. 1. to. 4. Conc. p. 1049.

In Epistola ad Acacium SS. Pontifex queritur, quod ex composito de Causa Ecclesiæ

Sæculum V. A. C. 483.

cleſiæ Alexandrinæ & pertinaciter taceat, poſtquam per Epiſtolas Simplicii Papæ toties rogatus fuiſſet, ut mentem ſuam aperiret. *Tui officii erat*, inquit, *Imperatori omnia ea mandata in memoriam reducere, quæ contra Petrum Alexandrinum, & pro Timotheo Catholico edidit, idque multo magis, quod, ut ea faceret Imperator, te ipſum, ita enim ad nos ſcripſiſti, hortatorem habuerit. Omnem conatum adhibere debebas, ut Imperatorem prohiberes, Hæreſin erigere, quam dejecerat, ne te ipſum impii in eam favoris ſuſpectum redderes; neminem enim latet, quantum in animum Principis valeas. An mente tua excidit, Frater mi! quam acriter in Tyrannum Hæreticum pugnaveris* (nempe in Baſiliscum) *an mercedem, quam tibi optimus Deus daturus erat, perditam vis? non te movet, quod oves Domini lacerentur? an more Mercenarii fugere cogitas? aut potius, cum nihil ſit, quod timeas, quomodo ſuſpicionem effugies, gregem tuum a ſuo Paſtore prodi? Nihil timeamus Eccleſiæ, quam JEſus Chriſtus conſervandam promiſit, ſed proprium noſtrum interitum metuamus, ſi furente tempeſtate gubernaculum abjicimus. Proinde moneo, ſuadeo, & exhortor, ut emendes præterita, & non feras, ut tota Eccleſia denuo ob eorum audaciam periclitetur, qui in Concilium audent*

Sæculum V. A. C. 483.

dent insurgere. Memento, Deum in Dir judicii rationem a nobis exacturum, an Ecclesiam in eo statu, in quo illam a Patribus nostris accepimus, salvam præstiterimus. Se ipsum a Matris suæ Communione separat, qui in periculo versantem destituit. Quia vero siniſtra de te opinio nobis non est, instantissime hortamur, ut deinceps omnia ea amoveas, quæ aliorum mentibus suspicionem possent ingerere.

Ep. 2. p. 1053

In Epistola ad Imperatorem Felix initio Benevolentiam captat, dicens, viros se misisse, qui suam Ordinationem ei notam facerent, & prima suo nomine obsequia Principi exhiberent. Queritur deinde, quod Imperator ad litteras Antecessoris sui, de Pace Ecclesiæ Alexandrinæ agentes, nihil responderit, atque a Confessione S. Petri, seu quod idem esset, a Fide universalis Ecclesiæ deficere velle videatur. *Memento*, inquit, *quid hostes tuos prostraverit, & tibi denuo ad solium aperuerit viam. Ipsi, dum Concilium Calcedonense, & Scripta Beati Leonis lacessunt, ceciderunt, tu vero, dum eorum errores damnasti, ad terreni Imperii culmen ascendisti. Nemo jam in orbe terrarum super, qui Nomen Imperatoris gerat. Deum tibi placatum habere satage, cave indignationem Omnipotentis*

Epistola ad Imperatorem.

potentis incurras! hoc a te rogo, & per omnia obtestor! Marciani, & Leonis, Augustæ Memoriæ, Antecessorum tuorum, Exempla inspice, sequere Fidem eorum, quorum optimo jure Successor es. Sequere Fidem, quam ipsemet es professus. In Regiæ tuæ Tabulario inquiri jube, quæ Antecessori meo scripsisti, cum secundo Imperium auspicatus es. Nullus nisi de conservanda Auctoritate Concilii Calcedonensis, & revocando Timotheo Catholico sermo. Inquirantur ea, quæ ad eundem scripsisti, cum ipsi tanquam Legitimo Episcopo reditum ad Ecclesiam Alexandrinam gratulatus es: unde sequitur, Petrum tunc expulsum, Anti-Episcopum fuisse, & Hæresis Sectatorem. An non tu ille ipse es, qui, datis litteris, omnibus Episcopis, & Clericis Ægypti gravissimas pœnas minabaris, & nisi intra Bimestre ad Timothei Communionem redirent, deponendos esse, & tota Ægypto proscribendos. Tu es, qui jussisti, ut omnes a Petro, vel a Timotheo Hæretico, tunc jam mortuo, ordinati, ad Communionem Timothei Catholici reciperentur, si intra præscriptum tempus pœnitentes reverterentur. Tu nolebas, ut Causa Petri unquam novo examini subjiceretur. Tu sententia nunquam revocanda pronunciasti, non concessurum te, ut, si Timotheus fatis fungeretur, ei daretur Successor, qui

Sæculum V. A. C. 483.

Sæculum V. A. C. 438.

non ex Clericis Catholicis, aut a Catholicis ordinatus esset. Qua ergo ratione ferre potes, ut JEsu Christi ovile hodie ille lupus infestet, quem olim ipse abegisti? Et inferius: *An non ille est, qui annis abhinc triginta, ab Ecclesia Catholica deficiens, ejus hostes secutus, Hæresin docet, nunquam non fundendi humani sanguinis avidus. Denique sicut Dei Gratia Rempublicam a Tyranno Hæretico liberavit, ita tu Ecclesiam ab iis, qui Hæresis venenum spargunt, purga, & fac, ut S. Marci Sedes S. Petri Ecclesiæ reconcilietur.* (*) Hæ fuerunt Epistolæ, quas Felix Papa Episcopis Vitali, & Miseno Legatis suis Constantinopolim ferendas tradidit.

FINIS TOMI VI.

INDEX

(*) Quis non in hac Epistola veras Communis omnium Christianorum Patris Notas videt?

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI VI.

A.

Abbates. in Concilio ſubſcribunt. p. 464. in Concilio aſſident. p. 533.
Acacius Antiochenus. p. 782. obit. p. 783.
Acacius Bereenſis. Ad illum S. Cyrillus ſcribit. p. 37. & Imperator. p. 241. & denuo S. Cyrillus. p. 243.
Acacius Conſtantinopolitanus. p. 832. reſiſtit Baſiliſco. p. 868. favet Petro Mongo. p. 894.
Acacius Melitinenſis. Sermonem Epheſi habet. p. 98. ejus contra Neſtorium teſtimonium.

nium. p. 118. ad Episcopos Armeniæ scribit. p. 316.

Acemetenses Monachi. p. 78. & seq. & p. 465.

Aetius. Vincit Attilam. p. 543. occiditur. p. 726.

Aetius Archidiaconus. p. 695.

Africa. Regio hæc, & Catholici a Vandalis patiuntur extrema. p. 68. Ariani ibidem. p. 349.

S. Albanus Martyr. p. 51.

S. Alexander Fundator Acemetum. p. 75.

Alexander Hierapolitanus S. Cyrillo contrarius. Acacius ad eum scribit. p. 245. improbat pacem inter Joannem Antiochenum, & S. Cyrillum initam. p. 279. Epistola ejus ad Theodoretum. p. 297. Sede sua pellitur. p. 302.

Alexandrina Sedes major Antiochena. p. 155.

Anastasius Jerosolymitanus. p. 783.

Anastasius Nestorii Syncellus. De S. Virgine Maria quid dicat. p. 2.

Anastasius Thessalonicensis Vicarius Papæ. p. 326.

Anatolius Constantinopolitanus. Ejus electio. p. 511. S. Leonis Epistolam recipit. p. 534. & rescribit. p. 535. ambit in Orbe Christiano secundus esse Episcopus. p. 678. suspe-

ſuſpectus de erroribus Eutychis. p. 696. ejus Epiſtola ad S. Leonem. p. 719. Concilium agit in cauſa Eluri. p. 758. obit. p. 784.

Andreas Samoſatenus. Contra XII. Anathemata S. Cyrilli ſcribit. p. 83.

S. Anianus Aurelianenſis. p. 542.

Anima. Eſt corporea. p. 848. ſemper cogitat, & eſt indiſtincta a cogitatione. ibid. eſt incorporea, & quare. p. 849.

Anthemius Marciani Gener. p. 532. Imperator. p. 822. occiditur. p. 837.

Antiochia. Sedis iſtius Jurisdictio. p. 631.

Apollinaris Hæreticus. Quid docuerit. p. 426.

Appellatio ad Papam. Fit ab Eutyche. p. 470. an ad Papam ſolum, vel Concilium dirigenda. p. 516. Appellatio Epiſcopi Alexandrini. p. 896.

Arcadius Epiſcopus a S. Pontifice miſſus ad Concilium Epheſinum. p. 143.

Arelatenſis Eccleſia, & Viennenſis. Reſcriptum in earum cauſa. p. 524.

Ariani. Quid doceant. p. 426.

Ariſtolaus Cæſaris Legatus. p. 240.

Armogaſtus Martyr, & alii. p. 738.

Aſpar occiſus. p. 826.

Aſyla.

Asyla. Leges in eorum favorem. p. 88. eorum modus. p. 819.

Attila. In Gallia. p. 540. in Italia. p. 693.

S. Augustinus. Vocatur ad Concilium Ephesinum. p. 65. ejus ultimi Libri. p. 66. Epistola de Fuga Pastorum. p. 69. & seqq. obit. p. 72.

Avitus Imperator, postea Episcopus moritur. p. 728.

Austria. S. Severinus ibidem versatur. p. 840.

B.

Baptismus. In oleo confertur. p. 407. quando baptizandum. p. 411. ejus significatio ibid. Quando Christus fuerit baptizatus. p. 412. Quando baptismus institutus. p. 413. baptismus sub conditione. p. 779.

S. Baradatus. p. 761. & 781.

Barsumas Archimandrita. In Concilio Ephesino II. p. 480. & 509. in Concilio Calcedonensi. p. 609. & seqq.

Basiliscus Imp. p. 837. ejus Epistola ad Episcopos. p. 866. retractat. p. 875. exitus luctuosus. p. 876.

Basilius Antiochenus. Ad eum S. Leo scribit. p. 753. obit. p. 782.

Basilius Archimandrita Nestorio contrarius. p. 16.

Basilius Seleucienſis. In Concilio Calcedonenſi. p. 578.

Basſianus Epheſinus. Ejus cauſa. p. 640.

Beſſula Diaconus in Concilio Epheſino totius Africæ legatus. p. 105.

Bigami. Deponuntur. p. 353. qui duxit viduam eſt Bigamus. ibid. Bigami Subdiaconatum, & Ordines Minores poſſunt recipere. p. 364.

Britannia Magna. Fides ibi prædicatur. p. 50.

C.

Calendion Antiochenus. p. 888.

Calix. In Sacrificio Patenæ & Calices vitrei adhibentur. p. 396.

Candidianus Comes. Proteſtatur. p. 101. Epiſtola mandatoria. p. 103. Neſtorio favet. p. 127. & ſeqq.

Capreolus Carthaginenſis. Ad Concilium Epheſinum ſcribit. p. 121.

Caſſianus. Ejus Tractatus de Incarnatione. p. 38. Propoſitiones de Gratia. p. 276.

Catholicorum Perſecutio. Sub Genſerico. p. 332. & 734.

Cele-

Celeſtius. Conſtantinopoli cum aliis Pelagianis moratur. p. 6.

Chriſtus. Unica in Eo perſona probatur. p. 32. poſt baptiſmum factus eſt Chriſtus, & poſt Reſurrectionem Deus. p. 39.

Codex Canonum Eccleſiæ univerſalis. p. 615.

Codex Theodoſianus publicatur. p. 329.

S. Cœleſtinus Papa. Scribit ad S. Cyrillum. p. 13. ejus Epiſtola contra Neſtorium. p. 40. mittit in Britanniam Prædicatores. p. 46. Scotis Epiſcopum ordinat. p. 53. Legatos mittit ad Concilium Epheſinum. p. 142. ejus Epiſtola. p. 144. Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ. p. 224. Laudat S. Auguſtinum. p. 225. mittit S. Patritium in Hiberniam. p. 230. variæ Epiſtolæ. p. 232. & ſeq. obit. p. 235.

Communio Eccleſiaſtica. Data abſque manuum impoſitione, id eſt, reconciliatione publica cum Eccleſia. p. 363.

Conciliabulum Antiochenum. p. 238.

Concilium. Petitur Oecumenicum Concilium. p. 18. Sæculares de Dogmate non loquantur. p. 103. a quo convocetur. p. 491. ſingulis annis Romæ convocatur. p. 514. in Conciliis Generalibus ſæpe ambitio regnat. p. 708. Concilium Generale

nerale, quod omnibus Episcopis placuit, & inviolabile. p. 878.

Concilium Andegavense. p. 712.

Concilium Antiochenum. Ejus Epistolæ. p. 321. & seqq.

Concilium Arausicanum. p. 360. Canones. ibid. & seqq.

Concilium Arelatense II. p. 713. Arelatense III. p. 801.

Concilium Calcedonense. Ejus præambula. p. 543. Legati S. Pontificis mittuntur, ut præsint. p. 545. initium Concilii. p. 549. Episcopi. p. 551. Acta. p. 554. & seqq. Episcopi Ægypti quid objecerint. p. 604. Abbates in Concilio. p. 608. Formula fidei. p. 622. an Sessiones sextam sequentes sint ejusdem authoritatis? p. 630. an Canones? p. 631. hujus Concilii Canones. p. 655. & seqq. locus secundus assignatur Constantinopolitano. p. 662. finis. p. 670.

Concilium Constantinopolitanum. Illud, quod Anno 381. actum est, non nisi in rebus fidei probatum. p. 326. Eutyches accusatur. p. 444. Acta. ibid. & seqq. Eutyches citatur. p. 446.

Concilium Ephesinum. Convocatur ab Imperatore. p. 64. adveniunt Episcopi. p.

94. initium. p. 104. Episcopi. p. 105. Acta. p. 106. & seq. Africani non comparent. p. 121. Damnatur Nestorius. p. 122. Epistola Synodalis ad Imperatorem, in qua de Papa fit mentio. p. 129. Anti-Concilium. p. 132. Legati S. Pontificis adveniunt. p. 142. confirmatur depositio Nestorii. p. 149. Epistolæ Synodales. p. 152. Acta. p. 154. & seqq. Charisii libellus. p. 172. Canones. p. 182. Acta post Concilium. p. 185. & seqq. Epistola ad Imperatorem. p. 189. altera. p. 190. aliæ. p. 192. Epistolæ Schismaticorum. p. 197. Libellus Catholicorum. p. 200. Legati ad Imperatorem mittuntur. pag. 206. Legati audiuntur. p. 210. Finis Concilii. p. 217. Ephesinum II. convocatur. p. 479. initium, & Episcopi. p. 494. & seq. Acta. p. 502. & seqq. Legati Papæ contradicunt. p. 508. Concilium Ephesinum sub Præside Eluro. pag. 872.

Concilium Nicænum. Ejus Canones quantæ sint authoritatis. p. 679.

Concilium Rejense. p. 337. Ordinatio Armentarii nulla declaratur. p. 338.

Concilium Romanum. p. 807. Aliud. pag. 810.

Con-

Concilium Sardicenſe. Canones Nicæni appellantur Sardicenſes. p. 515.

Concilium Turonenſe. p. 802. Canones. p. 804.

Concilium Venetienſe. p. 805.

Confeſſio Sacramentalis. p. 788. ſecreta. p. 790. non ſit publica. ibid.

Confirmationis Sacramentum. An hæretici contulerint. p. 359. an unctio ſit neceſſaria. p. 361. ab hæreticis non datur. p. 777.

Conſtantinopolitana Sedes. Eſt in Orbe Chriſtiano ſecunda. p. 310. ejus Jurisdictio. p. 525. Sedes in Orbe Chriſtiano ſecunda. p. 662.

Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Subjicitur Romano. p. 327. ab eo Cæſarienſes Epiſcopum petunt. p. 345. ejus Jurisdictio. p. 658. Prærogativæ. p. 663. Secundus in Orbe Epiſcopus. p. 673. reſiſtit S. Leoni. p. 678.

Continentia Presbyterorum & Diaconorum. p. 804.

Corpus. Solus DEUS ſine corpore. pag. 848.

Chryſaphius Evnuchus. p. 414. & 531.

Cyprus Insula. Patriarchæ Antiocheno an subjecta. p. 176. & seqq.

S. Cyrillus Alexandrinus. Epistola ad Solitarios. p. 9. contra Nestorium scribit. ibid. alia Scripta. p. 11. Epistola prima ad Nestorium. p. 13. Secunda. p. 22. Epistola ad Clericos suos. p. 25. ad amicum. p. 27. ad Imperatorem & Sorores. p. 32. ad Papam. p. 36. Pontificiæ Sententiæ contra Nestorium exsecutor. p. 41. Epistola ultima ad Nestorium. p. 58. duodecim Anathemata. p. 60. alia Opera. p. 86. adit Concilium Ephesinum. p. 94. in Concilio præsidet nomine S. Pontificis. p. 105. Epistola ad Constantinopolitanos. p. 194. Alexandriam redit. p. 219. Epistola ad Acacium. p. 243. cum Joanne Antiocheno communicat. p. 266. Ejus defensio. p. 289. Epistolæ ad Aristolaum, & Joannem Antiochenum. p. 310. contra Theodorum Mopsuestenum scribit. p. 315. ejus obitus, & Opera. p. 377. & 383. unam in Christo naturam asserit. p. 571.

D.

Dalmatius Abbas Constantinopolitanus. S. Cyrillus ad eum scribit. p. 125. Imperatorem adit. p. 202.

S. Daniel Stylites. p. 815. Constantinopoli. p. 869.

Decretales S. Leonis. p. 355. & seqq.

Deogratias Episcopus Carthaginensis. pag. 732.

Diodorus Tarsensis. Scripta illius. p. 313.

Dioscorus Alexandrinus. p. 385. Theodoretum anathematizat. p. 423. in Concilio Ephesino II. p. 479. Præsidet. p. 495. excommunicat Papam. p. 511. in Concilio Calcedonensi. p. 552. accusatur. p. 554. Qui crediderit. p. 577. damnatur. p. 596. relegatur. p. 683.

Domnus Antiochenus. p. 344. in Conciliabulo Ephesino. p. 504. depositus. pag. 510. ad suum rediit Monasterium. pag. 639.

Dorotheus Abbas in Concilio Calcedonensi. p. 608.

Dorotheus Episcopus Adulator. p. 15.

E.

Ecclesia. Divisio Orientalium Ecclesiarum. p. 237. rejicit supplicia cruenta. pag. 408. Ecclesia post Deum ab Imperatore auxilium speret. p. 877. Ecclesiarum Bona quomodo distribuenda. p. 899

Ecclesia Romana. Authoritas illius in Asia. p. 233.

Eocharicus Rex Germanorum. p. 400.

Ephesus. Episcopi ibidem usque ad Annum Christi 451. p. 646.

Epiphanius Archidiaconus. Ejus Epistola ad Maximianum. p. 258.

Episcopus. Jus prædicandi habent Episcopi, ergo etiam jus mittendi. p. 46. & seq. quomodo Concilio Universali subscribant Episcopi. p. 123. Episcoporum Authoritas in Ecclesia. p. 144. A quo habeant suam Jurisdictionem. ibid. Ordinationes cujus consensu fieri debeant. p. 326. Confirmatio Episcopi ad quem pertineat. p. 353. administratio Bonorum Ecclesiæ competit Episcopis. p. 384. non jurant Episcopi. 476. consecrantur ante consensum Papæ. p. 513. eorum causæ non Legibus Civilibus, sed Canonicis judicantur. p. 617. judicantur in Concilio Provinciali, vel a suo Patriarcha. p. 652. examinant Decreta Sedis Romanæ. p. 709. non congregati æquivalent Concilio. p. 782. a quo electi confirmentur. p. 809. ab electione Episcopi populus merito excluſus. p. 857. & seqq.

Evagrius Historiæ Scriptor. De Concilio Calcedonensi quid dicat. p. 630.

Evari-

Evaricus Rex Gothorum in Hiſpania. pag. 842.

Evchariſtia. Præſentia realis ex S. Cyrillo habetur. p. 32. 59. & 295. infantibus ad ſalutem neceſſaria. p. 295. Præſentia realis. p. 380. & 519.

Eudocia Theodoſii Junioris Vidua. In Palæſtina. p. 686. ſchismati renunciat. p. 742. obit. p. 794.

Eudoxia Valentiniani III. Genſericum vocat. p. 727.

S. Euphemia. Ejus Eccleſia. p. 549.

Euſebius Doryleenſis. Adhuc laicus reſiſtit Neſtorio. p. 3 & ſeq. Eutychis accuſator. p. 443. 444. 459. & 503. Romæ. p. 536. in Concilio Calcedonenſi accuſator. p. 556.

Euſtathius Beritenſis. p. 571.

Eutherius Thyaneus Neſtorio favens. Scribit cum Neſtorianis ad S. Sixtum. p. 281. ejus exilium. p. 307.

Euthymius. Ejus vaticinium. p. 344. Fidei Formulam approbat. p. 685. Theodoſio reſiſtit. p. 688. Eudocia ejus colloquium ambit. p. 743. Anaſtaſio Patriarchatum Jeroſolymitanum prædicit. p. 783. obit. p. 832. apparet poſt mortem Fido naufrago. p. 885.

Eutyches Hæreticus. p. 442. accusatur. p. 444. citatur. p. 446. ejus doctrina. p. 447. Acta. ib. & seqq. ejus doctrina. p. 456. in Concilio comparet. p. 458. Formula Fidei. p. 460. damnatur. 464. appellat. p. 465. epistola ad Leonem. p. 469. retractatio ejus condemnationis. p. 475. in Concilio Ephesino II. p. 498. ejus Libellus. ib. absolvitur. p. 504. ejus error. p. 567.

Eutychiani. Leges contra eos latæ. pag. 682.

Exarcha supra Metropolitas. p. 658.

Excommunicatio partialis. p. 534.

Exemptionum Monachonum initio. pag. 802.

F.

Faustus Abbas. In Concilio Calcedonensi. p. 608.

Felix Papa. p. 901. epistola ad Acacium, & Zenonem. p. 902.

Fidei Formula Concili Calcedonensis. pag. 622.

Flavianus Constantinopolitanus. p. 414. in Concilio Constantinopolitano Præses. p. 444. epistola ad S. Leonem de Eutyche.

che. p. 473. altera. p. 492. damnatur, & deponitur. p. 506. Martyr obit. p. 511. ejus Corpus reducitur Constantinopolim. p. 534. fama ei redditur. p. 682.

Flavianus Philippensis. In Concilio Ephesino. p. 108. & 113.

Franci. Romanis juncti Attilam profligant. p. 543.

G.

Gallia. Vastatur ab Attila. p. 540. Sancti illius Episcopi. p. 864.

Gelasius Abbas. Theodosio se opponit. p. 690.

Gelasius Cyzicenus Scriptor. p. 873.

Gennadius Constantinopolitanus. pag. 784. obit. p. 831.

S. Genovefa. p. 48. ejus mala fama. p. 399. vaticinium illius. p. 541.

Gensericus Rex Vandalorum. Catholicos persequitur. p. 332. Romam diripit. p. 728. Catholicos persequitur. p. 734. & 736.

S. Gerasimus Anachoreta. p. 689.

S. Germanus. In Britanniam mittitur. p. 46. Britannos ad prælium educit. p. 53. se-

cundo in Britanniam proficiſcitur. p. 398. obit. p. 401.

Glycerius Imperator poſtea Epiſcopus. p. 837.

Gratia. Articuli de Gratia. p. 226. non omnes homines vocati ad Gratiam. p. 275. quomodo id intelligendum. ib. omnes ſaltem natura ipſa a Deo monentur. ibid. Deus vult omnes homines ſalvos fieri. p. 729.

H.

Hæreſis. In Concilio Provinciali damnata. p. 464. diviſæ in ſuas claſſes hæreſes. p. 711.

Hæreticus. Mortuus in communione nunquam damnandus. p. 319. & 325.

Henoticum Zenonis. p. 892.

Hierax Ægyptius. Calcedone. p. 605.

S. Hilarius Arelatenſis. Præeſt Concilio Arauſicano. p. 360. Romam proficiſcitur. p. 388. excommunicatur. p. 390. ejus virtutes. p. 394. obitus. p. 395.

Hilarus Diaconus Romanus. In Conciliabulo Epheſino. p. 501. & 507. Papa. p. 793. Concilium Romanum celebrat. p. 807. ejus epiſtolæ. p. 809. obitus. p. 823.

Hircus Emissarius. In Levitico quid significet. p. 290.

Hispaniæ Status Sæculo V. p. 410.

Homo. An subsistat in una, vel daabus naturis. p. 471.

I.

S. Jacobus Syrus. p. 760.

Ibas Edessenus. ejus causa. p. 429. 431. 435. & seqq. ejus epistola ad Marim. p. 440. ejus causa retractatur. p. 635.

Jejunium Quadragesimale. Varii usus. p. 346.

Jerosolyma. Schisma in illa Ecclesia. pag. 687.

JEsus Christus. Una natura in Christo datur. p. 420. an factus sit Deus. p. 432. caro ejus nostræ non est consubstantialis. p. 448. & 461. caro Christi nostræ consubstantialis, & una natura. p. 485. JEsus ante Incarnationem duplicis naturæ. p. 489. ejus anima an præexstiterit. ib. una natura humanizata. p. 568. sufficit dicere: unum de Trinitate passum esse. p. 613.

Joannes Antiochenus. ejus epistola ad Nestorium.

rium. p. 54. contra anathemata S. Cyrilli duos Episcopos scribere jubet. p. 83. ad Concilium venire tardat. p. 96. & 99. venit ad Concilium. p. 131. ejus temeritas. ibid. & seq. excommunicatur. p. 161. Schisma fovet. p. 238. Concilium celebrat. p. 242. sex Articuli ab Orientalibus conscripti. ibid. S. Cyrillum agnoscit orthodoxum. p. 245. reconciliatur. p. 260. epistola ad Episcopos Orientis. p. 265. obit. p. 344.

S. Joannes Chrysostomus. Reliquiæ illius Constantinopolim transferuntur. p. 328.

Joannes Comes missus Ephesum. p. 185.

S. Joannes Evangelista. Reliquiæ illius Ephesi quiescunt. p. 97.

Joannes Supplantator Petri Fullonis. p. 873. & 879.

Joanes Talajæ Alexandrinus. p. 889. pellitur. p. 892. Antiochiæ. p. 896. Romæ. ibid. Nolæ. p. 901. obit. ibid.

Irenæus Comes. Episcopos Concilii Ephesini male habuit. p. 139.

Irenæus Tyriensis depositus. p. 427.

Irregularitas. Energumeni eam contrahunt. p. 362. ex bigamia, & defectu lenitatis. p. 387.

Isaac

Isaac Monachus. Valenti quid prædixerit. p. 126.

S. Isidorus Peluſiacus. ejus epiſtolæ. p. 198. & 293.

Judices. Epiſcopo ab Imperatore dati. p. 431. & 434.

Julianus Antiochenus. p. 831.

Julius, ſeu Julianus Legatus Papæ in Concilio Epheſino II. p. 495.

Jurisdictio Eccleſiaſtica. Qualis ſit. p. 408.

Juvenalis Jeroſolymitanus. Epiſcopum dat Arabibus. p. 45. in Concilio Epheſino II. p. 495. & 504. in Concilio Calcedonenſi. p. 552. ipſius & Maximi Antiocheni cauſa componitur. p. 631. fugit Conſtantinopolim. p. 687. reſtituitur. p. 703. ad S. Leonem ſcribit. p. 722. obit. p. 783.

L.

Lectores. Matrimonium iis non prohibetur. p. 661.

Legati Pontificii. Eorum initium. p. 696.

S. Leo. Archidiaconus. p. 39. Papa eligitur. p. 343. Decretalis ad Epiſcopos Mauritaniæ. p. 352. ad Ruſticum. p. 354. ad Epiſcopos Campaniæ. p. 368. Sermones con-

contra Manichæos. p. 369. epiſtola ad Dioſcorum. p. 385. epiſtola contra S. Hilarium. p. 390. epiſtola ad S. Turibium. p. 408. ad Epiſcopos Siciliæ. p. 411. ad Metropolitas Achajæ. p. 413. habet Legatum in Concilio Conſtantinopolitano. p. 446. epiſtola ad Flavianum Conſtantinopolitanum. p. 472. Legatos mittit Epheſum. p. 483. epiſtola ad Flavianum. ibid. ad Julianum Legatum, & aliæ. p. 488. & ſeqq. ad Theodoſium poſt Conciliabulum Epheſinum. p. 514. aliæ epiſtolæ. p. 517. & ſeqq. petit ab Imperatore Valentiniano, ut ad Theodoſium ſcribat. p. 528. epiſtolæ ad Marcianum. p. 536. ejus epiſtola in Concilio Calcedonenſi approbatur. p. 584. & 599. laudatur a Concilio. p. 671. epiſtola S. Leonis ad Flavianum quomodo recepta in Gallia. p. 675. aliæ epiſtolæ. p. 676. & ſeq. epiſtola, qua rejicit Anatolii petitionem. p. 679. Attilæ occurrit. p. 693. epiſtola ad Concilii Calcedonenſis Episcopos. p. 704. ad Maximum, & Theodoretum. p. 707. aliæ. p. 714. & 721. epiſtola ad Imperatorem Leonem. p. 752. aliæ. p. 772. Decretales. p. 776. & 787. Opera ejus, & obitus. p. 791.

Leo Thrax Imp. p. 746. & 755. Epiſcopos conſulit. p. 757. Elurum Alexandrinum expelli

expelli jubet, & S. Leo Papa ad eum scribit. p. 785. Monasterium ædificat. p. 818. illius Leges Ecclesiæ faventes. p. 827. obit. p. 836.

Lerinense Monasterium. p. 801.

Lucentius Legatus Papæ ad Calcedonense Concilium. p. 551.

S. Lupicinus. p. 851.

S. Lupus Trecensis. Mittitur in Britanniam. p. 46. Attilam retinet. p. 543. obit. p. 862.

M.

Magistriani. Quinam fuerint. p. 137.

Majoranus Imper. p. 755. occiditur. pag. 794.

Mamertus Claudianus. Opera illius. pag. 847.

S. Mamertus Viennensis. p. 485.

Manichæi. Romæ deprehenduntur. p. 369. quomodo discernantur. p. 370. eorum abominationes quando detectæ. p. 393.

Manuum Impositio. A Confirmatione, & Pœnitentia distincta. p. 359.

Marcellus Abbas Acemetensium. p. 465.

Marcianus Imper. pag. 532. Leges illius pro Religione. ibid. in Concilio Calcedonensi. pag. 625. Canonum Concilii Calcedonensis observationem urget. p. p. 681. ejus epistola ad Monachos. p. 697. Leges. p. 723. obit. p. 745.

S. Maria. Non est Mater Dei. pag. 2. & 8. quomodo Mater Divinitatis. p. 9. Matrem Dei S. Cyrillus, & Acacius Melitinensis pronunciant. p. 97. & seq. an Fleurius dicat S. Virginis Corpus Ephesi quiescere. p. 97. & 130. peperit sine detrimento Virginitatis. p. 484. Imago illius a S. Luca picta. p. 532. Mater Dei in Concilio Calcedonensi dicitur. p. 620. Icon a S. Luca depicta. p. 701.

Marius Mercator. Doctrinam Nestorii, & Pauli Samosateni confert. p. 5. contra Pelagianos scribit. p. 18. respondet Anathematismis Nestorii. p. 86. ejus opera. p. 277.

Martinianus, & Fratres Martyres. p. 734.

Martyrius Antiochenus. p. 783. resignat. p. 831.

Martyrius Jerosolymitanus. p. 884.

Maximianus Episcopus Constantinopolitanus. p. 222. obit. p. 283.

Maximinus Anazarbenſis Neſtorianus. pag 281.

Maximus Antiochenus. In Concilio Calcedonenſi. p. 552.

Maximus Valentiniani interfector. p. 726. Imperator proclamatur. p. 727. occiditur. ibid.

Melania Junior. p. 285.

Meletius Mopſueſtenus. Deponitur. p. 300.

Memnon Epheſinus. Neſtorio non favet. p. 102. in Concilio Epheſino. p. 105.

Miſſæ. In una tantum Eccleſia celebrantur. p. 386.

Monachi. Concilium Oecumenicum petunt contra Neſtorium. p. 17. reformantur. p. 628. ſubjiciantur Epiſcopis. p. 657. Matrimonium ipſis Epiſcopus concedere poteſt. p. 662. in Palæſtina ſeditioſi. p. 698.

Monachi Eutychiani. p. 506. crudeles erga S. Flavianum. p. 511.

Monachi Galliæ, & Monaſteria. p. 850.

N.

Neſtoriani. Quales & quid dicant. pag. 278.

278. Lex contra Schiſmaticos. p. 286. & 295. Lex Theodoſii contra eos. pag. 304.

Neſtorius. Illius Sermo primus contra S. Mariam. p. 2. hæreſis ejus. ibid. Sermones. p. 3. & ſeq. argumentum Neſtorii. p. 10. S. Cyrillo infenſus. p. 12. & 13. epiſtola ad Cœleſtinum Papam. pag. 20. ſuam hæreſin explicat. p. 21. epiſtola ſecunda ad S. Cyrillum. p. 28. ejus Concilium. p. 30. reſponſum ad Joannem Antiochenum. p. 57. altera ad Papam epiſtola. p. 79. ejus Sermones ultimi. p. 81. accedit Concilium Epheſinum. p. 94. cum ſequacibus ſuis proteſtatur. p. 101. Relatio ad Imperatorem. p. 127. hæreſis ejus explicata. p. 173. relegatur. p. 209. exitus. p. 303.

O.

Odoacer Rex Italiæ. p. 838.

Oneſiphorus Iconienſis. In Conciliabulo Epheſino. p. 509. in Concilio Calcedonenſi. p. 579.

Ordinatio Epiſcoporum. In Illyrico qualiter inſtituenda ſit. p. 326. an ad eam faciendam

dam requiratur character. p. 355. regulæ pro iis. p. 391.

Ordines Minores. Catechumeni sunt Lectores, & Cantores. p. 347.

P.

Palladius Scotorum Episcopus a S. Cœlestino missus. p. 53.

Papa. Authoritas illius ex epistola S. Cyrilli Alexandrini probatur. p. 37. manifesta Authoritas in totam Ecclesiam. p. 43. ejus Vicarius in Britannia. p. 46. est Archiepiscopus totius mundi. p. 98. ejus Authoritas in Concilio Ephesino asseritur. p. 130. ejus Authoritas agnoscitur ab Episcopis in extremis Orientis partibus. p. 283. confirmat sententiam Constantinopolitani. p. 327. ejus Authoritas in Africa. p. 352. solus Episcopos Provinciarum Suburbicariarum consecrat. p. 411. ejus Authoritas ex epistola Eutychis, & Theodosii Imp. p. 470. & seqq. ex epistola Flaviani. p. 474. non accedit Concilia extra Ecclesiam suam. p. 490. sine Papa nihil in fide decidendum. p. 493. ejus Authori-

tas ex Theodoreto. p. 520. judicat omnes Episcopos, & res Fidei. p. 528. Episcopum Constantinopolitanum confirmat. p. 529. Religionis Caput est teste Marciano Imper. p. 538. ejus Legati præsident in Concilio Calcedonensi. p. 551. est omnium Ecclesiarum Caput. p. 554. sine ejus consensu nullum Concilium. p. 555. est Caput, & Pastor omnium. p. 672. an sit supra Concilium. pag. 709. omnium Ecclesiarum cura ad eum pertinet. p. 878.

Pascasinus Legatus Papæ ad Concilium Calcedonense. p. 544. & 551.

Pascha. Quæstio de illo. p. 716. Canon Paschalis. p. 718.

S. Patritius Apostolus Hiberniæ. p. 230.

S. Paulinus Nolanus. Obit. p. 90. ejus Scripta. p. 93.

Paulus Emesenus Alexandriam missus. pag. 248.

Pelagiani. In eos inquiritur. p. 373.

S. Perpetuus Turonensis. Præsidet in Concilio. p. 803. ejus testamentum & obitus. p. 861.

S. Petrus Apoſtolorum Princeps. Ipſe & Succeſſores ejus ſunt Columna Fidei. p. 150.

Petrus Aſphebetes primus Saracenorum Epiſcopus. p. 95.

S. Petrus Chryſologus. p. 402. ad Eutychen ſcribit. p. 493. ejus Sermones. p. 494.

Petrus Fullo. Antiochiæ. p. 829. invadit Sedem. p. 831. proſcribitur. ibid. e Monaſterio Acemetenſium prodit. p. 867. turbas excitat. p. 873. deponitur. p. 879. fugit. p. 884.

Petrus Mongus. Alexandriæ. p. 880. ejicitur. ibid. reſtituitur. p. 895. ejus fraudes. ibid. & ſeq.

Philippus Presbyter a Neſtorio damnatus. p. 30.

Photius Tyrienſis. Ordinatur loco Irenæi. p. 428. ejus cauſa. p. 616.

Pœnitentes. Non nubunt, nec militant. p. 357. quid in mortis articulo cum iis actum. p. 363. conjuges ad continentiam tenebantur. p. 714.

Pœnitentia. Abſolutio Sacramentalis oſtenditur. p. 362.

Prædestinatio. Objectiones contra eam solvuntur. p. 274.

Priscillianistæ. Libri eorum Apocryphi. p. 407.

Proclus Constantinopolitanus. Sermo illius. p. 7. Episcopus Constantinopolitanus constituitur. p. 283. Legatio Armenorum ad eum. p. 316. ejus Tomus. p. 318. Episcopum dat Cæsarienſibus. pag. 345. obit. p. 414.

Projectus S. Hilarii adversarius. p. 389.

S. Prosper. Opera illius. p. 273. Chronicum. p. 728. obitus. ibid. ejus Libri. p. 729. Tractatus de Vocatione Gentilium. ibid.

Proterius Alexandrinus. p. 683. Schisma. p. 684. trucidatur. p. 751.

Pulcheria. Apparitio quadraginta Martyrum. p. 329. Imperator vult eam Diaconissam ordinari. p. 415. ducit Marcianum. p. 532. epistolæ, & obitus. p. 700.

R.

Rabbula Edessenus. p. 315. & seqq.

Ravennius Arelatensis. p. 512.
S. Remigius Rhemensis septuaginta quatuor annis Episcopus. p. 863.
Ricimer. Majorani interfector, p. 794. & Severi. p. 822.
Rogationum origo. p. 845.
Roma. Expilata a Genserico. p. 728.
S. Romanus Monasteriorum Fundator. pag. 850.
Romulus Augustulus. p. 838.
S. Rusticus Narbonensis. p. 354.

S.

Sabinianus Perrhanus. p. 651.
Salvianus Scriptor. Opera illius. p. 334.
Sancti. Pro nobis in Cœlo orant. p. 645.
Saraceni. Primus eorum Episcopus. p. 95.
Scoti. Primus eorum Episcopus. p. 53.
Sebastianus Comes Martyr. p. 351.
S. Severinus. In Norico. p. 839.
Severus Imp. p. 794.
Severus Trevirensis. p. 399.
Sidonius Episcopus Claromontanus. pag. 842.

842. in electione Episcopi Bituricensis ipse solus arbiter a populo deposcitur. p. 859.

S. Simeon Stilites. Theodosius ad eum scribit. p. 241. & Titus Comes. p. 296. & Eudocia Imperatrix. p. 742. ejus initia. p. 762. vitæ ratio. p. 769. epistola. p. 771. obitus. p. 797.

Simonia. Canones eam prohibentes. p. 656. detestabilis. p. 828.

Simonii, seu Nestoriani. p. 304.

Simplicius Papa. p. 824. ejus epistola ad Basiliscum. p. 869. ad Acacium. ibid. ad Zenonem Imp. p. 877. ad Acacium. ibid. ad Zenonem. p. 883. & 892. obit. p. 897. Decretales. p. 898.

S. Sixtus III. Papa. p. 236. ejus epistolæ duæ. p. 267. epistolæ ad Illyricos. p. 325. Julianum Eclanensem rejicit. p. 341. obit. ibid.

Socrates. Historiæ illius finis. p. 345.

Sozomenus. Historiæ illius finis. p. 345.

Stephanus Antiochenus. p. 879. perfoditur. p. 882.

Stephanus Antiochenus Junior. p. 883.

Stephanus Epheſinus. p. 560. & 566. ejus cauſa cum Baſſiano. p. 640.

Suſpenſio Canonica. p. 339.

Syncelli. Quinam ſic dicti. p. 18.

T.

Thalaſſius Cæſarienſis. Præſidet in Conventu Conſtantinopolitano. p. 475. in Concilio Calcedonenſi. p. 561.

Theodoretus Cyrenſis. Joannis Antiocheni juſſu contra Anathemata S. Cyrilli ſcribit. p. 83. ejus vita. ibid. & ſeq. errores. p. 88. excommunicatur. p. 162. ejus epiſtola ad Alexandrum. p. 211. Libri de Incarnatione contra S. Cyrillum. p. 239. recipit ejus doctrinam. p. 245. non deſerit Neſtorium. p. 279. Comes Titus ad eum ſcribit. p. 296. flectitur. p. 297. ad Eccleſiam redit. p. 299. relegatur. p. 415. ejus Libri. p. 418. & ſeqq. epiſtola ad Dioſcorum. p. 420. ad Flavianum. p. 423. depoſitus. p. 510. epiſtola ad S. Leonem. p. 520. Hiſtoriam ſcribit. p. 523. revocatur ab exilio. p. 534. in Concilio Calcedonenſi. p. 557.

restituitur. p. 632. epistola S. Leonis ad illum. p. 709. obit. p. 711. Libri ejus. ibid. & seq.

Theodoricus Rex Visigothorum. p. 542.

Theodorus Claudiopolitanus. p. 561. & 564.

Theodorus Mopsuestenus. Scripta illius. pag. 312. doctrina. p. 317. Concilium ei favet. p. 321.

Theodosius Anti-Episcopus Jerosolymitanus. p. 685.

Theodosius II. Concilium Ephesinum convocat. p. 64. ejus epistola. p. 136. audit utriusque partis Episcopos. p. 211. solvit Concilium. p. 217. jubet Cyrillum, & Joannem congredi. p. 240. Nestorianos persequitur. p. 304. Judices constituit in causa Ibæ Episcopi. p. 431. epistola ad Dioscorum. p. 479. ejus Edictum. p. 511. obit. p. 531.

Theodotus Ancyranus. Sermo illius Ephesi. p. 98.

Thessalonicensis Episcopus. Papæ Vicarius in Illyrico. p. 326. non obstante Concilio Constantinopolitano. p. 327. Vicariatum a Papa petit. p. 374.

Timo-

Timotheani Hæretici. p. 880.

Timotheus Elurus Anti-Episcopus. p. 747. relegatur. p. 785. redit. p. 866. Synodum convocat. p. 872. quomodo obierit. p. 880.

Timotheus Solofaciole Alexandrinus. p. 786. fugit. p. 873. restituitur. p. 880. obit. p. 889.

Traditio. Ecclesiæ necessaria est. p. 269.

Translationes Episcoporum. p. 284.

SS. Trinitas. Unus de Trinitate carnem assumpsit. p. 318.

S. Trophimus Arelatensis. An a S. Petro missus, vel a Successoribus ejus. p. 525.

S. Turibius Asturicensis. Ejus epistola. pag. 406.

V.

Valentinianus III. Eudociam Theodosii Filiam ducit. p. 330. ejus Duces Gentiles in Gallia, & Africa vincuntur. p. 331. illius Edictum contra S. Hilarium. p. 392. Romæ. ibid. Leges contra Manichæos, & Fossores. ib. & seq. epistola ad Theodosium. p. 527. occiditur. p. 726.

S. Valerianus Episcopus. p. 737.

Victo-

Victorius, *Victor*, seu *Victorinus* Author Canonis Paschalis. p. 718.

Vincentius Lirinensis. Scripta illius. pag. 268.

Virgo. A Barbaris violatæ virgines sunt innocentes, non tamen aliis se æquales æstiment. p. 354.

Volatilia. In Quadragesima comeduntur. p. 346.

Vota Monachorum. p. 357.

Uranius Hymeriensis Judex Ibæ. p. 435.

Z.

Zeno Leonis Imp. Gener. p. 826. Imperator. p. 826. fugit. p. 837. redit. p. 875. ejus Henoticum. p. 892.

ERRA-

ERRATA.

Lib. XXV.

Pag. 71.	omnes *corrige:*	omnis.
92.	pacem	ad pacem.
100.	multis Episcopis Clericisque	multi Episcopi Clericique.
113.	acquisivit	exquisivit.
120.	relegimus	selegimus.
129.	fæci.	fæcis.
131.	§. LXV.	§. XLV.
133.	misi, vetarent.	misi, qui vetarent.
160.	Nestorio	Joanni.
171.	præjiciendum	projiciendum.

Lib. XXVI.

205.	separandam	reparandam.
218.	fideri	fieri.
223.	verwundert	verwundet.
245.	effectibus	affectibus.
254.	Imperatoris	Imperatori.
259.	habebimus	habebimur.
261.	seperatim	separatim.
271.	at	a.
274.	de de	deinde.
297.	præscripsit	perscripsit.
339.	aut	at.
341.	habent	habens.
ibid.	vos	vas.
347.	147.	347.
ibid.	quibuspam	quibusdam.
368.	quod re mature	re mature.

ERRA-

ERRATA.

Lib. XXVII.

P. 383.	is	*corrige:* in.
ibid.	quæ	quas.
425.	Hoc	Hæc.
461.	Conſubſtantiali	Conſubſtantialem.
463.	Amaſeenſes	Amaſeenſis.
464.	converſabantur	converſabuntur.
507.	Libellum	Libellus.
522.	mihi te	mihi ad te.
536.	Paſehæ	Paſchæ.
559.	via voce	viva voce.

Lib. XXVIII.

585.	adhuc	eſtne adhuc.
608.	vitis	viris.
627.	infligennas	infligendas.
632.	ex ſeptem	& ſeptem.
653.	Calcedonenſis perlecti	Calcedonenſi perlectis.
685.	congregatorum	congregatorum numero.
691.	otium eſt	otium non eſt.
703.	capit	capi.
706.	erant, hominum	erant, Fidem edocuit, hominum.

Lib. XXIX.

747.	in Not. quæ Catholica ſit	quæ Catholica non ſit.
803.	ſuſtentatam	ſuſtentatam extruxit.
815.	delecta	deleta.
848.	editus	editis.

FLEURY
HISTORIA
ECCLESIASTICA
TOM. VI.

Th 6,
5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN